C. B.



<36602284810014

GOTHOFREDI ARNOLDI HISTORIA ET DESCRIPTIO THEOLOGIÆ MYSTICÆ,

Seu

THEOSOPHIÆ ARCANÆ ET RECONDITÆ,

itemq;

veterum & novorum

MYSTICORUM.



FRANCOFURTI,


apud THOMAM FRITSCH,

ANNO MDCCII.

Auctor ad Lectorem.

CUm res à vulgari doctrinæ genere propter profunditatem remotas earumq; scriptores repetere visum est: & instituti genus ipsum, & amici veritatis in hanc me sententiam perduxerunt, ut latinè quoq; hic Libellus ederetur. Etenim non solo Patriæ illud veluti natum quidam existimârunt, sed partem sibi exteros quoq; vendicaturos ex eo colligere licuit, quod inter Gallos, Belgas Italosq; & Hispanos Doctrina Mystica magis fermè floruisse, quam apud nostrates videatur. Accedit genius hujus Θεοσοφίας singularis, qui tàm universalis est tamque latè patet, ut unius partis sive Religionis inter Christianos finibus sese coarctari nunquam patiatur. Quin Petri Apostoli potiùs sapientissimo effato conformis reperitur, ut ex omni gente DEO acceptos reddat illos, qui hunc verentur, atq; justitiam ingenuè colunt.

Quæ res me commovit, ut, cum mihi vix satis otii suppeteret, amico Scriptum istud Latinè vertendum traderem, tecumq; Lector benevole, communicarem. Is autem eò studiosiùs hoc negotium suscepit, quod plures non sine causa hoc argumenti genus cognoscere his temporibus velle intelligebat. Usus est in transferendo fide industriaq; convenienti, stylo non inepto aut scholastico, sed plano neq; affectato, & qui ab ipsis rebus non abhorreat; Tu Lector, libello istô feliciter utere, simulq; memor vive, hanc scriptionis Lectionisq; rationem accommodari ad exercitationem per omnem vitam oportere.



Præfatio altera ad Lectores à partium studio alienos.

HAs ego materias jam dudum unà cum aliis illis ad Ecclesiasticam Historiam pertinentibus collegeram, & cum ita in promptu atque ad manum essent, eò faciliùs eas in ordinem redegi. Etenim ultimis hisce annis fixum & immobile mihi manet Propositum, non amplius me rebus merè historicis aliisque hujus farinæ implicandi, iisdemve tempus terendi. Nihilosecius tamen sapientibus Lectorum & ex hisce affatim constabit, scriptum hoc magis in veram agnitionem & amorem invisibilis Deitatis, quam in nudè Historicam, vanamque aut inanem scientiam (quæ inflat) introducere.

Nec tamen animus mihi est, ipsarum materiarum, sive etiam proponendi generis, aliarumque circumstantiarum prolixiorem contexere excusationem. Sapientibus enim atque DEum timentibus supervacanea hæc foret, apud perversos autem & cosmosophos non operæ pretium esset,

ſet, cum ſpontè ac frivolè nil niſi proprias ſuas traditiones & argumenta ſive fundamenta, quæ ratio corrupta ſuppeditat, ſcire appetant.

Hoc unicum autem monuiſſe ſufficiet, me quidem ſeriò operam impendiſſe, ut officio ab omnium partium ſtudio alieni Hiſtorici, circa materias myſticas, earumque ſcriptores fungerer: Idcircò & defectus eorum, quantum quidem ex neceſſitate fuit, commemoravi. Attamen ſemper animus ad chriſtianam diſcretionem & moderationem adductus fuit, ita ut non licuerit mihi, deteſtandarum hactenus à pluribus in myſticam Theologiam effutitarum blaſphemiarum participem fieri, ſed potiùs bonam ipſorum intentionem magis ac quosdam defectus reſpicere, meas eſſe partes duxerim.

Hinc illuminati quique pluribus in locis hujus libelli mitiora & quaſi condeſcendentia de quibusdam Perſonis & materiis judicia invenient, quàm vel accurata puri Evangelici Spiritus diſcretio permittere videatur. In genere tamen & ſemel pro ſemper affirmo & proteſtor, me neutiquam vel minimùm quid à pura veritate evangelicâ remittere voluiſſe, omnemque invidiam verbo abfuiſſe; Potiùs autem ſecundum unicum canonem novæ in Chriſto Creationis me credere, docere & vivere, aliisque hoc idem ſvadere & apprecari, ſummo appetere deſiderio, è contrariò verò rem omnem humanam, ex propriis viribus ortam & electam, etiamſi ea optimam præ ſe ferat ſpeciem, reſpectu opulentiſſimæ & ſuperabundantis cognitionis unici Magiſtri, pro ſtercore &


damno

damno habere. Siquidem verus, nullique partium addictus Discipulus Christi, non nisi unumquemlibet Doctorem in sua sorte amare & venerari potest & debet, nihilominùs tamen Christus solus ceu *Veritas essentialis* magis ipsi amicus manet.

Qui hoc fundamentum per Spiritum Sanctum in mente sua fundari & figi patitur, facile has quoque materias cum emolumento delibare, suoque usui accommodare poterit. Alioquin plures forte imagines & conceptus cerebro, quàm veritatem & vitam cordi & voluntati conferent & impriment: Quod tamen cuncta gubernanti Sapientiæ & Amori DEI committere, atque Lectorem eidem ingenuè commendare, meum erit.

Dabam Quedlinburgi Kal, Martii Anno MDCCII.

AUTHOR.



HISTORIA
&
DESCRIPTIO
THEOLOGIÆ
MYSTICÆ
ſeu
Theoſophiæ arcanæ & reconditæ.

CAPUT I.

De vera Theologia primorum Chriſtianorum generatim ſpectatâ.

§. I.



Causa inscriptionis.

NOn appello ſolùm hoc ſcripti genus *Hiſtoriam*, ſive nudam relationem eorum, quæcunque circa Myſticam Theologiam per omnia temporum intervalla contigerunt: verùm etiam *Deſcriptionem* ſimul oculis Lectorum ſiſto: Quod illicò quidem ſubindicat, etiam in rem ipſam atque eſſentiam, prout

con-

convenit, penetrandum atque inquirendum, omniaque huc spectantia legentibus proponenda esse.

ejus scopus.

2. Id verò animum quemlibet veritatis cupidum statim excitabit, monebitque officii, ne in externa tantùm historiâ ac nuda rerum scientiâ, tanquam cortice, securè acquiescat: sed ipsam rei substantiam & nucleum unà cum internis ejusdem viribus ac virtutibus seriò exquirat & imbibat; Si laborem istum ad perceptionem summi Boni proficuum esse velit, prout in progressu apparebit.

qui praxin spectat.

Significatio Nominis Theologiæ.

3. Constat vocem *Theologiæ* præcipuè & communi sensu significare *sermonem sive doctrinam ipsiusmet Dei*, aut etiam *de Deo*, originem suam ducentem ex græcis vocabulis *θεὸς Deus*, & *λόγος*, *Verbum* vel *sermo*. Hinc non solum communis Christianorum Doctrina Latinis, & in primis Doctrina de Deo Trinuno sic græcis Patribus dicitur, (a) sed & specialiùs Doctrina de Jesu Christo & ejus divina naturâ sic insignitur. (b)

(a) Ita generatim è Latinis *Augustinus* Lib. IIX. de Civ. Dei c. I. & è Græcis, *Gregorius Nazianzenus* in orationibus *περὶ τῆς θεολογίας*. *Basilius Magnus* Epist. LXI. & in Evang. Joh. init. *Photius* in Epist. 34. & in Nomocanone.

(b) *Basilius M.* in Joh. l. c. *Gregorius Nyssenus* Orat. IV. & VII. adv. Evnom. *Eusebius* Lib. III. Hist. Eccl. c. 24. & Lib. V. c. 28. *Cyrillus Alexandrinus* Orat. in Palm. Festo. &c.

Johannes Theology.

4. Ex quibus ultrò patet, Johannem Apostolum in Inscriptione suæ à Christo ipsi revelatæ apocalypseos, eam ob causam imprimis

primis

primis τὸν Θεόλογον, *Doctorem divinum* nuncupari, quia divinam Filii Dei gloriam luculentissimè revelaverit & exposuerit, ceu Θεοκήρυξ καὶ θεοφόρος, *in quo Deitas habitârit*, *quàm etiam ideò prædicare potuerit*, ut Patres loquuntur. (c)

(c) *Joh. Chrysostomus* Orat. 36. de Johanne, *Cyrillus Alexandr.* Lib.II. in Joh. c.I. & alibi.

5. Et quemadmodum hi Patres Doctrinam & Theologiam suam solùm ad Honoris & Majestatis Domini glorificationem dirigebant: Sic imprimis eos dicebant *Theologos* sive *Deiloquos*, qui in ea per Spiritum Sanctum corroborati erant. Hinc inter alios Gregorius Nazianzenus hoc Nomen apud Græcos retinuit, (d) qui aliàs in genere omnes Prophetas Apostolos & homines divinos sic nominabant, ceu immediatè à Deo doctos & Deum docentes testes, (e) imò ipsam Scripturam Theologiam vel Doctrinam Dei habebant. (f)

Quinam antiquis theologi dicti?

(d) *Gregorius Presbyter* in vitâ. Tarasius in Epistola Concil. Nic.II. Act. III. *Georgius Syncellus* Chron. p. 3. *Petrus Damiani* Lib.I. Epist. ep.9.

(e) Ita de Mose *Eusebius* Lib.V.Demonstr.Evang. c.I.de Zacharia *Dionysius Areopagita* Cæl.Hier.c.8. de Apostolis. *Athanasius* Orat. de Incarnat. Verbi.

(f) *Dionysius* l.c.c.4. & Eccl. Hier. c.3.

6. Ast quia Doctrina de Deo per se astutam rationē latet, & sublimior est, ideò veri Theologi hoc nomine, (respuendo levem abusum carnalium Scholasticorū) imprimis reconditam, credentibus verò tantùm revelatam Dei Sapientiam intelligebant. Ita ut Theologus verus definiretur, *homo qui aut de Deo aut*

Quinam veri Theologi?

cum Deo sermonem habet, atque *sic mysticus Doctor absconditorum* (μύστης τῶν κρυφίων) *qui ipsamet Dei eloquia effatur* (g) item: *qui res divinas contemplatur*. (h) Theologiam verò sic delineabant: *Theologia est virtus Dei plena mysticæ & reconditæ Lucis, mentem eloquiis Dei nutriens, & animam intelligentem per sanctos Prophetas cum verbo Dei (Christo Jesu) ad unionem indissolubilem uniens, id quod hominem Deo similem reddit.* (i)

Quæve vera Theologia?

(g) *Nilus* in Capitibus de Orat. Cap. LVII. & *Pachymeres* Paraphr. in Dionys. c. XIII. Cæl. Hierarch.
(h) *Diadochus* de Perfect. Spirit. c. LXXII.
(i) Idem ibidem Cap. LXVII.

7. Ex hâc veterum consvetudine porrò videre licet, omnem omninò hominem à DEO doctum & illuminatum verè *Theologum posse & debere dici*, etiamsi non habeat locum (juxta traditiones in Ecclesia degenerante intrusas) in ordine Clericorum, aut Doctorum Scholasticorum & Academiæ Professorum. Absque omni exceptione unusquisque verus Christianus sive unctus, Spiritu Dei doctus, atque sic Theologus esse debet, si scire vult, quid ipsi à Deo concreditum ac rursum ei (DEO) consecrandum sit. 1. Thess. IV. 9. 1. Joh. II. 20. 27. &c. Interea tamen nequaquam speciale officium Ministrorum Verbi tolleretur aut debilitaretur, sed potius promoveretur & stabiliretur si omnis Populus vaticinaretur, sive prophetizaret, & omnes Christiani veri Theologi θεοδίδακτοί, à Deo docti, θεοφιλοι, amici Dei ejusque cognati essent.

Num omnes Christiani Theologi esse debeāt.

& quaten9?

8. Vero

8. Vero quoque hujus vocis *Theologiæ* ſenſui concordat vocabulum *Theoſophia*, quod Sapientiam Dei aut de Deo denotat: *Cum Myſtica Theologia ceu Donum Sancti Spiritus, ab ipſo Deo derivet, cum Deo communicet & ipſimet Deo ejusque ſanctis familiaris ſit*, quemadmodum hæc vox illuſtratur. (k) Hinc celebris ille Dionyſius mox ab initio Sacroſanctam Trinitatem ceu ἔφορον τῆς χριστιανῶν θεοσοφίας, i.e. Inſpectricem chriſtianæ Theoſophiæ invocat (l) cui viro poſtea alii eandem ob cauſam nomen θεοσοφωτάτου ἐν θεολόγοις i.e. divino-ſapientisſimi Theologorum dederunt. (m)

Theoſophia quid ſit?

(k) *Balthaſar Corderius* in Onomaſtico Dion. h. voce. p. 518.

(l) *Dionyſ. Areop.* Cap. I. Theol. Myſt. §. 1.

(m) *Michael Syngellus.* Encom. in Dion. annexo Scholiis S. Maximi p. 345.

9. Vocabum verò hoc, *Theoſophia* etiam Doctoribus Proteſtantibus non adeò (opinione quorundam eorum) inſolens fuit, ut & ipſimet illo, omni dubio poſthabito, uſi ſint: Quod & in Reformatorum (n) & Lutheranorum ſcriptis (o) evolvere licet. Quâre illorum de aliis querela, quibus ceu Laicis, plerumque nihil Juris in divina cognitione conceditur, evanèſcit, cum etiam Doctores Scholaſtici manifeſtè hoc tam gravi titulo toties quam pesſimè abutantur, quoties Scholaſticam ſuam litigioſam & nulla ex parte divinam doctrinam, illo inſigniunt.

HujusVocabuli applicatio.

(n) vid. *Franc. Junius* Lib. de Theolog. Cap. I. p. 18. qui fatetur orthodoxis Patribus θεοσοφίαν dictam eſſe Theologiam.

 o] *Job.*

(o) *Joh.Frid. Majer.* Theol.Marianâ Art.I. p. 24. Quid ad blasphemias *Theosophia* Lutherana &c. Confer *Observationes Hallenses* ad Rem Literar. ſpectantes Tom. I. Obſ. I. de *Philoſophia Theoſophica* §. 2.

Theologia vera illuminationẽ div. requirit.

10. Conſenſit itaque hâc in re omnis ſancta antiquitas Sacræ Scripturæ, nempè ad veram Theologiam immediatè realem illuminationem, Doctrinam & inſpirationem ipſiusmet Dei requiri, atque ita unà & in Doctoribus& auditoribus inveniri oportere: id quod in Loco de illuminatione abundè probabitur. Supra dictus Gregorius Theologus hoc modo Theologum deſcribit. *Is à nobis optimus Theologus habetur, non qui omnia,* (τὸ πᾶν) *invenit,* (*noſter enim captus, non capit omnia*) *ſed cui plurima eorum impreſſa ſunt, quique in ſe maximam & firmiſſimam eorum impreſſionem & delineationem, ſive ideam collegit.* (p) Et alio loco hoc conſilium dat: *ſi quando Theologus & Deitate dignus appetis evadere? Præcepta ejus ſerva & in traditionibus incedere ſtudeas* (q) quibus verbis Deo gratum & divinæ communioni aptum Theologum Pietatis depingit.

(p) *Orat.* XXIX. (q) *Orat.* XXXVI.

& Spiritum Sanctum.

11. Alius Doctorum memorabilem hac de re confesſionem edidit, *omnem Theologiam ex corpore Chriſti* [ceu mediatoris, cujus intercesſione homines omnia à Deo nanciſcantur] *communicari. Non enim,* inquit, *unusquisque Theologiæ ſtudere poteſt, niſi ſit ad Deum elevatus, Domino propinquus & Chriſti Imitator.* (r) Quod ferè idem eſt ac Confesſio Lutheri omnibus hodi-

hodiernis Scholasticis contraria: *Aliud hic nescio consilium, quam supplices ad Deum preces, ut ille nobis Doctores donet Theologiæ. Juris verò & artium Doctores in Universitatibus Papæ & Imperatorum creentur. Esto autem certus, neminem tibi Doctorem S. Scripturæ exstiturum, nisi* (NB) *solum Sanctum in cœlis Spiritum, prout Christus testatur*, Joh. VI. 45. (s) Cujus effatum imitatus est alius Lutheranorum Concionator, hisce verbis: Theologia salvifica consistit (I) *in interna illuminatione*, cum Phosphorus in corde exoritur, 2 Pet. I. 19. & Deus clarum Lucis suæ radium cordi immittit 2 Cor. IV. 6. &c. (t)

eundemq; Solum.

(r) *Isychius* Presbyter Lib. III. in Levit. p. 91. (Tom. XII. Bibl. P. P. Lugd.)

(s) Tom. I. Altenb. f. 506. b.

(t) *Henricus Barnerus* Abriß des neuen Menschen. II. b. 9. c. p. 234.

12. Hujus rei fundamentum ipsemet Jesus Christus Dominus noster æternum benedictus, ex Prophetiâ de magno novi fœderis lumine, posuit, omnes [veros autem scito christianos sive unctos] διδακτοὺς τοῦ Θεοῦ, *à Deo doctos Theologos* fore. Joh. VI. 45. id quod ceu fœdus novum Hebr. XII. 11. mox in auditoribus Pauli & Johannis expletum fuit. 1. Thess. IV. 9. qui expresse θεοδίδακτοι, *à Deo docti & uncti* appellabantur. 1 Joh. II. 20. 27. Hoc idem etiam in Sancto Antonio à veteribus Patribus laudatur, quem expressis verbis θεοδίδακτον nominant, licet minimè eruditus & homo Laicus fuerit. (n) Imò sine ulla

Hinc theologi veri à Deo docti sunt.

testibus exemplis.

ſcientia Literarum Scripturas divinas & memoriter audiendo tenuiſſe & prudenter cogitando intellexiſſe, prædicatur. (x)

(u) *Athanaſius* in Vita Cap. I & XXXIIX

(x) *Auguſtinus* Lib. I. de Doctr. Chriſt. in prolog.

Necesſitas theologiæ

13. Hanc Theologiam Patres ſeriò requirunt, ceu talem, ſine qua nemo chriſtiani, multò minus Doctoris munere fungi posſit. Ideò ſequentia in ſcriptis leguntur: *Divinum Patris verbum obſcuram ſalutis prædicationem propria ſua virtute illuminavit & irradiavit, hinc Oraculum illud Prophetarum Vatidicum, omnes fore à Deo doctos* (θεοδιδάκτους) *præmonuit. Quapropter omnes ſapientes, utpote à ſumma Sapientia eruditi, univerſa mundi negotia poſtponant, ultra omnem hominis rationem ſe elevent, & tantummodo cœleſtia meditentur.* (y) *Docet enim Deus omnes, qui audire volunt; quis docuit Cain & Abel, ut hoc facerent, ab illo abſtinerent, cum Lex adhuc ſcripta non eſſet? Fruſtra diſcendo laborat homo, qui Deum magiſtrum non habet.* (z)

ab ipſo Deo.

(y) *Iſidorus Peluſiota* Lib. IV. Epiſt. 202.

(z) *Eſaias Abbas* in Apophthegm. S. Orat. IIX.

& quidem internè.

14. Quibus verbis manifeſtè non ſolùm mediatam intendebant Theologiam, ſed & imprimis immediatam, ſine qua illa non ſufficeret. Hinc ex parte hominis nihil niſi preces ſive orationem & fidem requirebant: *Si Theologus es, in veritate orabis, & cum vere oraveris, tum primum verus eris Theologus.* (a) *Omnes verò humaniores literas & liberales artes* minimè ſuf-

ſufficientes exiſtimabant, & tantum propriam DEI energiam requirebant. Quo & verba ſequentia ſpectant. *Ipſius* [*Redemtoris ad Patrem directa confesſio evidenter oſtendit, omnem ſapientiam humanæ mentis ad intelligentiam divinæ prædicationis invalidam, niſi Deus, qui docet exterius per hominem loquentem, per ſe ipſum interius docens illuminet atq; adjuvet audientem.* -- *Nam & in ſequentibus verbis Chriſtus agnitionem Dei non in humana poteſtate, ſed in divina revelatione oſtendit conſiſtere, cum ait, nemo novit filium* Matth. XI. *Quis hic non videat hominem ab homine inutiliter ſermonem doctrinæ cæleſtis audire, niſi ei Magiſter Deus revelando miſericorditer loquatur corde? Hæc autem revelatio ſpecialis eſt filiorum* Dei, *quâ non ſolùm cognitionis donum, ſed etiam donum dilectionis accipiunt.* (b)

per revelationem ejꝰ.

a) S. *Nilus* Capit. de Orat. c. 57.
b) *Fulgentius* Lib. II. de Verit. Prædeſt. & Grat. cap. 12.

15. Ultima, hic de neceſſaria veræ Theologiæ praxi allegata verba, omninò ex divino lumine ceu vero fonte omnia derivant. Quapropter veteres Patres nullam, niſi hanc frugiferam, practicam & ſalutarem Theologiam ſciebant, quamdiu falſa illa, merè literaria, theoretico-litigioſa Theologia ſcholaſtica eoſdem latebat. Adeò ſtrictè & ſerio de ea teſtabantur, ut confiterentur: *Vix tum Theologiæ idonei erimus, cum vincendo affectus, omnem carnalem concupiſcentiam depulerimus, & nihil propriarum imaginationum retinuerimus. Tum primum gratia Sancti Spiritus in nobis requiem in-*

Theologia practica.

Conſiſtit

ni communione cum Deo.

veniet, & intellectus virtutem subministrabit, & corda nostra coaptati candelabri instar, illuminabit, atq; sic Lampas hæc nos lætificabit, aliosq; unà accendet. Ideò necesse est, ut quisq; Præparationem admittat, qui intellectualem lucem capiendi cupidus est, quo spiritualibus charismatibus dignus fiat. Spiritualis vita sectanda est, ut mens vel animus Sancto Spiritui se submittat & non minùs corpus spiritûs particeps & sanctificatum sit. (c)

c) *Ephræm Syrus.* Lib. de Virtute cap. X.

& divina, sive sancta vita.

16. *Tum demum verum gratiæ munus in Theologia acquiritur, cum homo alis amoris omnia pervolat & in* Deo *vitam terit, atque ita verbum de* Deo, *auxiliante sancto spiritu, pro viribus humanis contemplatur.* (d) Hæc & similia effata copiosè inveniuntur, quorum multa in loco descriptionis veræ illuminationis recensebuntur (e) Sicuti etiam nullibi alius veræ Theologiæ scopus invenitur, quam continua praxis & exercitatio puræ sanctæque Theologiæ.

d) *S. Maximus* de Charitare Centur. II. cap. 26.
e) Vid. interim vel *August.* Lib. adv. Adimant. cap. 3. Lib. II. de Doctr. Chr. cap. 7. *Cassianus* Lib. V. Institut. c. 34. *Cyrillus Alexandr.* in Thesauro præf. &c.

Veri veræ Theologiæ fructus.

17. Theologi enim Theologiam singularem *gratiæ divinæ donum* [χάρισμα] nuncupabant, quod præ aliis donis quàm maximè *cor inflammaret & ad amorem benignitatis Dei excitaret.* Dicebant porrò *Theologiam esse primitias fructuum matutinarum gratiæ*

gratiæ divinæ, & ideò prima charismata cordi conferre. Sistere enim hominem promptum & alacrem ad totius hujus mundi amoris renunciationem, quia homo loco corruptarum & vanarum cupiditatum longè majoribus ex verbo Dei *thesauris potiatur, & animus ejus, igne naturam commutante, inflammetur, id quod hominem ad familiarem Spirituum sanctorum communionem reducat :* (f) imò confitebantur, *Theologiam* Dei *eloquiis adeò refocillari & incitari, ut tota voluntate affectus suos domare studeat.* [*Verba enim* Dei *sunt pura Ps. 12.*] *Successivâ quoq; experientiâ cognitionis in praxi confirmatur, omnibus affectibus superiorem esse asserebant.* &c. [g]

f) *Diadochus* de Perf. Spirit. Cap. LXVII.
g) *Idem* ibidem Cap. LXXII.

18. Hoc autem, quod suo loco de literatura biblica, sive grammatosophia evidentiùs demonstrare licebit, hic pluribus probare supervacaneum esse videtur, cum omnes ferè Scholastici, atque etiam Lutherani spontè illud fateantur, & in suis systematibus pro more suo tractent, etiamsi hujus veritatis praxis, proh dolor! ferè invisibilis sit. Imò veritate convicti, non possunt non concedere: *superficiariam, circa literas versantem Scholarum Theologiam infinitas quidem quæstiones movere,* 1 Tim. IV. 4. & conjunctam esse *cum litibus Scholasticis, logomachiâ,* c. VI. 45. *Philosophiâ & humanis traditionibus* Coloss. II. 8. Stultis quæstionibus & genealogiis Tit. III. 9. sistere quoque Scribam, minime autem hominem mutare, ut potius eum in deterio-

Oppositio Pseudo-theologiæ.

veniet, & intellectus virtutem subministrabit, & corda nostra coaptati candelabri instar, illuminabit, atq; sic Lampas hæc nos lætificabit, aliosq; unà accendet. Ideò necesse est, ut quisq; Præparationem admittat, qui intellectualem lucem capiendi cupidus est, quo spiritualibus charismatibus dignus fiat. Spiritualis vita sectanda est, ut mens vel animus Sancto Spiritui se submittat & non minùs corpus spiritûs particeps & sanctificatum sit. (c)

ni communione cum Deo.

c) *Ephræm Syrus.* Lib. de Virtute cap. X.

16. *Tum demum verum gratiæ munus in Theologia acquiritur, cum homo alis amoris omnia pervolat & in* Deo *vitam terit, atque ita verbum de* Deo, *auxiliante sancto spiritu, pro viribus humanis contemplatur.* (d) Hæc & similia effata copiosè inveniuntur, quorum multa in loco descriptionis veræ illuminationis recensebuntur (e) Sicuti etiam nullibi alius veræ Theologiæ scopus invenitur, quam continua praxis & exercitatio puræ sanctæque Theologiæ.

& divina, sive sancta vita.

d) *S. Maximus* de Charitare Centur. II. cap. 26.

e) Vid. interim vel *August.* Lib. adv. Adimant. cap. 3. Lib. II. de Doctr. Chr. cap. 7. *Cassianus* Lib. V. Institut. c. 34. *Cyrillus Alexandr.* in Thesauro præf. &c.

17. Theologi enim Theologiam singularem *gratiæ divinæ donum* [χάςισμα] nuncupabant, quod præ aliis donis quàm maximè *cor inflammaret & ad amorem benignitatis Dei excitaret.* Dicebant porrò *Theologiam esse primitias fructuum matutinarum gratiæ*

Veri veræ Theologiæ fructus.

gratia divina, & ideò prima charismata cordi conferre. Sistere enim hominem promptum & alacrem ad totius hujus mundi amoris renunciationem, quia homo loco corruptarum & vanarum cupiditatum longè majoribus ex verbo Dei *thesauris potiatur, & animus ejus, igne naturam commutante, inflammetur, id quod hominem ad familiarem Spirituum sanctorum communionem reducat :* (f) imò confitebantur, *Theologiam* Dei *eloquiis adeò refocillari & incitari, ut tota voluntate affectus suos domare studeat.* [*Verba enim* Dei *sunt pura Ps. 12.*] *Successivâ quoq; experientiâ cognitionis in praxi confirmatur, omnibus affectibus superiorem esse asserebant.* &c. [g]

f) *Diadochus* de Perf. Spirit. Cap. LXVII.
g) *Idem* ibidem Cap. LXXII.

18. Hoc autem, quod suo loco de literatura biblica, sive grammatosophia evidentiùs demonstrare licebit, hic pluribus probare supervacaneum esse videtur, cum omnes ferè Scholastici, atque etiam Lutherani spontè illud fateantur, & in suis systematibus pro more suo tractent, etiamsi hujus veritatis praxis, proh dolor! ferè invisibilis sit. Imò veritate convicti, non possunt non concedere: *superficiariam, circa literas versantem Scholarum Theologiam infinitas quidem quæstiones movere,* 1 Tim. IV. 4. & conjunctam esse *cum litibus Scholasticis, logomachiâ,* c. VI. 45. *Philosophiâ & humanis traditionibus* Coloss. II. 8. Stultis quæstionibus & genealogiis Tit. III. 9. sistere quoque Scribam, minime autem hominem mutare, ut potius cum in deterio-

Oppositio Pseudo-theologiæ.

teriorem partem trahat, & cor ejus sufflet Rom." II. 17. Gal. VI. 3. 1. Tim. VI. 4. Matth. VII. v. 22. qui sic gehennæ torturæ eripi non possit Matth. XXIII. 33. Luc. XI. 52 (i) &c.

h) vid. vel *Gerhard.* Loc. Th. Tom. I. p. 5. *B. Meisnerus Philosoph.* sobr. P. III. sect. I. *Calovius* Syst. Theol. Proleg. & Isagog. Th. c. 10. &c.

i) *Barnerus* l. c. p. 232 & 237 Add. omninò *Lutherus* Tom. III. Altenb. f. 267. Tom. V. f. 117. *Hier. VVellerus* Analect. P. II. p. 142. 148. *Scriver* P. III. Seel. Schatz p. 963. *Voetius* in Ascet. proleg. &c.

Ejus origo.

19. Verum diligenter hac de re primorum Christianorum sensum inquirenti, statim obvia venit summa Theologiæ illorum simplicitas, puritas & non minus divinitas atque virtus (quæ in Historia mea Ecclesiastica luculenter exposita sunt) usque tum postea Clerici & à gentilibus aborti Doctores Scholastici, unà cum Cosmosophis eam cum prudentia rationali commiscuerunt, atque sic clarum & pellucidum hunc fontem turbarunt, & tandem sub magna illa apostasia in fætidam lacunam, lite, blasphemiâ, cenodoxiâ, hominum commentis & hæresificationibus plenam immutarunt, quam miseriam & illi, qui à Clericis ut Laici & seculares culpantur, vix sufficienter deplorare possunt, prout in XVIto Libro ante memoratæ *Historiæ Ecclesiasticæ* recensetur.

Præprimis Polemicæ & disputatoriæ.

20. Ut autem quarundam novissimarum quærelarum mentio fiat, evolvere licebit sequentia Lutherani cujusdam Jure Consulti verba: *Postquam in diversas Sectas divisa est Europa, nostrorum opera præcipua fuit, polemicam tractare, quasi tota Theo-*

ta Theologia ac totus Christianismus in decidendis controversiis & disputationibus consisteret. (k) Et " alius scripsit: Non esse satis, si Theologi ortho-" doxam doctrinam contra adversarios propugna-" rent scriptis sat multis, id quod per se ἀγαθὸν, sed tamen non statim εὐάρεστον coram Deo, nisi " fiat secundum analogiam Doctrinæ Apostolicæ," quæ verò non de fide sola, sed etiam de charitate " agit, & ut refutatio κατ᾽ εὐσέβειαν fiat, requirit. " &c. [l] Quibus adhuc tertius, qui totius corruptæ Theologiæ Historicam epitomen texuit, dicens: *Sicut olim arbori vitæ prælata arbori scientiæ maxima dederat mala, ita quoq; [cum refrigesceret christianismus] curiosam eruditionem pietati antehabitam, & ex religione artem factam, cui deinde consequens fuerit, ut ad exemplum eorum, qui turrim babylonicam ædificabant, affectatio temeraria rerum sublimium dissonas locutiones & discordiam pareret.* (m)

ut & Scholasticæ.

k) *Brannemannus* Lib.I. Jure Eccles. cap.1. §.7. p.3.
l) *Schilterus* Prud.Jur.Christ. cap.XII.§.8. p. 108.
m) *Grotius* de Veritate Relig.Christ. Lib.VI. mox ab init.

21. Verum enimverò non est, quod in recordatione ineffabilis & non satis deploratæ miseriæ hodiernæ Theologiæ immoremur. Animum potiùs primitiva sinceritate & simplicitate recreemus, quã veterum scriptorum diligens scrutator, non sine contradictione hodiernarum abominationum sic delineavit. *Gaudiô certè summoperè capi debent, qui suæ & aliorum salutis solicitam curam gerunt,*

Sapientia & Simplicitas primævorũ Christian.

Scri-

Scriptis Apostolorum, Apostolicorum virorum, Confessorum, Martyrumque, qui ringente & furente persecutione, Ecclesiam dictis, factis Doctrina, *Praxi, Lingua, Sanguine, primis tribus seculis docuerunt, & illustrarunt. Et magis ipse delector simplicitate, zelo, unctione, charitate, minutioribus etiam fragmentis, Clementium, Polycarporum, Justinorum, Irenaeorum, Quadratorum,* Dionysiorum, *Atheniensium, & Corinthiacorum aliorumq; θεοφόρων, quam conditis istis cupediis, mellîtis bellariis, puerilibus lucunculis & placentis, acutis subtilitatibus, aculeatis & galeatis scriptis hodiernis, in quibus ars, ambitio, dolus, fraudes, furor, nimium partium studium, ἀμετρίοτητι τῆς ἀνθολκῆς sæpissimè se solent exercere.* (n)

& Stultitia Neoteric.

n) *Stephonus le Moyne* Var. Sacr. prol. p. 172.

22. Hæc quoque primævæ Theologiæ simplicitas aliquamdiu, & imprimis ferventibus persecutionibus, admodum pura permansit, quam ob causam in Tertulliani scriptis hoc testimonium invenitur. (o) *Regula quidem fidei una omninò est, sola immobilis & irreformabilis, credendi sc. in unum DEUM omnipotentem, mundi Creatorem & filium ejus Jesum Christum &c.* [ubi totam ferè confessionem, dictam apostolicam recitat, & in sequentibus sic pergit] *Hác lege fidei manente, cætera jam disciplinæ & conversationis admittunt novitatem correctionis, operante sc. & proficiente usque in finem gratiâ* Dei.

brevis & simplex Theologia veterum.

o) Lib. de velandis Virgin. Cap. I.

23. Et

23. Et iterum, loco quo ψευδονύμοις ethnicorum artibus opponit, inquit, *Christiano paucis ad scientiam hujus rei opus est: nam & certa semper in paucis, & amplius illi quærere non licet, quàm quod inveniri licet, infinitas enim quæstiones Apostolus prohibet. Porrò, non amplius inveniri licet, quàm quid à* Deo *discitur, quod autem à* Deo *discitur, totum est.* (p) Et quidem beata hæc simplicitas nonnullorum oculos adhuc ultimis hisce rixosis seculis sic illuminavit, ut sæpius similem confessionem, & quidem publicè ediderint, quorum verba hic allegare, instituto nostro prolixiora videntur.

p) Lib. de Anima Cap. II.

q) vid. *Erasm. Rot.* Annot. Matth. XI. 30. *Bullingerus* Comm. in 1 Tim. I. *Joh. Calvin.* Institut. Lib. IV. c. 1. n. 13. Jacob. I. Rex Angl. apud. *Casaubon.* Resp. ad Peronium Observ. 3. *Idem* Exerc. XVI. adv. Baron. n. 120. Salmasius præf. de prim. Pap. *Rivetus* homil. de Orig. Err. *Jacobus Acontius* Lib. III. & VII. Stratag. Sat. *Pet. Mollinæus* Resp. ad Peron. Lib. IV. cap. 52. *H. Grotius* passim. *Usserius* Concion. in Eph. IV. 13. & Irenici universe. Add. novissime *C. Thomas.* in Fürsten Recht Thes. II. §. 8.

24. Atque hæc quidem primævorum simplex & pura erat veritas, quam unam purâ, sanctâque mente quærebant. Ideò veritatem describebant ceu *uniformem cognitionem omnium divinarum rerum, cui se cor purum applicet, proprium suum sensibile judicium renuntiando, per quam etiam gloria divinæ imaginis reveletur* (r) ex quibus & similibus definitionibus videri posset, quantum ab illis discrepet laudata illa veritas sive orthodoxia, quæ in disputatio-

Eorum veritas theologica.

tatio-

tationibus Scholasticis & logomachia, aut si vel maximè speciosum videatur in nuda sciendi, vel pharisaica pietatis forma absque Christo & extra eum quæritur. Quemadmodum & *vera Religio non* " est sectaria illa certarum quarundam ex voluntate" humana prolatarum hypothesium & traditionum" aut etiam articulorum sic dictorum congeries. Sed" summatim *vera rectaque via ad amissam patriam* nominatur, sive adhuc clarius. *Religio Christiana est sui ipsius status tum ante tum post lapsum, & Dei in Christo Iesu per Spiritum Sanctum agnitio*, qui solus Principium nostrum summum & finis est, in quem ceu unum illud (τὸ ἑν) ex omni divisione, distractione & disputatione regredi convenit.

r) *S.Maximus* Capit. Oeconom. de Virt. & Vita Centur. III. cap. 26.

25. Hinc tota vera Theologia præcipuè *interna* respicit, restaurationem nempe internæ divinæ imaginis, teste jam memorato Doctore. *Opus theologicæ institutionis solummodò versatur circa restituendum hominem ad similitudinem & conformitatem Dei, κατὰ τὸ δυνατὸν, & quidem per gratiam, ut sic ob acceptum per infusionem gloriam nil, nisi Deum cognoscat & intelligat.* (s) Id quod sacræ quoque literæ passim affirmant, docentes, fundamentum & argumentum totius apostolicæ Doctrinæ, *solam Regni Dei in nobis revelationem esse.* Luc. XVII. 28, 1. Cor. IV. 20. Col. I. 13. & quidem *per ipsummet Christum in nobis*, ceu caput membrorum Col. I, 27. 1. Cor. XII. 5. 12. 17. 28. Ebr. I. 2. Atque hunc in finem a Spiritu Jesu Christi Sapientia, Cognitio, & The-

Quæ omnia ad interna referebat.

& Theologia exſpectari debet. Lucæ XXI,13. Col. II,3. IV,5. 1.Cor.XII,8. Eph.III,4. Phil. III, 8. &c.

s) idem *Maximus* l.c. Cent.V. cap. 94.

CAPUT II.

De Myſtica Theologia ſpeciatim ſpectata & primò de nomine, diſcrimine & ſubſtantia ejus.

§. I.

QVoniam autem plerisque Lectorum fortè & nomen *Theologiæ myſticæ* ignotum erit, Necesſitas & illud pro virili clarius extricare jubet. Jam ſuperiùs *Theologiam doctrinam Dei* ſive *de Deo* nuncupari & eſſe probavimus. Aſt Deus per ſe Lucem in accesſibilem inhabitat, atq; juxta eſſentiam ſuam naturæ plerumque incognitus & reconditus eſt. Et ideò doctrina illa, per quam abditum hoc Ens ſolito accuratius ſe animæ revelat, *myſtica*, id eſt, *ſecreta & occulta doctrina*, ſive etiam *ſapientia myſtica vel arcana* vocatur.

Theologiæ Myſticæ nomen.

2. Græcum enim vocabulum μυςικὸς Myſticus, vel Myſtericoſus arcanum & reconditum quid, aut *rem, quæ tantùm Sacramentis ſive Myſteriis conſiſtit*, denotat, & ſub cortice literarum aut characterum & verborum, ſenſum quendam abſconditum proponit: (a) Sicuti etiam μυςήριον, Myſterium vel Sacramentum occultam & arcanam actionem indicat, prout Patres in Novo Te-

Myſtic9 quid ſignificet?

stamento illud explicant. Luc.IIX,10. 1.Cor.XIII, 2.Eph.I,9. (b) Atque ita vox hæc, *Mysticus*, latinis & aliis Europæ incolis, in consvetudinem venit, ut ferè ubique etiam in scriptis veterum (Europæorum puta) inveniatur. Exempli causa legi potest effatum quorundam Christianorum Poetarum:

Et res si qua mihi *mystica* corde datur (c) item: Verum fatentur & Deum
Munus ferendo *Mysticum* &c. (d)

a) vid. *Balth. Corderius* Isagog.ad Myst.Theol.Dionys. Cap.I. p.11. *Carolus Hersent.* Apparat. ad Th.myst. p. 7.

b) Iidem & *Maximilianus Sandæus* Lib.I. Theol. myst. Comm.I. Exerc.I. p. 1.

c) *Arator* Hist. Apostol. præf. 2. ad Vigilium.

d) *Hilarius* in Hymno.

Origo vocabuli mystici.

3. Critici quidem usum & sensum vocis hujus ex veteribus Ethnicorum festivitatibus derivare conantur, in quibus Sacerdotes plebi varia arcana prædicabant; verùm totus primævorum Christianorum animus, illos ab his abominationibus abhorruisse, hocque vocabulo purissimo sensu usos fuisse, & Christianæ doctrinæ adplicuisse, abundè perhibet, simili ferè modo, quo Paulus à Stadiodromis phrases suas interdum petebat. 1. Cor. IX, 24. 25. Imò ipsemet verbum μεμύημαι, *consecratus* sive *præparatus* sum, adhibet Phil.IV,12. Quo considerato, Prudentiores meritò monent, phrasin hanc minimè ceu *Ethnicam* respuendam (e) neque mysticam Theologiam, ac si originem à paganorum abomina-

minationibus traheret, aut ulla in re ipsis conformis esset, blasphemandam esse.

e) Vid. *D. Rechenbergius* Sched. de Orig. Th. myst. §. 7. 9. è *Casauboni* Exerc. XVI. n. 4. p. 478.

Quare modus docendi mysticus à vulgari alius

4. Doctores verò Theologiæ Mysticæ sequentes causas reales nominis hujus ponunt: *Quod nempe arcana, occulta & recondita Dei cognitio* (f) *& mystica sit, id est occulta, tùm quia paucissimi ad ipsam recipiendam se disponant, tùm etiam, quia occultè consistat in corde, ut nec stylo, nec verbo ad plenum valeat enodari* (g) *divina enim unio* (quæ scopus est hujus Theologiæ) *apparet in abscondito purgati cordis, in secreta conversatione animæ cum suo sponso, ita ut hujus seculi sapientes nihil internæ communicationis sapientiæ & Spiritûs Dei capiant.* Joh. XIV, 22. 23. Matth. V, 8. 1. Cor. II, 7. *Etiam syllogismis nulli hominum demonstrari potest, quia non nisi in interna experientia consistit.* (h) Sed plura de his inferiùs.

& quomodo arcanus sit?

f) *Bonaventura* de myst. Th. Cap. III. Part. 4.
g) *Hugo de Palma* Th. myst. cap. III. §. 15.
h) *Franc. de Sales* Lib. VI. de Amore Dei c. I. *Petrus Poiret* Theologie du Cœur præf. n. 2.

Significatio duplex hujus nominis.

5. Porrò notandum est, nomen hoc duplici usurpari significatione, strictiori nempè & latiori. *Strictiori* sensu per *mysticam Theologiam* tantùm sublimior ille contemplationis Dei *gradus*, aut etiam *intima & substantialis animæ cum*

Deo conjunctio, quâ supra omnem sensationem & intellectionem Deum ipsum agnoscimus & experimur, intelligitur; (i) aut etiam, [prout alii exprimunt] secundus gradus (qui via illuminativa dicitur) (k) & occultam sapientiam (l) notat.

i) *Hersentius* l.c.p.8. k) *Gisb. Voetius* Ascet. proleg.p.8. l) *Corderius* l.c. *Recbenbergius* l. c. §. 11.

Mystic9 Scripturæ S. sensus.

6. *Latiori* verò *significatione* omne illud mysticum dicere solent, quod ad sanctam spiritualem & internam vitam aut etiam ad verum & practicum christianismum pertinet, & externis sensuum actionibus opponitur. (m) Inprimis autem sic insigniuntur spirituales illæ profundæ & allegoricæ explicationes & applicationes sacrarum literarum, prout illæ à literali & historico sensu distinguuntur. (n) Præterea quoque

mystica dogmata.

Doctores, illos Ecclesiæ mores & ritus mysticos dixêre, qui una cum suis causis & modis catechumenis aliisque ἀμυήτοις vel nondum sanctificatis, recondi deberent, usque tum numero credentium apponerentur. Eapropter enim dogmata hæc sive doctrinas mysticas à

κηρυγματα

τοῖς κηρύγμασι vel publicis lectionibus discernebant. (o)

m) *Linconiensis* Comm. ad Dion. Th. Myst. p. 264. *Hersentius* l.c. n) *Origenes* homil. ad Levit. VI, 25. & hom. VI, X, & XIII. in Gen. *Gregorius M.* Lib. X. Moral. c. I. *Thomas Aquinas* I.P. Qu. I. art. 10. Conf. *Sandæus* l. c. p. 2. *Huetius* Lib. II. Orig. Qu. 13. p. 170. seqq. o) *Basilius M.* Lib. de Spirit. S. c. 27. & 29. *Eulogius Alexandrinus* ap. *Photium* Cod. CCXX. *Chrysostomus* hom. 30. in Gen. *Isidorus Pelus.* Lib. IV. ep. 162. &c.

7. Etsi

7. Etſi verò hoc loco prior illa & ſtrictior ſignificatio prærogativam tuetur; nihilò tamen ſeciùs minimè excluditur tota internæ Theologiæ ſumma, quemadmodum è progreſſu judicari poterit. Ubi quidem illud in anteceſſum monendum, hîc non nudas materias intelligi, prout eæ inter Romano-catholicos tractantur: ſed omnes omninò arcanas veritates, quæ ad progreſſum & ſcopum vitæ interioris faciunt. Jam autem quæſtio, num & in quantum myſtica hæc Theologia ab aliis Theologiæ Speciebus differat? tractabitur.

8. Prima verò fronte cognoſcitur, etiam humiliùs, ſimpliciùs & faciliùs doctrinæ genus dari, quæ ad neophytos & debiles in Chriſtianiſmo infantes, ſpectat, & ferè ubique nomen *catechiſationis* ſortitum eſt. Tum nemo quoque inficiabitur, quasdam Doctrinæ chriſtianæ partes admodum *notas*, alias verò adeo *recluſas* & *abſconditas* eſſe, ut vix ac ne vix verbis exprimi, ſed potius in corde ſentiri & comperiri queant, quarum illæ veteribus ἔκφορα, hæ autem μυστικὰ & ἀπόῤῥητα, item ἀδίδακτοι μυσταγωγίαι audiebant, de quo vide ſuperius in ſexta paragrapho.

Diſcrimen docendi generum.

& ipſorum dogmatum.

9. Poſtquam autem, eccleſia in deterius degenerante, explicatio dogmatum chriſtianorum principaliter, templi & Scholæ Doctoribus committebatur, atque hi eam formæ ſingularis (ne-

Theologia Scholaſtica.

ſcio cujus)ſcientiæ adaptabant,Platonicam & ethnicam Ariſtotelicam Philoſophiam chriſtianismo commiſcendo: progreſſu temporis nota illa Theologia Scholaſtica in medium prolata eſt, quod pluribus in Eccleſiaſtica Hiſtoria traditur: Verum cum Scholaſtica hæc doctrina ſyllogismis, logomachia & infinitis quæſtionibus ſuis, animabus Deum eſurientibus nihil virium ſpiritalium ſuppeditaret, quæ quippe varios terminorum cortices & ſciendi formulas locò ipſius ſubſtantiæ retinuerat: illæ animæ ſacris potius ſtudebant ſcripturis & Theologis illis, qui fervidiori ſpiritu divina dogmata inſtillabant. Quo ſtudio vetuſtisſima Theologia verorum ſapientum unà juxta Scholaſticam propagata eſt, uti mox evidentius monſtrabitur,cum de ejus origine quædam evolverimus. (p)

p) *Gisbertus Voetius* l.c. Cap. III, pag. 82.

Ejus differentia à myſtica.

10. Myſtici verò Theologi per omnia temporum intervalla ſummo ſtudio ſuam Theologiam quàm accuratisſimè à Doctrina Scholaſtica non ſolùm diſtinxêre, ſed & ſeparâre, cum exempli gratia Sanctus Bernardus ita memoriæ prodiderit: *Multi fuêre perfecti in Theologia Myſticâ absq; ſpeculativa, neq; tamen aliquis ſpeculativus tantum culmen perfectionis eſt adeptus, imo neq; perfectus exiſtit in ipſa acquiſita Theologia ſine Myſtica*: (q) Et alius: *ſpeculativa & literalis Theologia, per hoc vel maximè diſcernitur à Myſtica, quod illa quidem vitiis ſervire posſit, hæc vero nequaquam, niſi per accidens valde: Differen-*

ferentiam hanc, quæ est ex qualitate possidentis Apostolus brevi verbo complexus est: Scientia inflat, amor vero ædificat. &c. [r] ut alios veteres Authores taceam. (s)

q) *Bernardus*, sive potius *Gvilielmus Abbas* in Epistola ad fratres de Monte Dei, circa finem.

r) *Joh. Gerson* Considerat. III. Tit. 3. alph. 64.

s) Vid. *Dionys. Areop.* Epist. IX. ad Titum & ibid. *Maximus* in Schol. *Joh. Cyparissiota* de Theol. Symb. Dec. I. cap. I. *Bonaventura* Th. Myst. prol. & Lib. III. P. 4. fin. Itin. Ætern. VI. Dist. I. *Dionys. Carth.* de Fonte Lucis art. 13. &c.

Causæ & rationes differentiæ

11. Recentiores Mystici causas & species differentiæ utriusque Theologiæ breviter & concinnè sic prodiderunt: Illa (Scholastica) hu-" manum studium & inquisitionem requirit, pau-" cisque convenit, altiori præditis literaturâ; Hæc" (mysticam puta) ubique locorum, semper & ab" omnibus haberi potest; Illa est speculativa, hæc" practica, illa in intellectu, hæc in voluntate sita" est. Illa exposita illusionibus, superbiæ & curi-" ositati, habet unde timeat: hæc tutò ac simpli-" citer ambulat, nihil quærens præter Deum. Il-" la naturaliter cum phantasia & discursu opera-" tur: hæc supernaturaliter cum pura & simplici" intelligentia. Illa à scientia acquisita, hæc à do-" nis infusis Spiritus S. procedit. Illa angusta est," limites non excedens humanæ speculationis. " hæc cor dilatat ad infinita & omnem modum" naturalis cognitionis transcendit. Illa longa" laboriosa & difficilis: hæc brevis expedita & fa-" cillima est. " (t)

t) *Joh. Bona* Via Comp. ad Deum cap. I. §. 3. & c. III. §. 3.

Explanationes harum.

12. Magis perſpicuè alius ſic ſcripſit: I. Scholaſtica Theologia ſpectat Deum & illius attributa, quoad veritatem cognoſcibilem ex principiis fidei, evidenti conſequentia deductam: Myſtica quoad bonitatem & amabilitatem. 2do: Cognitio Dei & divinorum ſcholaſtica ad Intellectum præcipuè pertinet hujus objectum eſt veritas. Myſtica non tam cognitionem attendit, quam amorem, quo ſe Deo intimè conjungat. 3tio: Scholaſtica hauritur in Gymnaſio intellectus, ingenio, labore, exercitatione, diſputationibus, inquiſitionibus, rationibus, argumentis: Myſtica in ſchola affectus deſideriis, oratione, affectuum mortificatione, religionis, aliarumque virtutum exercitationibus. 4to: Scholaſtica præter indolem ad artes liberales accommodatam, poſtulat variarum ſcientiarum apparatum, quo mens ad capeſcendam doctrinam Theologicam aptatur: Myſtica animam puram ac ſimplicem, quamvis artium aliarum rudem. 5to. Scholaſtica ſi ſit in homine à virtutibus imparato, ore loquitur divina ſcripturarum eloquia, & multa profundit, ſubtilia magis, quam fructuoſa: Myſtica, quamvis elingvis ſit in idiota, nec ſua poſſit exterius exprimere, ſenſum tamen divinorum oraculorum rimatur acutè ac perſpicit pleniſſimè. 6to: Scholaſtica ſæpè conceditur à Deo ſuperbis, arrogantibus, aliisque vitiis deformatis, qui bonis quoque fortunæ abundare ſolent: Myſtica, niſi ſit apparens tantum donis ſolummodo & exi-

"mie

"mie Deo caris divinitùs tribuitur. 7mo. Scho-"lastica deservire potest vitiis,ac vanis hominum "desideriis: multi enim ea utuntur ad honores, "dignitates,opes,aliaque ab hominibus in pretio "haberi solita bona congerenda: Mystica non "nisi virtutum adeptioni prodest, & solùm per "accidens ac valdè remotè ad malum referri po-"test,nec multo tempore. (u)

u) *Sandæus* l.c.p.624. Add. omninò *Ludov. Granatens.* Conc.II. de Franc. *Henricus Harphius* Theol.myst. Lib.I. P.II.c.I. & lib.II.P.III.c.30. lib.III.P.I.c.6. *Barthol.à Martyribus* Comp.Spirit.P.II. init.& cap.12. *Thomas à Jesu* lib. II. c. 12. de Contempl. *Victor Gelenius* in Summâ Pract. myst.Theol. P. I. decis.I. art.3. *Franc. de Sales* lib. VI. de Am.Dei cap.I. *Const.Barbanson* Sem. Occ. Amor. P. II. c. 15. §.13.

Comparatio tentata.

13. Quemadmodum itaque hoc in subsequentibus luculentius probabitur: sic ex jam superiùs allegatis videre est,imposs ibilem esse (sæpiùs à quibusdam tentatam) conciliationem aut commixtionem Scholasticæ Theologiæ cum mystica. Cum & alii animadverterint,veteres ipsos nihilo seciùs magnum illud discrimen concessisse, diu quidam æquiparatione, sive conciliatione quæsita. (u) quod licet eo respectu fecerint,ut hominibus sublimia hæc mysteria scholasticis terminis enutritis,per easdem phrases perspicua,& consequenter accepta & utilia, aut ad minimûm tolerabilia redderent, juxta Gersonem, qui idem de se ipso fatetur: (x) Nunquam tamen res prospere cessit, quin potiùs argumenta mystica debilitata, commixta & confœcata proposita fuerint;

 uti

uti in ejusmodi ſcriptoribus ipſis oculis diſcerni poteſt.

v) *Jac. Thomaſius* Orig. Hiſt. Phil. & Eccl. §. 52. p. 106.
x) Epiſt. ad Bartol. Carthuſ. ibid.

Conceptus de Theologia myſtica falſi.

14. Quò verò propius ad rem accedamus, exquirendum reſtat: Quid igitur Theologia myſtica propriè ſit? Cum imperitis & terrenis hominibus, imò ipſis concionatoribus admodum perverſa audiat. Plurimi ex ſententia prudentis cujusdam viri (y) eam orationem coloratam, emblema aut allegoriam ex Bibliis excerptam habent. Alii, portentoſis ſomniis otioſorum & ſpeculativorum ingeniorum conflatam eſſe exiſtimant, ſive etiam ex ſtatu animi tali, quo homo nihil cogitet aut agat, oriri. Aut ultimò omnia de interna energia ſive operatione & inſpiratione Spiritus S. teſtimonia, vana ſuſpecta aut pompoſa nihil ſubſtantia ſ. realitatis indicantia verba exclamant, & neſcio quæ monſtra, quasve naturæ chimæras indè formant, ut alias, quas depravata ratio ſibi pingit imagines, ſilentio tegam.

y) *Poiret.* Theol. du Cœur præf. n. 2.

15. Sed ſi Lector Dei cupidus ſequentem inſtructionem, patienter & ſancti ſpiritus opem implorando, conſideraverit, mox comperiet, ubique aliquid reale & verum, in verbis omnibus ſitum eſſe, id quod ſimplici fidei obedientia ſervatâ animo vere & realiter experiri & deguſtare licebit. quippe cum primò intuitu nomina *myſticæ Theologiæ* aliquid pretioſi ſubindicent, & (pro huc-

usque

usque monstrata origine) nos ad arcanam *Doctrinam Dei*, aut *de Deo* deducant. Cui descriptiones Authorum reales consentiunt licet variè exprimantur.

Vera ejus delineatio.

16. In genere, & quidem § 5tâ, superiùs annotatâ strictiori significatione plerisque *sanctis Doctoribus* (quemadmodum & protestantibus notum & probatum fuit (z) *divina & occulta sapientia de Deo aut divinis rebus audit, quâ mente renati hominis illuminatâ, voluntate virtute divina induta, & à Peccatorum inquinamentis purgatâ, anima arctissimè Deo unitur.* quæ descriptio ab Areopagita Dionysio petita est, *qui ubique de occulta sive arcana sapientiâ, à Deo solum in spiritu revelata*, disputat, quod & alii ex eo repetunt. (a)

z) D. *Rechenberg*: L.c. §. 10.

a) *S. Maximus* in Scholiis ad Cap. V. Th. Myst. *Joh. Cyparissiota* l.c. *Henr. Harph.* Lib. I. Th. Myst. P. II. cap. 48. p. 257. *Ludovicus Carbo* Introd. ad S. Th. Lib. I. c. 8.

ceu sapientia Dei.

17. Porrò hanc Dei sapientiam describebant, ceu ejus notiam (sive sensibilem cum Deo conversationem) *dum ei supremus apex affectivæ potentiæ rationalis per amorem conjungitur, & unitur.* (c) Item ceu sapientiam experimentalem, Dei affectivam & divinitus infusam, animum omnis inordinationis purum per supernaturales actus fidei, spei & charitatis cum Deo intimè conjungentem (d) ut ita per hoc vel maximè à nuda sciendi formâ aliarum falsò laudatarum artium scho-

scholasticarum discernatur, quod illicò *gustum quendam spiritualem* cordi per realem contemplationem Dei afferat, qui magis comperiri quam describi aut credi queat. (d) cum *donum hoc gratiæ supernaturale, infusum, & charitati inseparabiliter conjunctum sit.* (e)

& viva quædam praxis.

b) *Joh. Gerson* de myst. Specul. P. VI. Consid. 28. Sandæus l. c. p. 5.

c) *Corderius* l. c. Cap. II. p. 12. (d) *Idem* ibid. & *Sandæus* p. 6. (e) *Dionysius Carthus.* de Myst. Theol. quæst. 3. in Cap. V. Dionys. Areop. art. 5.

18. Eò etiam spectant reliquæ Authorum descriptiones, qui totam hujus Theologiæ substantiam in amoris Desiderio & acquisitione unionis cum Deo collocant. dum exempli gratia scribunt: *Mystica Theologia est extensio animi in Deum, per amoris desiderium.* (f) Item *Motio anagogica h.e. sursum ductiva in Deum per amorem fervidum & purum;* (g) *Conjunctio sive unio experimentalis & gratuita mentis cum Deo;* (h) *Experimentalis cognitio habita de Deo per amoris unitivi complexum,* (i) *Cognitio Dei per essentiam sive substantiam, sive etiam Dei, ut in se ipso est experimentum.* (k) Et exactius adhuc: *Theologia mystica est perfecta & exquisita Dei cognitio super omnem aut sensum aut mentis operationem, supra affirmationem & negationem, quæ intima essentiæ animæ cum essentia Dei unione & conjunctione cum summa pace, silentio & ignoratione perficitur* (l) *ut verbo dicam, est essentialis unio & communio cum Deo, summo illo bono, quod unus-*

item ceu amor in Deum

unusquisq; hominum in se occultè affectat, licèt non quovis tempore sciat aut sentiat.

f) *Gerson* l.c. *Hugo de Palma* lib. de Myst.Theol.c.III. g) *Gerson* l.c. h) Idem Alphab. 86. lit. I. *Thom. à Jesu* lib.V.de Contempl. c. 11. *Poiret* præf.Theol. du Cœur n.2. i) *Gerson* P.VI. consid.28. *Joh. de Jesu Maria* Th.myst.c.I. k) *Hersentius* Appar. ad Th. myst. p. 33. l) *Idem* ibid.

19. Sic scribendo etiam monent, ne quis profundissima hæc & occulta Dei mysteria ex ratione & miserâ logicâ metiri conetur, sed spiritualia spiritualiter tractet. 1.Cor. II, 13. 14. 2. Cor. X, 5. Rom. IIX, 7. Testantur item: Profunditates s. abyssus hasce & abscondita, naturamq; hujus Theologiæ, non satis enodari posse: (m) Veteres quoque jam dudum animadvertêre, *Mysticam Theologiam esse neque sensationem, neque rationem, neq; mentis motionem, neq; operationem, neque habitum, neque quod quidquam rerum nostratium explicare possit, sed in perfecta mentis cessatione, circa ipsam illuminatos cognoscere posse, eam esse supra omnia, quæ mens intelligit: Et cum mysticum quid & ineffabile contineat, secundum hoc solum sermones de illa esse & Theogiam vocari posse, quoniam hoc de Deo dicat, quod sit supra omnia.* (n)

& aliæ res inenarrabiles

m) *Joh. Bona* Viâ Compend. cap. III. §. 2. *Sandæus* l.c.p.16 n) *Pachymeres* Paraphr. Gr. ad Dion. §.1. p.18.19.

20. Hæc monita omnem frivole & obstinate judicandi ansam, rationi eripiunt, cum præcipue & in sacro codice scriptum reperiatur, Deum lucem inaccessibilem habitantem in communi-

quæ ultra hominum judicia.

municatione ſui ipſius à cordibus magis ſentiri & percipi, quam accuratè deſcribi poſſe. Ita ut omninò *ſapientia Dei in perfectis detur in Myſterio*, & quidem *occulta* (ἀποκεκρυμμένη) 1.Cor. II,6.7. quæ nemini principium [ſive in republica politica, ſive eccleſiaſtica] hujus ſæculi innotuit, v. 8. neque ab ullo viſum fuit, quid Deus ſui amatoribus præparaverit, v. 9. *& re ipſa jam revelaverit per Spiritum ſuum ſanctum* v.10. qui & *profunda Dei ſcrutetur*. &c.

CAPUT III.

De Myſticæ Theologiæ Origene.

§. 1.

Fons & origo Theologiæ myſticæ Deus traditur.

EX allegatis hactenus Myſticorum Authorum propoſitionibus evidenter notum fuit, Theologiam Myſticam ab ipſomet Deo ducere originem: Id quod nemini, niſi qui voluntatem ejus faciendi cupidus fuerit, experiri licebit. Joh. VII, 17. Etenim neceſſatio illud à Deo derivari debet, quod eum ipſum, & glorificationem atque fruitionem illius pro fine habet. Quoniam homo, (facta per apoſtaſiam ſeparatione) per ſe & ex ſe, in ſpiritualibus & divinis (omnium inter Chriſtianos ſectarum ſuffragio, & teſtimonio,) nihil pollet. vid. huc prolixè *Dn. Kopkii Theol. Myſt.* Parte I.

cujus ſpiritu illa acquiritur.

2. Eapropter & Veteres manifeſtò teſtati ſunt: *Arcanam, ſive myſticam Theologiam tantùm à divinâ donari*

donari sapientia. licèt naturali meditationi in spiritu, domum virtutis, consilii, & intellectionis aliàs multum conferre possint. (a) Et ex hoc omnium perfectorum donorum fonte, spiritu nempe sancto, veros Theologos, ceu *spirituales, in quibus divinus spiritus mansionem fixisset*, describebant. (b) Qui etiam non solùm ultra naturam, sed & supra omnem discursum elevati essent, quippe qui Sancti Spiritus splendorem in animabus suis insuxissent, (εἰσδεξάμενοι) & quorum mens ab illo illuminata esset; [d] Alias his similes descriptiones veterum, prætermittimus.

a) *S. Maximus* Cap. Oecon. de Virt. & Vit. Cent. IV. c. 10
b) *Theodoretus* Comm. ad 1. Cor. XIV, 37. & ad c. II, 15.
c) *Isidorus Pelusiota* lib. IV. Epist. 127.
d) *Theophylactus* ad 1. Cor. II, 15. &c.

3. Hòc itaque fundamine hujus Theologiæ amatores nituntur, & gratuitò. eam omninò aliquid *supernaturale* esse præmonent, atque sic consequenter non *ex arbitrio aut voluntate hominum sed ex solius benevola miserantis & dignantis Dei gratia dependere.* Qui cum benignus sit & multæ mise-" rationis, dignatione sua copiose nos prævenit, &" ad Cordis ostium pulsat, & expectat, ut illi adi-" tum patefaciamus, obstacula removendo, para-" tus nos deducere ad dirigere usque ad montem" Oreb, ac supremum Mysticæ Theologiæ fastigi-" um, dummodo semper jugibus ac ferventissimis" ipsum precibus invocemus, ductum ejus exa-" ctissimè observantes. (e)

e) *Corderius* l. c. cap. II. p. 13.

4. Mo-

per arcanam sui communicationem.

4. Modus verò hujus communicationis etiam aliquantiſper delineatus eſt, quod nempe *Deum in occulto docentem habeat*, teſte Herſentio. (f) Nam *à Deo*, prout alius ſcriptum reliquit, *per bonitatis redundantiam, uti cætera, ſic maximè hoc datum optimum, & donum perfectum benignisſime perfluit, deſcendens à Patre Luminum per Filium in Spiritum S.* qui per hoc do-"num ſapientiæ modo nobilisſimo nobis com-"municatur. Quia & omnis myſticæ à Patre mo-"tæ illuſtrationis emanatio in nos beneficè ex-"undans, denuò ceu unifica vis ad ſupera nos re-"vocando ſimplificat, & convertit ad congre-"gantis Patris unitatem, ac Deificam ſimplicita-"tem, atque ad ſe ut fas eſt attendentes, pro cu-"jusque capacitate ſimplificativa ſui unione ſur-"git & unificat. [g]

f) *Carolus Herſentius* l. c. præf. apol. obj. I.

g) *Corderius* l.c. cap. III. p. 14.

ſecundum literas ſacras.

5. Hic meritò quæritur, annon vera Theologia myſtica ex ſacris literis & inprimis teſtimoniis Jeſu Chriſti ejusque Apoſtolorum ſit petita? Ad "quam quæſtionem Scriptores reſpondent, ſe tur-"pem exiſtimare calumniam, acſi ipſimet arcana "hæc finxiſſent, & nihil eorum in ſacro codice inveniretur. Quippe cum innumerabilia ferè producant Scripturæ loca, quibus innituntur, adeò ut argumenta hæc, & præcipuè Unionem cum Deo clarisſimè, licet variis verbis & problematibus, exprimentia, ordine allegare noverint; qua de re infra fuſius. (h)

Vid.

h) Vid. interim *Joh. Gerson.* Tom. II. Serm. de Spirit. S. Consid. 2 & Tom. III. Tract. 9. in *Magnificat* & omninò *Thomas à Jesu* Lib. de Orat. Div. cap. 7. à pag. 344. ad 354.

6. Porrò affirmant: *Mysticos hujusmodi loquendi modos ex Scriptura ipsius penu & abstrusiori sensu desumtos esse*, & vix Paulum aut Johannem in literis S. audiri, quin mystica mysticis proponant verbis: *Imò in Mystica Theologia vix voculam reperiri, quæ sacræ Scripturæ lectionem non sonet.* Æquum enim esse, ut illa, quæ per solam Dei cælestem doctrinam proponitur, non nisi divina spiret verba &c. (i) quod etiam ulterius progressi in unaquaque materia explicabimus & quidem ex allegatis scripturæ dictis & testimoniis, omninò autem in quæstione de vero & salutari sacrarum literarum usu manifestò vindicabitur, has tantum exponi & intelligi debere, per eundem Spiritum, à quô olim inspiratæ fuerant.

ex quibus Mysticæ phrases petitæ.

i) *Hersent.* obj. 2. Conf. *Balth. Cord.* Observat. gen. ad Dion. init.

7. In Protestantium templis verò non secius publice docetur, primævos Doctores Mysticæ Theologiæ fontem scripta Apostolorum habuisse, cum in illis expressis verbis tractetur, Agnitio s. notitia Dei, *Regeneratio ex Deo* Joh. I. 12. 1 Joh. III. 9. 2. Cor. V. 17. Eph. II. 10. *Depositio Veteris & Induitio novi hominis* Eph. IV. 22. &c. *Occulta cum Christo vita in Deo.* Gal. II. 20. *Impletio in spiritu* Eph. V. 18. Abnegatio sui ipsius

ipsis Protestantibus fatentibus.

& clarè testantibus.

Matth. XVI. 24. *Mystica cum Deo unio.* Joh. XV.4. 5.6.17.21. &c. Rom. VIII. 10. 11. 1. Cor. V. 15. 17. 19. 20. 2. Cor. VI. 16. 17. 18. Gal. II. 20. 1. Joh. I.6.7. *Participatio s. Communio naturæ Dei* 2. Pet. I. 4. *Illuminatio Cordis humani* 2 Cor. IV. 6. Eph. I. 17. 18. Et aliæ similes mysticæ phrases, quarum abstrusum sensum Theologi explicare solebant, sicuti non ita pridem & Lipsiæ scriptum est. (k)

k) *D. Recbenberg.* l. c. §. 12. 13.

Mystici in sacro codice libri.

8. Itaque vi manifestorum jam allegatorum testimoniorum certum, atque extra omnem disputationem positum est, Scripta Veteris & Novi testamenti fundamentum & fontem veræ, non mixtæ & infucatæ Theologiæ, tam facilioris & catecheticæ, quam etiam mysticæ esse & manere, nullamque phrasin imperitis adeò ignotam, raram aut novam dici posse, quæ ex aperto verbi scripti consensu deduci & extricari nequeat. Hinc porrò indubitatò sequitur, Mosen & Prophetas non minùs quam Davidem in Psalmis, & Salomonem in Cantico suo, veram Theologiam Mysticam à Deo accepisse, nobisque reliquisse, quâ de re totus liber singularis, in suâ serie testimonium perhibebit.

Mystica Theologia num à Platone petita.

9. Cum autem quibusdam Scriptorum etiam in supra memorato Lipsiensi Schediasmate ad huc alius hujus Theologiæ fontis, mentionem facere libuerit, Platonicæ nempè Philosophiæ: illud facilè ex fundamento, jam

jam

jam tot teſtimoniis comprobato dijudicari poterit. Verus enim fons & hujus divini & aliorum bonorum atque perfectorum donorum, manet ſolus & unicus Deus, unà cum ſuo revelato verbo, nequaquam autem ulla ex arbitrio humano prolata Prophetia ſive Doctrina, multò minus ethnica Philoſophia.

10. Quod autem nihiloſecius à nonnullis ſcripta Platonica hujus Theologiæ origines unà proferuntur, ſequenti hac vili occaſione factum eſt. Plato fortè ex ſententia quorundam Patrum, è Scriptis & dogmatibus Judaicis quædam excerpſerat & retinuerat, quæ gentilibus nugis commiſcuerat & obſcuraverat. Fuerunt autem aliqui primævorum Eccleſiæ Doctorum Philoſophi Platonici (ante converſionem puta) undè quædam erga hanc doctrinam affetio ipſis remanſerat: quo facto interdum aliquid horum dogmatum Propoſitioni ſuæ immiſcebant, ea opinione ac ſpe, fore, ut gentilis eò felicius propriis ſuis principiis convincerentur.

Origo hujus opinionis.

11. Ita progreſſus temporis hæc vel illa locutio Philoſophiæ hujus in Theologiam ſubrepſit, quæ Doctoribus Sacræ Scripturæ concordare & ideò chriſtianis dogmatibus minimè contraria, ſed potius emolumento eſſe viſa eſt. Ex quibus porrò prudentiores commonſtrant, an & in quantum Platonis doctrina fons & origo myſticæ Theologiæ dici posſit: Nempe neutiquam veræ, puræ & non mixtæ Theologiæ, cujus fons & cauſa

& deciſio.

prima solus Deus ejusque Spiritus est & manet, per quemcunque etiam operatus aut loquutus sit: sed tantum quarundam immixtarum, aut potius attextarum rerum. Id quod veræ Theologiæ osoribus & inimicis ansam dedit has unà cum illa rejiciendi, quæ observatio etiam in sæpius dictâ dissertatione legi potest. §. 14. 15. & nuperrimè repetita est, à Domino D. Paulo Antonio in Diss. de discrim. Praxeos Theol. & Philos. p. 95.

Confessio mysticorum hâc de re.

12. E contrario suo loco ex manifestis præcipuorum mysticorum testimoniis nobis notum fiet, illos neque Platonem, neque Aristotelem, nec aliud quid creatum, fundamentum suæ agnitionis ponere; quippe qui miserandorum gentilium cæcitatem & miseriam non satis deplorare queant: (l) Sed solum Deum ejusque Spiritum, per quem vel maximè vera Theologia ab omni hominum doctrina discernitur, originem suorum mysteriorum asserere. Licet interim aliqui inprimis Scholastici Theologi bono vel animo, vel etiam imprudentiâ nonnunquam humanis thesibus & phrasibus aliquid superstruxerint, quorum tamen Error à Prudentibus neque ipsis Theologis veris, (qui plerumque idiotæ existentes, Platonem aliosve, sublimioris eruditionis viros minime adamare potuerant) neque eorum Theologiæ attribui solet.

l) vid. interim *Jac. Faber Stapulensis* præf. ad Edit. Dion. Areop. (Argent. 1503.) *Henricus Suso* in der 3 Predigt p. 95. *Joh. Taulerus* in der 2 Predigt von Joh. den Täuffer. Joh. von Staupitz von der Liebe Gottes. Cap. 5. vom

vom Christlichen Glauben c. 8. *Franc. de Sales* Lib. I. de Am. Dei c. 17. *Joh. Bona* Viâ Com. Cap. III. §. 4. &c.

13. Hoc autem ſuo loco fuſius tractabitur. Hac vice caput hoc abſolvemus verbis noti illius Dionyſii ex 1 Cap. Hier. Eccleſ. in quo & initium & finem Theologiæ Myſticæ Deum ipſum refert hiſce verbis: *Dicimus Dei Principalem beatitudinem, quæ natura Deitas eſt & Principium Deificationis, ex quo ii, qui Deificandi ſunt, deificantur, divina bonitate ſacrum ordinem in ſalutem & Deificationem omnium, cum rationalium, tum ſpiritalium eſſentiarum conceſſiſſe. Ac ſuperis quidem beatoque otio fruentibus modo magis immateriato, ac ſpiritaliori, non enim extrinſecus eos Deus ad divina movet, ſed intelligibili ratione, atque intrinſecus pura liquidaque illuſtratione diviniſſimam iis voluntatem irradiando.*

Qui à Deo principium & finem hujus theologiæ petunt.

14. Hocque modo fundamen & Principium ſuum deſcribunt ex parte Dei, quod in progreſſu luculentiùs cognoſci poterit. Quid autem à parte hominum, qui ſæpius nominatam Myſt. Theol. ſortiri cupiunt, in ſubſequente capite explanabitur, & quidem tantùm ex dictis & ſenſu talium Doctorum.

CAPUT IV.

De Perſonis Theologiæ Myſticæ capacibus.

§. 1.

Num omne hominum genus hujus doctrinæ capax sit?

Etiamsi summum & maximè communicabile Ens, quæ ejus universalis & extensissima & incircumscripta est charitas, libentissimè se unicuique hominum totum & integrum tradere velit: à paucissimis tamen ipsi locus aut obedientia ceditur, & requisita, quæ hominem naturæ divinæ capacem reddant, observantur. Ideò Patres etiam de Evangelizatione mysteriorum probè monent: *Non cuilibet inesse ut mysteria penetret, sed tantum illi, qui instrumentum ad ea evangelizanda & prædicanda idoneum fieri queat, ut anima ejus Psalterii instar moveatur, cum Spiritus S. in ea operatur.* (a)

a) *Basilius* M. homil. in Psalm. XLV.

aut solummodò totus christianorum cætus.

2. Ast non immorabimur longiori inquisitioni, num omnes & singuli verè Christiani hanc mysticam theologiam possideant, aut ad minimùm ejus capaces sint. (b) Cùm hoc per se extricari possit, si modo quivis, etiamsi neophytus, Christianorum, in viva fide quotidianum capere incrementum pergat, atque ita progressu temporis ad eum illuminationis & regenerationis gradum perveniat, quô essentialem horum mysteriorum fructum in corde suo agnoscat, sentiat & custodiat. Omninò enim cuivis hominum fides exhibetur, per tàm propinquum vitæ verbum, quod jam in corde situm cælitùs deduci non oporteat. Rom. X. 6. 8. ita, ut se-

ut ſecundum dicta Doctorum quælibet anima ejus capax & particeps eſſe queat, quæ de ſequentibus maximè neceſſariis qualitatibus & requiſitis ſolicita eſt.

b) *Sandæus* Th. Myſt. Lib. III. Comment. II. p.612.

Theodidactus, ſive Theologus debet eſſe.

I. purus corde.

3. Ante omnia unicuique cor ſuum denunciabit, oportere ſe neceſſariò *purum* eſſe ab omnibus mortuis operibus, ſi alioquin *Deum* ſic *videre* velit. Pſ. XXIV. 4. Matth. V. 8. Hebr. XII. 14. Eapropter & Patres fideliter commonefaciebant, ſicuti & divinus ille Nilus ſolitari cuidam ſcripſit. *Verè purgatus & ab omni inflatione vanæ gloriæ liberatus ſublimes meditationes exercere poteris. Contaminatis verò & à Stercore atque contumelia veteris Adami nondum ablutis, neutiquam permiſſum eſt vel apice digiti ſacra hæc verba attingere, usque dum ſanentur & purgentur.* Extat enim. *Sanctimonium canibus non dabitis.* Matth. VII. 6. (c) Alius autem ſic tradidit. *A pravis affectibus liber & oſtium agnitionis pulſans, citra omne impedimentum ad occultam gratiam myſticæ Theologiæ penetrabit.* (d)

c) *Nilus* Epiſt. CDXIII. ad Palladium Edit. Allatii. 1.
d) *S. Maximus* Cent. IV. Cap. Oecon. cap. 14.

& quidem in ſublimi gradu.

4. Sic etiam Dionyſius de Myſt. Theologia prodidit: *Non eſt fas ſacris profeſſoribus, vel initiatis, quidquam prorſus operari, quod ſacri ſui ordinis ſacroſanctis conſtitutionibus repugnet;*

imò nec iisdem dissentire, si divinam ejus appetat claritatem, & ad illam sanctè, uti decet, aspiciant, ac pro cujusq; sacra mentis capacitate transformentur. (e) Quod alii adeò accuratè explicant, ut sæpiùs summum mortificationis & abstinentiæ gradum requirant. Annotant etiam, non "tantum èthnicos & infideles seu incredulos ceu "ἀμύςȣς à sublimi Theologia seclusos esse, sed "etiam ἀμυήτȣς, sive ejusmodi Christianos, qui "quidem christiana dogmata ex parte noverunt, "attamen adhuc rebus sensationis intricati, non "credunt Deum adhuc superius quoddam Ens o-"mnibus præsentibus esse. Etsi enim tales in "Christum credant, attamen ad sublimiorem no-"titiam non ascendunt. (f)

e) Lib. de Cœl. Hier. cap. III.

(f) *Pachymères* Paraphr. ad Dion. Th. myst. cap. I. §. 2.

juxta omnia, omninò possibilia media.

5. Exactam verò purgationem, quæ ad hanc Theologiam requiritur sic delinearunt: "Homines as-"sidui, ad Deum connitendo aspi-"rationibus, atque totalibus contrariorum mor-"tificationibus & abolitionis hujus Dei formis "status immutabilitate potiuntur. Non enim "duntaxat ab omni malitia ipsis recedendum est, "sed obdurandum viriliter, & imperterritè sem-"per obsistendum, ipsi noxiæ remissioni, nec à "sacro est unquam amore cessandum, ast con-"tinenter & perpetuò pro viribus ei insistendum, "ad perfectionem principatus divini sublimati-"onem, sanctè semper negotia sua dirigendo. "Itaque perfecta sui ipsius abdicatione ac con-"tinua

"tinua in rebus omnibus mortificatione opus est. "(g) Quia homo per lapsum à Deo separatus, "necessariò ex omni multiplicitate & distributi- "one affectuum in unitatem vitæ divinæ rever- "tere debet, si ejus particeps fieri desiderat.

g) *Corderius* l.c. cap. V. p. 17.

6. Cum itaque vera Theologia mystica ne-" quaquam in nuda Theoria sive rationali specu-" latione consistat, cor purum, purusque, id est li-" ber ab omni creato & abnegationem omnium" rerum exercens, seque purificans erga Deum" affectus requiritur. Atque sic hæc unio acquiri" haud potest, priusquam vitia eradicata & eo-" rum in locum virtutes insitæ, simul etiam pru-" ritus affectuum sedatus fuerit, qui oculum men-" tis internum inquietant, & animam Deum su-" spicere non patiuntur. Prout enim Deus O.M." purissimus est spiritus, sic etiam à puris anima-" bus videri vult. &c. (h)

h) *Justus Lansbergius* Milice chret. chap. XXXVII. add. *Joh. Bona* Viâ Compend. cap. IV. n. 1.

2do sine fine orans.

7. Hâc de re plura vide in descriptione illuminationis. Optimum hujus statûs acquirendi modum, scriptores orationem tradunt, cum propria experientia edocti sic scripsere: *Qui carnales cupiditates strenuè oppugnat, & immundos spiritus beate vicit, eorumq; inspirationes de animâ sua pepulit: jam oret, ut Deus ipsi cor purum donet, & sincerum in visceribus ejus Spiritum renovet, h.e. ut ab omnibus malis cogitationibus liberatus divina mente per gratiam induatur, aut*

 im-

impleatur, quo Dei ſpiritualis, ſplendidus & amplisſimus mundus fiat, qui dogmatibus veræ Theologiæ fulciatur, & ſtabiliatur. (i)

i) *Marcus Eremita* in cap. de Temperant. c. 23.

8. Cauſam, cur hæ ad Deum preces aut orationes neceſſariæ ſint, hanc aſſerunt: Deus quidem ubique terrarum præſens eſt. Verùm non" omnes ipſum tam accuratè accedunt voluntate" ſua, ut ſe omnibus communicare queat. Ideò" neceſſe eſt, ut anima oratione ad Deum, ſe ad" ejus intuitum præparari patiatur, & invocatione" atque recordatione Dei ſe ipſi tradere atque ad-" jungere vel unire. Charisſimum enim Dei Ens," vel eſſentiâ à fervidis & puris mentibus ignitis" orationibus ad revelationem ſui incitari affectat," & divinas ſuas inſpirationes ſplendida commu-" nione iis communicat, qui illud elevatione cor-" dium ſuorum invitarunt. Ob hoc deſiderium" ſummum bonum eos ad communionem ſui ad-" mittit atque lucis ſuæ participes reddit, ut cum" ipſo Deo intimè conjungantur, uniantur, eoque" fruantur. (k)

k) *Corderius* l.c. Cap. III. & VI. è. Dionyſ. Hier. Eccl. Cap. 2. & 4.

3. Quieti & Deo reſignati Spiritus.

9. Quemadmodum igitur huic arcanæ aut occultæ cum Deo collocutioni ſedatum duntaxat & Deo deditum cor aptum eſt: Sic etiam non minùs ipſimet Dei contemplationi & ſummæ Theologiæ neceſſarium erit. Vetus quidam Doctor per experientiam de hoc argumento, brevibus tale perhibet teſtimonium: *Animus ſedatus*

purgatæ

purgata vita purissimam contemplationem recludit, & per simplicissimum intuitum agnitionem spiritualium mysteriorum revelat. (l) Et recentiorum Authorum aliquis: Deus, quæ ejus est" misericordia, dignatione sua copiose nos prævenit, & ad Cordis ostium pulsat, & exspectat, ut" illi aditum patefaciamus, obstacula removendo," paratus nos deducere ac dirigere usque ad montem Oreb, ac supremum Theologiæ mysticæ Fastigium dummodo jugiter jugibus ac ferventissimis ipsum precibus invocemus id quod in tranquillitate & sedatione tantùm decentes observari potest.

l) *Joh. Carsianus* Lib. IIX. Insit. Mon.
m) *Corderius* l. c. p. 14.

10. Scriptores Pontificii quæstionem movent, num mystica Theologia *ad vitam activam* etiam, aut duntaxat ad *contemplativam* (quam vocant) quadret. Ubi sententia eorum à parte hujus (contemplativæ puta) stat, eumque in finem solitarium vitæ genus commendant, talium nempè hominum, qui eapropter & ipsis cænobiis posthabitis, soli secum habitavere, quod & Hieronymus Rustico consuluit; (n) Interim tamen non negant dari vitam *mixtam*, sive mediam, ex utraque quasi compositam, in qua" diu exercitatus & robustior christianus, & operari & Deum, divinaque contemplari queat. (o) Imò ex exemplis Davidis Apostolorum & Christi adnotarunt, operationes exter-

etiam circa externa minimè distractus.

Laboribus tamen incumbens.

nas

nas summæ Sapientiæ minimè contrarias esse, "ut potius affirment, officia vitæ activæ tantùm "à Theologis Mysticis fructuose & dignè exerce-" ri posse. (p)

n) *Maximilianus Sandæus* Lib. III. Theol. Myst. Exerc. II. Disq. I. p. 615.

o) *Idem* l. c. p. 614. (p) ibid. Disq. 2. p. 6. 617. Add. *Barbanson* Occult. Semit. Am. div. P. II. c. 15. §. 23.

II. Ad minimùm talis ex hisce sententia patet,. quod nemò se maximi hujus doni incapacem aut eo indignum censere vel etiam hàc excusatione evadere possit: se certis muneribus atque negotiis obligatum esse, atque ideò non tam intimè aut accuratè cum Deo conversari & uniri posse. Siquidem Spiritus Sanctús non cessabit uniuscujusque cor etiam in labore commonefacere, certaque tempora & horarum spatia ad singulares preces & conversationem cum Deo in collectionem mentis distractæ & cogitationum confusarum, indicare, ubi anima obediens sæpius plus gratiæ in intellectu, oratione & spe sua nanciscitur. Atque sic prudentibus probatum est, nullum statum aut officium externum per se huic gratiæ obstare, licet hoc sæpius imò ferè perpetuò hominum imprudentiâ & inobedientiâ fiat.

12. De hac autem Materia alibi sub titulo de solitudine & tranquillitate fusius disputabitur, simul & de sequenti qualitate Theologi mystici, quod quippe exercitatus, strenuus & prudens, sed rationi & curiositati novarum rerum totus & integer mortuus, simplex & infantum similis esse debeat. Hic tantum aliquos Doctorum citabimus,

mus, quorum ſvaviſſimus Sanctus Bernardus ſic loquitur: *ô quisquis curioſus es ſcire, quid ſit hoc verbo frui, para illi non aurem, ſed mentem, non docet hoc lingva, ſed docet gratia, abſconditum à ſapientibus & prudentibus & revelatum parvulis.* (q) Matth. XI.

q) *Bernhardus* Serm. XXCV. in Cantic. Cant.

13. Alii ſeriò contra Sapientes hujus ſæculi & Scholarum Doctores proteſtati ſunt. Eo quod illi in ſuis ſpeculationibus & fucata ſapientiæ forma ad divinam prorſus inepti eſſent: Hinc Vetus quidam Doctor de myſtico ſuo libro ſic ſe explanavit: *Iſtum Librum offero non Philoſophis, non mundi ſapientibus, non magnis Theologis, infinitis quæſtionibus implicatis, ſed rudibus & indoctis, magis Deum diligere, quàm multa ſcire conantibus: Non enim diſputando, ſed agendo ſcietur ars amandi: Arbitror autem, ea, quæ hic continentur ab iſtis quæſtionariis, & in omni ſcientia ſummis, ſed in amore Chriſti infimis, non poſſe intelligi, undè nec eis ſcribere decrevi, niſi poſtpoſitis & oblitis cunctis, quæ ad mundum pertinent, ſolius conditoris in ardeſcunt deſiderio.* (r)

minimè verò naſutulus, & *κοσμοδιδασκαλος* aut coſmoſophus.

r) *Bonavent* Lib. de Fonte Vitæ in prol.

14. Itaque hi homines ex propria experientia veram ſimplicitatem commonſtrarunt & requiſiverunt, quemadmodum & ipſa Scriptura S. infantes duntaxat Regno Dei deſtinat. Matth. XIIX.3. &c. c. X. 15. *Ex his, quæ interius experiuntur,*

Sed ſimplex & obediens.

idiotæ

idiotæ contemplativi perfectius divina percipiunt, quam multi literati. (s) *Hæc enim Sapientia citius ac sublimius idiotis simplicibus, qui nihil aliud, quam salutem in timore & tremore curant, quam magnis & eruditis Theologis conferri solet, nisi & ipsi toto mentis affectu studeant humilita-* "*ti.* (t) Qui autem curiositatis aut hypocri-" "seos ergò ad eam se accingit, nequicquam hujus doctrinæ capiet, quam solus Sanctus Spiritus sibi reservavit. Sap. I. 5. &c. (u) quippe quæ multum abhorreat à Doctorum hominum vulgo. (x)

s) *Gerson* de Myst. Theol. Speculat. Consid. alphab. 64. Lit. N.

t) *Barth. à Martyribus* Compend. P. II. c. 13.

u) *Petrus Blomevenna* Introd. in num. 3. Lib. II. Th. Myst. Harph. p. 473.

x) *Hersentius* Appar. Th. Myst. p. 7.

5. humilis & submissus.

15. Hujus causam manifestò plerorumque mundi Doctorum malo, quod ferè immediatè doctrinæ mundanæ conjunctum est, tribuunt, *Superbiæ* puta, quam Deus, eò quod semet ipsam jam divitem & sapientem existimet, nunquam gratiæ suæ donis dignari potest. (y) quemadmodum prolixè ex Ps. XXXIV. 11. 1. Sam. XI. 5. 7. 8. deducunt. Et hæc etiam est mala illa omnium *antithesium* & falsorum *judiciorum* scaturigo. Si quidem miserandi hi homines superbam suam mentem & scholasticam ambitionem prima statim fronte produnt: Ut grave peccatum taceam, cujus rei fiunt, dum quod nesciunt, judicant, & ita se Deo, omnibus sanctis Angelis & hominibus fœtidos, eorumque consortio indignos reddunt: de quo infra pluribus.

y) *Se-*

y) *Seraphinus Firmanus* Probl. de Orat. n. 1. p. 110.

z) Vid. *Victor Gelenius* Praxi Theol. Myst. P. I. dec. I. art. 5. *Franc. Svarez* Lib. II. Orat. c. 10. §. 8. *Barbanson* &c.

16. E contrario humiles doctores absque omni hæsitatione exclamant: Confiteor tibi Domi-" ne, quia abscondisti hæc à sapientibus & pruden-" tibus, & revelasti ea parvulis. Non sic illuxisti" inflatis cordibus sapientum hujus seculi, sicut" luces in mente parvulorum & humilium, humum" deserentium. Verè tu es Deus absconditus, & lu-" cem habitas inaccessibilem, sed lucem tuam co-" piose illis & amanter communicas, qui Jesum" crucifixum corpore & corde exprimentes ani-" mam expurgarunt ab omni labe ac sorde volup-" tatum. Penetrasti animam illorum profundius" & vitalius, quàm soleas, cum solam mentem i-" gnotus irradias jejuna voluntate. (a)

a) *Joh. Bona* Via Comp. Cap. IV. §. 5.

Non inflatus ostentator.

17. Vera hæc animæ puritas & humilitas Deum commovet, ut eò securius & abundantius thesauros suos iis infundat, quò cautius, humilius & ita occultius iidem negotiantur & fœnerantur. Quæ divino-Sapiens humilitas omninò necessaria his" Theologis virtus est, ut fragrantem, spiritualemq;" suam pulchritudinē occultent. Nullam virtutem" earum, quæ iis insunt, agunt ut ab hominibus vi-" deantur, sed quicquid in virtute sacrum aut Dei-" forme est, intra mentem suam, quæ ad imaginem" & similitudinem Dei facta erat, recondentes ad" primævam duntaxat speciem intuentur.

b) *Corderius* l. c. Cap. VI. p. 20.

18. Præcipuè autem Mystici, Theologiæ suæ & Scho-

& Scholasticæ discrimen hoc ponunt, quod hæc perpetuò ferè ad vanam gloriam, prælationem ante alios, splendidos titulos & nomina, magnas dignitates, aliaque scelera adhibeatur. Illa verò plus contemptus quam honoris experiatur, imò ab ipsis scholæ Doctoribus refutetur, atque sic ad pectora duntaxat humilia, & contempta tractare non detrectantia quadret. (c) Ut adeò Mystica Theologia non magis ad superbiam, aliumve pravum finem quis uti possit, quàm toto interno vero christianismo. Cum & ipse Magister Discipulis suis prædixerit, illis locò honoris, titulorumque splendidorum nihil nisi contemptum, reprobationem & contumeliam obviam fore. (d)

c) *Joh. Gerson* Theol. Myst. l. c. *Jac. Alvarez* Tom III. Lib. V. de perfecta Contempl.
d) *Sandaus* l. c. Comment. IV. p. 646.

6. expertus & probatus.

19. Ex quibus omnibus ultrò sequitur, ad veram hanc Theologiam sufficientem internam requiri experientiam, citrà quam illa nunquam apud aliquem invenietur, aut realiter erit, prout jam superius Cap. 2. n. 17. ex ejus definitione patuit. Hocque ex verbis Davidis probant, qui *gustum* divinæ dulcedinis anteponit *contemplationi*, Ps. XXXIV. Eò quod mystica Dei contemplatio gustu & experimento ejus essentiali exsurgat (e) quod veteres sic explicarunt.

e) *Thom. Aquinas* in Ps. 33. *Hersent.* ad Dion. Th. Myst. Cap. I. p. 88. *Barbanson* Occ. Sem. Am. Div. P. II. c. 15. §. 6. & 23.

20. *In*

20. *In epithalamio hoc non verba pensanda sunt, sed affectus, cur ita? Nisi quod amor sanctus non verbo sit æstimandus aut lingua, sed opere & veritate. Amor ubique loquitur, & si quis horum, quæ loquuntur cupit adipisci notitiam, amet, alioquin frustra ad audiendum legendumve amoris carnem, qui non amat, accedit.* (f) *Intellectus in talibus nihil amplius capit, quàm quantum ipsa experientia concedit.* (g) Multi fuere perfecti in Theologia Mystica, absque speculativa, nunquam tamen aliquis Theologus speculativus tantum culmen perfectionis est adeptus, imò neque perfectus exstitit in ipsa acquisita sine mystica. (h) *Hæc enim sapientia in hoc differt ab omnibus aliis scientiis, quia in hâc primo oportet usum habere in seipso, quam verba intelligere, & practica hic præcedit Theoriam.* (i)

Non tantum Scrupulosus speculator.

f) *Bernardus* Serm. LXXIX. in Cantic. (g) *Idem* Serm. XXII. (h) *Gvilielmus* Abbas ad Fratres de monte Dei fine.

i) *Bonaventura*: prol. Myst. Theol.

21. Aliam iterum causam, cur carnales Theologi hanc doctrinam respuant, sic asseruerunt. *Ista Sapientia anagogica, est quædam theoria, per se distincta & diversa ab omni speculativa sapientia, quæ omnem rationis apprehensionem ascendit, & quia multi sapientes & Doctores hoc videre non prævalent, hanc summam sapientiam irrident, & in hac per consequens Deum altissimum Collatorem hujus Sapientiæ impugnant. Quodsi vel illi, qui hanc sapientiam irrident,*

eam experimento cognoſcant, omnia, quæ à Doctoribus myſticis dicuntur, melius & jucundius experimentali notitia veriſſima approbabunt. (k) *Ad comparandam hujus Myſt. Theol. Doctrinam, non eſt magna ſcientia opus, nam cognitio ex fide, quod Deus eſt totus deſiderabilis, totus amabilis, ſi affectiva portio ſit purgata, illuminata, diſpoſita & exercitata, cur non in illum totaliter deſiderabilem & amabilem tota feretur, totaque rapietur.* (l)

k) *Bonaventura* Lib. III. Th. Myſt. p. 4.
l) *Gerſon.* Tom. III. Myſt. Theol. conſid. 30.

(Experientia quid ſit?)

22. Quemadmodum ex theſi & proverbio communi, experientia rerum omnium Magiſtra dicitur; ita inprimis earum, quæ virtus & eſſentia ſive ſubſtantia & non nudæ imagines ſunt. Ut ſic *ille optimè judicii veritatem cognoverit, qui eam non audiendo, ſed guſtando didicit.* (m) Quippe cum hæc doctrina *experimentalis ſit Dei cognitio, per unitum complexum amoris*, ſive *ſapida Deitatis notitia, dum ei ſupremus affectus apex per amorem unitur ardenter.* (n) citra quam experientiam neutiquam cognoſci poteſt. Quod & Proteſtantes ſcriptores fatentur, & talibus ſtudere Doctoribus ſvadent, qui myſteria hæc guſtarint & experti ſint: (o) Ideo Theologiam Myſticam & experimentalem unam eandemque rem arbitrantur. (p) Qui verò ſecus docet & vivit, eo ipſo nimiś impudenter indicat, ſe neque Deum cognoviſſe, neque vidiſſe Joh. V. 37. Et ejus Sacroſanctum nomen frivolè profanat inter

inter nos, quod Deus pro sua clementia imposterum ab unoquoque avertat!

m) *Hugo de S. Victore* in Hierarch. Aug. 7. & ex eo *Bonavent.* Itinere VI. dist. I.

n) *Dionysius Carthus.* de Fonte Lucis Art. XIII.

o) *D. Rechenb.* Sched. de Orig. Th. Myst. §. 10.

p) *Franc. Rous* Inter. Regni Dei Tract. III. præf. p. 142.

7. Adultus & f[illegible] chri-sti[illegible]s.

23. De his autem infra latius. Jam ex modò dictis videre licebit, Theologiam mysticam non esse in-choantium & infantium, qui [illegible] purgationem à mortuis operibus & fidem in Deum exercere cæperunt, multò minus verò hypocritarum, garrulorumque, ad minimum autem mundi porcorum & inimicorum Christi, sive sint politici sive ministeriales. Eos itaque, qui occultam sapientiam non agnoscunt, abnegant, aut etiam blasphemant, explorare oportet, cui generi annumerandi sint, quod conscientia ipsorum eis cogitationibus, se invicem accusantibus mox indicabit.

Non inconversus aut neophytus.

24. Veteres testabantur. *Qui ante pœnitentiam aut sine labore repentè vellet uti perfectâ vitâ contemplativà, hic seduceretur, & compararetur volenti uno saltu montem altum conscendere.* (q) *Infans enim in Christianismo profunditates mysteriorum neque contemplari neque cognoscere valet.* [r] Alios lubens prætereo, quorum mentio in loco de gradibus Christianorum fiet. (s) Interim tamen & recentiores monent, se scripta sua non tam in gratiam Tyronum & incipientium edere, qui sacris devotæ

vitæ primum initiantur: quàm in usum exercitatorum & provectorum, qui nimirum primis suis meditationis & virtutis moralis exercitiis aliquatenus repleti, scire desiderant, quid porrò sit faciendum, ut Deo verè placeant, & quibusnam adminiculis ad perfectionem aspirare possint, promulgasse. (t)

q) *S. Maximus* Confessor. Expos. Liturg. Cap. XXV.

s) V[illegible]nterim *Gregor.* M. Lib. VI. Moral. cap. 24. *Bernar*[illegible]erm. [illegible] de Circumcis. *Marcus Eremita* Cap. de Temper. n. 19. 20.

t) *Barbanson* Sem. Occ. Am. prol. §. 13. Conf. *Hersent.* Appar. Theol. Myst. prol. *Sandæus* Lib. III. Th. Myst. Exerc. III. Disq. 1. p. 626. *Nic. à Jesu* Maria Elucid. P. I. c. 7.

Secundum christianismi gradus.

25. Et in hoc ipso Theologiam moralem purgandorum animis competentem & mysticam contemplationem, intimamque cum Deo communionem ab invicem discernebant. Quam ob rem & è verbis Pauli mysticam eruebant applicationem, Phil. I. 24. quod diceret, se malle in carne manere, i. e. in humiliori informatione, discipulorum gratia; licet alias exsolvi *& per simplicem suprasensitivam Contemplationem cum Christo habitare* præoptavisset. Item alia ejus verba 2 Cor. V. 8. sic explicabant. *Is migrat è corpore, vel carne, qui per activam ad contemplativam transcendit vitam, & à sublimibus intuitionibus ceu à nubibus in serenum mysticæ contemplationis æthera raptus semper cum Domino esse potest, &c.* (u) *Hancque* unitivam sapientiam sive Theologiam Mysticam, *juxta gradum supremum viris heroicis & perfectis inesse* asserebant,

bant, *qui per eam quasi Secretarii ac Consiliarii Omnipotentis ac super sapientissimi creatoris effecti essent, postquam per purgationem ad perfectionem & unionem aspirassent.* &c. (x) de hoc alibi plura.

u) *Marcus Exercitator.* l. c.

x) *Dionysius Carthusianus* in Cap. 5. Dion. Th. Myst. & Lib. de Fonte Lucis artic. 13.

26. Interim experti insuper, exercitatique alia atque alia adnotaverunt, & quidem præcipuè, quod interdum etiam tyronibus similia contingere possint, sancto quodam divinæ Sapientiæ respectu. Qua de re S. Bernardus evolvi debebit, qui sic fatur. *Paucissimi hâc in vita, hanc perfectionem sortiuntur. Caveat enim unusquisque, ne statim sibi ipsi credat, cum eam possidere putaverit, inprimis adhuc Tyro existens, necessariosque & sæpius dictos gradus nondum pergressus. Pius enim Dominus noster Jesus Christus pusillos corde blanditiis talibus solet allicere. Sed noverint, qui hujusmodi sunt, gratiam hanc præstitam sibi esse, non datam.* (y) Et in sequentibus notat, Deum hoc modo adultos in humilitate, tyrones verò in desiderio sui conservare, ut fructu amoris Dei, qui ad unionem spectat, magis magisque sitiant Brabæum consectari: Quod alii fusius explanant. (z)

Conditionatè tamen.

y) *Bernard.* Serm. cit. (z) *Petrus Paulus Philippus* Introd. ad Lib. II. Th. Myst. Harphii p. 463. *Suaretz.* Lib. II. de Relig. c. 3. *Sandæus* l. c. p. 630. &c.

27. Hancque ob causam non insolens, aut inconveniens esse arbitran-

Hinc sapien-

trantur, Myſticam hanc theologiam omnibus & ſingulis, imò & maximè impiis proponere; num fortè ſtimulentur, & ad æmulationem commoveantur, cognoſcentes (licet parùm duntaxat & confuſe) Deum ſe ſuis amicis adeò familiariter communicare; atque ita, tota ſua ſubſtantia ad eum revertere, decernant. [a] Et quanquam hoc ex parte Dei ejusque organorum fidelisſimè fiat, juxta tot, tam ſcripta, quam revelata teſtimonia, omnibus ferè ob oculos poſita; Nihiloſecius illa incognita plurimisque recondita & occulta manet, quod perverſi homines ſuæ malitiæ tribuant. Et hinc verè ſcripſêre veteres: *Hanc perfectionem minimum hominum numerum adipiſci.* (b) *Item, ô quam rari ſunt, vel quia nolunt, vel quia nequeunt, qui huc usque aſcendunt, rarum valdè in hunc montem aſcendere, ſed multò rarius in ejus vertice ſtare, & ibi moram facere, rarisſimum autem ibi habitare & mente requieſcere &c.* (c) Alii ex hoc fundamento originem nominis *Myſticæ* ſive *reconditæ* Theologiæ deducunt, quia tam pauci ſe ad eam præparant. (d) Quod vide ſupra Cap. I. n. 3. &c. (e)

tia omnibus quidem exponitur.

à paucis tamen invenitur.

a) *D. P. P. Philippus* l. c. (b) *Bernhardus* l. c.
c) *Richardus de S. Victore* de Præpar. ad Contempl. Cap. LXXVI.
d) *Bonaventura* de Theol. Myſt. Cap. III.
e) vid. & *Joh. à Jeſu Maria* Schola Orat. Tit. IIX. dub. 12. *Nic. Eſchius* Exercit. div. ex 5. *Bona* Via Compend. Cap. V. §. 4.

28. Præ-

28. Præterea aliæ adhuc causæ dantur, ut hæc mysteria publicè tractentur. Nempè ut non solum ignorantes incitentur, & oppositione melioris & cælestis boni à terrestri & humano retrahantur: Sed etiam ut debiles erigantur, sedulò quærentes manu- & porro-ducantur, errantes restituantur, & de Scandalis & impedimentis admoneantur, securi, spiritualiter-superbi, divites & saturi, necessarii adhuc incrementi suæque nuditatis convincantur, &c. Quæ causæ omninò majoris sunt momenti, præ omni timendo incommodo & abusu, quæ ex revelatione mysticæ vitæ Spiritus per accidens intervenire possent, ut quæ Spiritum Sanctum minimè prohibere queant, quò minus Sacram Scripturam communicet. (f)

Mystica theologia num sit revelanda.

f) Conf. *Franc. de Salignac Fenelon* Placit. Sanct. admon. p. 2.

29. Hoc quoque sensu & veteres verba Christi Matth. VII. 6. explicarunt, & monuerunt: *Margaritas* minimè sanam & salutiferam Pietatis doctrinam denotare, neque *sues omnes* impios homines indicare: Alioquin nec Apostolis talibus evangelizare licuisset, atque ita nullus hominum ad Deum conversus esset. Sed subintelligitur *occultissima* duntaxat, *perfectisque quadrans de Deo doctrina.* Qui hoc non observaverit, fidelis quidem, non verò *prudentis œconomi* nomine dignus erit. (g) Hoc eò certius constat, quia recondita mysteria his non obstantibus, propria suâ naturâ & substantia ineffabilia (ἄῤῥητα) sunt

Dubium hac in re.

& manent, licèt aliquis ea aliis collaudare conaretur. Nulla quippe auris audire, nullusque oculus videre poteſt, quæ Deus ſe amantibus præparavit, 1. Cor. II, v. 9. Solus enim Dei Spiritus, qui Profunditates Dei ſcrutatur, unicuique ea revelare debet.

g) *Methodius* Lib. de Creat. ap. *Photium* Cod. CCXXXV.
h) *Scholiaſtes* ibid.

Exemplum Chriſti.

30. Atque hoc modo Dominus noſter Jeſus Chriſtus ipſe Diſcipulis ſuis dixit; *ipſis datum eſſe cognoſcere Myſterium Regni Dei, illis verò, qui foras ſunt, hæc omnia ſimilibus & parabolis proponi.* Marc. IV. 11. Matth. XIII. 11. Denotat quoque Vocabulum *μυςήριον S. Sacramentum*, ignotam & inexpreſſam (*ἀπόῤῥητον*) rem, quæ multa miracula paradoxaque comprehendit; & hinc non omnibus promiſcuè, ſed tantum ſpeculantibus exoticis & advenis nota & fide digna: (*θαῤῥεμένη*) (i) Hinc non eſt, quod veterum hac de re effata ægrè feramus, quæ ſenſu tamen modò dicto & reſpectus ſ. cauſas, num. 28. traditas excipiendo, atque ſic minimè ſuperioribus allegatis contradicendo, ſcripta reliquerunt.

i) *Chryſoſt.* Hom. 19. ad Rom. & hom. 7. ad 1. Cor. *Theodoritus* Comm. in Rom. XI. 25. Et 1. Cor. XV. 51.

Occultatio myſteriorum neceſſaria.

31. Non ſolùm Chriſtianis interdicebant ne catechumenis, ſive nondum baptiſatis quicquam myſteriorum recluderent, inprimis de Cœna Domini cujus uſui myſticam animæ cum Chriſto unionem inſitam ſtatuebant, (k) quod in *Deli-*

neati-

neatione primorum Christianorum (Abbildung) comprobatum est. Sed etiam suos seriò commonefaciebant ex Matth. VII. 6. Ut veram doctrinam & Judæis & errantibus proponere caverent, imò *nec illis christianorum, qui se ut porci in volutabro cupiditatum volutarent, ne margaritas conculcarent, i. est: Divinum Nomen peccatis suis blasphemarent, & retrogradi eos ipsos dilaniarent.* (l)

k) Vid. vel *Cyrillus Hierosolymitanus* in Procatechesi post med. *Chrysost.* hom. 30. & 35. in Gen. *Basil. M.* Libro de Spir. S. c. 27. *Origines* hom. I. in Ezech.

l) *Isidorus Pelusiota* Lib. I. Epist. 143. ad Thalelæum.

32. Has adhuc addebant causas; *quia profani Politici & homines mundani sæpius & optima quæque irridere solerent:* Hinc non *porco-hominibus*, sed juxta Scripturæ præscriptum, *angelicam vitam viventibus* sanctum porrigi convenire. (m) *Exemplum quoque Christi* præ se ferebant, qui non omnia quæ scivit docuerit, sed quæ captui nostro commoda erant, quâ in re infirmitati condescenderit; Neque ipsis Apostolis omnia unà vicè tradiderit, sed eos Spiritum S. exspectare jussiserit, qui illis cuncta indicaturus esset. (n)

probatur.

m) *Isid. Pelus.* Lib. II. cap. 211.

n) *Nilus* Epist. 207. ad Theoph. & Ep. 624. ad Dominium inter Allatianas.

33. Aliam notatu dignam causam addit Basilius M. dicens. *Non decet ea, quæ veritatis sunt, sive mystica unicuique indicare, sed tantum proximo, i. e. iis, qui horum mysteriorum participes sunt, nam* inquit, *si Dominus Jesus Christus ipsemet veritas est, quisque eam cordi impressam habe-*

habeat, necesse est, ut ita in cordibus nostris de ea loquentes, s. cogitantes, vel meditantes, verbum Evangelii non corrumpamus, dum proximo illud prædicamus. (o) Quibus verbis illa (mysteria puta) prædicare permittit, modò corda prædicantium à Christo habitentur, agantur, & dirigantur, qui sanè probè novit, quando & quomodo veritas palam facienda sit.

o) *Basil. M.* homil. in Psal. XIV. Conf. *Clemens Alex.* Lib. I. Strom. p. 270. 275.

Monita Antistitum hâc de causa.

34. Non minus & Dionysius Areopagita statim in initio Theologiæ suæ mysticæ monuit. *Vide, ne quis audiat rudiorum: istos dico, qui rebus (naturalibus) adhærescunt, & nihil ultra naturalia supra naturaliter esse imaginantur, quin imò arbitrantur sua cognitione nosse eum, qui posuit tenebras latibulum suum. Psal. XVII. 13. Quod si supra captum horum sint divinorum mysteriorum institutiones* (μυςαγωγίαι)? *Quid dixerit quis de illis, qui magis rudes sunt, qui summam causam omnium, ex iis, quæ natura rerum extrema sunt, designant.* (p) Et alibi hujus differentiæ causam hominibus adscripsit, qui incredulitate sua se ipsos indignos reddant, & ita sanctos cogant sancta ab illis immaculata tueri (q) juxta ipsius Christi exemplum. (r)

p) *Dionys. Areop.* Cap. I. Th. M. §. 2. & ibid. *Maxim.* in Schol. p. 15. *Corderius* p. 9. (q) Epist. ad Joh. X. & ibid. *Pachymeres* in Paraphr. p. 183.

r) *Idem* Hierarch. Eccl. Cap. I. §. 1. & de Div. nom. Cap. I.

35. Hocque sensu veterum (qui præterea optimè

ptimè ſciebant, divina per ſe ineffabilia eſſe & manere, quod conſpicuum ex cap. II. n. 11.) recentiores etiam Th. M. Doctores hanc cautelam commendavere & adhibuere ſimilibus tamen, multisque aliis prolatis rationibus. *Sicuti*, inquiunt, *multis, qui Clerici ſ. literati aut ſapientes vel Philoſophi, aut Theologi nominantur, occultandus eſt Sermo de Theologia myſtica, ſic plurimis illiteratis & ſimplicibus fidelibus tamen tradi poteſt.* (s) Literatos vero vocant, philoſo-" phia ſua tumentes, malam vitam viventes, pe-" dibus ſuis pollutis ea, quæ non intelligunt, con-" culcantes, & quæ ipſis non ſapiunt dentibus ca-" ninis lacerantes (t) vide ſupra num. 12. &c. Quibus teſtimoniis mundanis artibus eruditi cæci tamen regno Dei, omninò irritantur, ut oblatrent & adhuc continuò varias calumnias adverſus hanc Theologiam effutiant.

s) *Joh. Gerſon.* de Myſt. Theol. init.
t) *Petrus Blomevenna* Introd. in Lib. II. Harph. p. 473.

Accuſatio Coſmoſophorum in myſticis.

36. Qui etiam non dubitant divulgare, Veteres monita hæc ab Ethnicis petiiſſe, quibus variis doctrinis, variis moribus ſacra ſua agere conſvetudo fuerit. Extra omnem quidem dubitationem poſitum eſt Pythagoram ſuos in duos claſſes diviſiſſe diſcipulos, in audientes nempè (ἀκȣ́οντας) & tales, qui in Secreto inſtituebantur (ἐν ἀπόρρητω διδασκομένȣς) de talibus rebus, quæ impuris auribus audire nefas fuiſſet: (u) Ariſtotelem quoque diſciplinam in ἐσωτερικὴν & ἐξω-

ac ſi ſuam prudentiam ab ethnicis didiciſſent.

τεϱικὴν

τεριχὴν divisisse, item Platonem dixisse: Impuro purum quid contingere non convenire, i. e. tales, qui nihil vera esse existimant, nisi quæ manibus palpari queant. (y) de quo in Patribus plura evolvi possunt. (z) Verum primævi jam Christiani hanc de Ethnicis objectionem inimicam, christianum minimè decentem, & inconvenientem esse existimarunt: Quippe cum christiani res suas ferè omnes patefecerunt, quorum illos pudere nulla ratio fuit. (a) Cautam vero tractationem profundiorum mysteriorum, quam non ita divulgabant, non magis, quam mysteria ipsa ab ethnicis [à quibus nempè illis oblatrabatur] sed à Domino & Magistro Jesu Christo ipsomet didicerant, Matth. VII. 6. Marc. IV. 11. qui falsis hisce accusationibus suorum una cum illis blasphematur & læditur.

u) Vid. *Clemens Alex.* Lib. V. Strom. p. 575. *Origenes* Lib. I. adv. Cels. p. 71. *Diogenes Laertius* in Pyth. Gellius Lib. I. c. 9.

x) *Gellius Lib.* XX. c. 5. *Clem. Alex.* l. c.

y) In Phædone & Theæteto. z) Vid. *Euseb.* Lib. IV. Præp. Ev. c. 8. *Theodoritus* Serm. I. de Fide. *Macrobius* Lib. Somn. Scip. c. 2. &c. a) *Origenes* l. c. *Clem. Alex.* Lib. I. p. 275. 276.

Num mysteria divina hoc adhuc tempore lateant?

37. Etiamsi interim Patres antiqui qui adhuc passim inter gentes degebant, hoc vel illud mysterium ipsis reticebant: nihilosecius posthâc hoc eorum propositum ex parte immutatum est. Cum enim dogmata Christi totum ferè orbem occupaverint, & præprimis ultimis hisce seculis typographicâ dili-

diligentiâ omnia penè ſcripta in lucem edita ſint, jam nullum penè myſterium reſtat,quod non ſit impreſſum & publicatum, duntaxat autem, in quantum linguâ aut penna humanâ exprimi poteſt, & præſens internum gratiæ regnum attinet. Alioquin non diſputatur, omninò infinitas ſapientiæ & cognitionis profunditates in Deo ejusque libris, inprimis de futuris miraculis & myſteriis non prolatas (ἀῤῥήτας ἀπορρήτας) & reconditas manere,promulgatarum verò minimam imperveſtigabilium gloriæ & gratiæ ejus divitiarum partem eſſe.

38. Hæc de ſubjectis & Perſonis Theologiæ hujus Myſticæ capacibus, retuliſſe ſufficiat. Eos nempe tantummodò à Deo doceri poſſe & velle. Reliqui omnes unicum hoc novi fœderis fundamentum (Joh. VI,45. Ebr. IIX,11. 1. Theſſ. IV, 9. 1. Joh. II,20.27.) neſcientes,aut accipere recuſantes, aut omninò reprobantes, eousque incapaces ſunt ejus, quousque revertantur & ceu infantes Regnum Sapientiæ & innocentiæ intrare diſcant. Secundum quam delineationem quemvis Doctorum & hic ſe explorare decebit, niſi operam ſuam fruſtra impendiſſe experiri velit.

CAPUT V.

De argumentis ſive materiis & objectis Myſticæ Theologiæ, & de modo eam proponendi.

§. 1. Non

§. I.

NOn obstante, quod argumenta mystica in totis tractatibus quoad argumenta in specie reperiantur, hîc tamen generalem aliquam eorum mentionem facere necesse est, quò præposita descriptio eò evidentior fiat. Itaque ex superioribus Cap. II. n. 1. &c. it. cap. IV. n. 30. videre est, omninò *mysteria* esse, quæ in mystica hâc doctrina, cui nomen ab illis datum, tractentur.

Materiæ Th. mysticæ sunt

Mysteria

2. Horum verò mysteriorum summum & primum existit *ipsemet Deus*, quem doctrina hæc strictissima sumta significatione) secundum omnia ejus *attributa* & *perfectiones* contemplari allaborant, & quidem non duntaxat contemplari, sed inprimis in unionis summo gradu diligere & honorare. Quâ de re præter alios S. Bernardus scribit: *Quid est Deus? Longitudo, Latitudo, Sublimitas & Profunditas. Longitudo æternitas, Latitudo caritas, Sublimitas potentia, Profunditas sapientia. Timore & amore affecta anima, velut quibusdam duabus brachiis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet & ait, Tenui eum, nec dimittam* &c. Id quod recentiores Scriptores prolixiùs explicant. (b) Et in loco de contemplatione evidentiùs & fusiùs tractabitur.

& præprimis Deus.

a) *Bernard.* Lib. V. de Consid. ad Eugen. p. 1048.

b) vid. *Max. Sandæus* lib. III. Theol. myst. Comm. III. Disq. 1. seqq. p. 633. seqq.

3. Præterea Deilogia omnes *Dei operationes* tractat, sive sint *naturales*,

ejus operationes

les, sive *supernaturales*. Et hæ quidem satis evidenter sunt objectum Contemplationis, quia hæc ipsa supra naturalis est, & immediatè à Deo infunditur, illæ verò [naturalis puta] huc duntaxàt spectant, quatenus mens per meditationem eorum ad contemplationem ipsius Dei provehi potest. Quod ita in genere à Patribus exprimitur. *Deus non sola incomprehensibilis illius substantiæ admiratione cognoscitur; Quod tamen in spe promissionis absconditum est; sed etiam Creaturarum suarum magnitudine vel æquitatis suæ consideratione, vel quotidianæ dispensationis auxilio pervidetur, &c.* (c) De his plura in meditatione de Creatione.

cum supernaturalis.

tum naturales.

c) *Cassianus* Collat.I.cap.15. conf. *Sandæus* l.c.p.638.

4. Quâ in re etiam differentiam suarum & *aliorum hominum meditationem* sitam esse, animadvertunt mystici. Illi enim Deum respiciunt, omniaque humiliora parerga eò dirigunt, Hi autem reconditos Scripturæ sensus & scientias quasvis longè aliter, quàm alii (nempe supernaturaliter) attingunt, penetrantque, cum non dividuis, aut è dividuis vel sensibus, l. rationibus ratiocinando colligant scientiam, sed ab omni materiali & sensibili pluralitate puri, â natura secreto atque uniformi modo spirituali ea capiant, quæ vel in divinis, vel humanis scientiis attingi possunt, vi spiritalis & immixtæ eos inhabitantis virtutis & operationis, [e]

Discrepantia contemplationis mysticæ & vulgaris.

d) *Ri-*

d) *Richard. de S. Victore* L.I. de Contempl. cap. 6. *Bernardus* l.c. *Svaresius* de Relig. Tom.II. lib.II. de Orat.mont cap. 9.

e) E *Dionyſ. Areop.* de Divin. nom. c. 7. *Corderius* Iſagog. ad Th. myſt. cap. 5. p. 16.

De vocabulis ſupernaturalis, ſuper bonus. &c.

5. Porrò rationem tradunt hanc, cur in ſermonibus ſuis expresſionem ſ. formulam illam ὑπὲρ, i. e. *ſuper* (e. g. ſupernaturalis, ſuperbonus, ſuperelegans &c.) de Deo & divinis loquentes, toties & tam libenter adhibeant. Nempè, quia mens eorum alia ſemper removendo, quæ non ſunt Deus ipſe, ad Deum ſe efferre quærat, & ſic experiatur, eum nihil rerum earum, quæ conſpiciuntur, ſenſibusque capiuntur, ſed illis immenſè multoque ſuperſublimiorem & ſuper abundantiorem eſſe. Addunt, quod indè infinita Dei gloria & præ omnibus eminentia, non ſufficienter ſignificari queat, dum omnia, quæcunque etiam mortales de eo prædicare posſunt, κατ' ἐξοχὴν, ὑπερȣσίως & ὑπεροχικῶς, ſuperabundantius in eo reperiantur, quod vocabulum etiam in Bibliis extat, & elevationem, ſive ſuper elevationem in Deum ſignificat. Quò fit ut ratio ad vituperandum prona per ſe erubeſcat, dum ſimilibus ſibi inſolentibus phraſibus irridere, easque refutare conatur. [f]

ſurſum ascendens cognitio.

f) Vid. *Dionyſ. Areop.* in pr. Lib. de div. nom. c. 1. 2. 3. 5. *Sandæus* l. c. Lib. I. p. 115. *Corderius* Obſervat. gen. ad Dion. obſ. 3. & in Onomaſt. Dion. vocibus ὑπὲρ. *Leonhardius Lesſius* Lib. I. de Perſ. div. c. 3.

6. Ex

6. Ex quibus ultrò consequitur, argumenta, quæ in hâc Theologia tractari dantur, merè interna & spiritualia esse, non minùs, quam ipse Deus spiritus est. Hinc Mystici ejus contemplationem sic delineant: *Recondita sapientia absorbet animam, illamque in sua secreta abysso demergit, ut manifestè ipsa animadvertat, se ab omni creatura remotissimam, derelictissimamq; manere, totaliter ut videatur illi, quod in quâdam profundâ, vastissimâq; solitudine constituatur, ad quam nulla humana creatura pervenire potest, & veluti in quodam immerso deserto, quod nullos habet terminos, quod illi tantò delectabilius, suavius, amabiliusque est, quantò magis profundum amplum & solitarium est, in quo anima tantò amplius se occultam, absconditamque conspicit, quanto se magis super omnem temporalem creaturam elevatam intuetur. Et tunc abyssus ista sapientiæ tantoperè attollit, & magnificat animam, collocando illam in venis scientiæ amoris, ut non solum faciat illam agnoscere vilem abjectamque esse universam Creaturam (quantum ad istam supremam sapientiam & sensum divinum attinet] verum etiam animadvertat, quam viles & insufficientes & aliqua ratione improprii sint universi loquendi modi, quibus in hac vita naturali [licet sublimissimè doctissimèque de iis disseratur] de illis ut ipsæ in se sunt, notitiam haberi, & sentiri, nisi illuminatione mystica hujus Theologia*

MysticaTheologia tractat 1. Spirituales internas materias.

in Secreto cordis abysso.

giæ intercedente. Atque ita animadvertendo anima veritatem hanc in illuminatione illius, quod nimirum non possit attingi, & multò minus verbis humanis, aut vulgaribus declarari, meritò illam appellat secretam. (g)

g) *Joh. à Cruce* Obscur. Nocte Anim. Lib. II. c. 17. p. 257.

7. *Interna* verò & *mystica* hæc Deus semper hominibus eò libentius, ut restaurarentur in pristinum, & lucrarentur proposuit, quò avidiùs hi, post lapsum à spirituali vera & substantiali Essentia aversi, rebus exterioribus & sensibilibus intenti sunt. Quod & Protestantes agnoverunt, & rationem esse existimaverunt, cur mystici perpetuò interna & spiritualia requirant, scribentes: *Taulerus aliique Spirituales viri, cum viderent homines, inprimis verò reputatos suos religiosos s. Theologos, nudis externis operibus tumere - - - commoti sunt eos ab externis ad interna, & ipsam cordis abyssum deducere, quo illud funditus immutaretur, atque ita non solum externo quodam opere, sed præcipuè interna fervidaque devotione, Animæ in Deo quietem, charitatem, humilitatem &c. diligenter exercerent, atque ita amoris & agnitionis Dei, quotidie incrementum caperent. &c.* (h)

h) *Varenius* Christl. Rettung Joh. Arnds P. I. c. 1. p. 72. Conf. *Joh. Henr. Ursinus* Lib. IV. Meletemat. p. 409.

2. Sublimes & divinas res.

8. Quæ singula firmissime probant Theologiam hanc divinam duntaxat, & consequenter non *vulgaria*, *sed sublimia* argumenta tractare, qua in

re omni-

re omninò ejus ab omnibus Scholarum dogmatibus discrimen consistit. Licet etiam hæc non minus falsa sua altitudine rationis, sublimis videri affectent, minimè tamen & infimum veræ divinæ agnitionis gradum assequi valent, sed obstant, impediunt, & obscurant potius illam, cujus nempè notitia *omnis Sagacitas illico sub obedientiam Christi captiva ducitur.* 2. Cor. X. 5. Imò & verissimum est, quod Lutherus vulgò his de mysteriis fatetur: *Esse ea lumen inenarrabile, per quod & ipsum Dei cor, Deitatisque abyssum penetrare & pervestigare queamus.* (i) Nihilosecius tamen purissima simplicitas huic supersublimi notitiæ arctissimè juncta est, prout & sacra scriptura levibus quidem brevibusque loquendi formulis utitur, quæ tamen plerumque augustum & divino-magnum quid exprimunt. (k)

Simplicitate tamen conjunctas.

k) Vid. *Car. Hersent.* Appar. ad *Th. Myst.* præf. fin.

9. Itaque innocens mera, puraque hæc & divina Theologiæ mysticæ sublimitas ab affectata illa, tumenteque propositione falso-laudatarum artium infinito discrepat. Et licet hæc, (quæ ejus est in Deum divinaque mysteria inimicitia) reliquos quoque mysticos hujus vitii arguere allaboret, cum nihil melius in elemento circulove suo agnoscat: Attamen res ipsa christianis illuminatis contrarium probabit. Discitur potius indè, cum in Libris mysticis sublimia hæc & mirabilia legantur; *quam longè adhuc versetur quis à culmine christianæ perfectionis,*

minimè verò affectatas & tumentes.

nondum dignus, qui cum Moyse in caliginem ad Deum ingrediatur: (l) Quippe cum hæc dog-
" mata obſcura ſint, oculis non aquilarum, ſed
" noctuæ, & aliquo gradu hæc obſcuritas, & in-
" ſcitia omnimoda divinitatis hujus contempla-
" tionis argumentum ſit. (m) quæ nempè divini-
" tas multo obſcurior eſſet, ſi magnitudo ejus &
" ſublimitas lingva humana exprimeretur. (n)

(l) *Joh. Bona* Via Compend. Cap. V. num. 4. (m) *Herſent.* l. c. (n) *Seraphinus Firmanus* in Probl. poſtfat.

10. Cum igitur [ex ſententia Authorum] ſo-
" lus Dei Spiritus ſublimis hujus agnitionis ma-
" giſter ſit, quam etiam ſibi deditis
3. obſcuras & haud vulgares. " animabus applicet: Quid mirum
" ſi verba eorum ſublimia & non
" vulgaria ſonent reſonentque, & ab
" humiliori dicendi forma alia, atque conſequen-
" ter iis, qui hanc ſcholam nunquam frequenta-
" vere, obſcura ſint? (o) Quippe cum minimè parvi aut vulgaris momenti haberi debeant; *cum Spiritus hominis ad Deum conſcendit, per omnium entium negationem, & in qua per experimentalem & ardentiſſimum Dei amorem, cognoſcitur Deus, idque clariſſima quadam caligine.* Si ita loqui licet) *per immediatam & certiſſimam cum Deo unionem exſtaticam.* (p) Id quod ſummum divinæ agnitionis & Theologiæ myſticæ gradum nuncupant, *cum mens per amorem ardentiſſimum unitivum actualiter, ſine omni medio animum diſponente, ardentiſſime in dilectum ſuis extenſionibus ſurſum activis conſurgit, & remoto omnis imaginationis & rationis actu, per unionem ardentiſſimam*

dentissimi amoris id sentit, quod intelligentia capere non sufficit. (q)

o) *Nicolaus à Jesu Maria* Elucid. Th. P. I. c. 6. p. 81.
p) *Thomas à Jesu* Lib. V. de Contempl. div. prol.
q) Idem Lib. II. c. 3. p. 80.

Imò & ineffabiles.

11. Quemadmodum igitur omnes in genere Theologi Nomen Majestatis divinæ ineffabile tradunt, prout loquuntur veteres (r) ita longè substantia, sive Essentia ejus sublimior & præclarior, dum in unione mystica homini se communicat & revelat, ut nullus hominum eam alterum docere, multò minùs ipsi subministrare valeat. *Hujus Theologiæ* (secundum effatum mysticorum) *disciplina Marte conatuve proprio minimè acquiritur, nedum tradi potest, sed summo ac singulari supremi numinis beneficio accepta refertur, atq; ex ejusdem instinctu & inspiratione tractatur, solisq; tanti doni capacibus donatur.* (s) "Nemo certis "syllogismis sive demonstrationibus aut discur"su ejus convinci aut etiam ullis conceptibus "sive ideis sibi fictis, in ea confirmari potest: O"mnia hic experientia propriâ aguntur. (t) Atq; ita *totam hanc theologiam difficile est intelligere, explicare difficiliùs, difficillimum verò experiri.* (u)

r) *Photius* Epist. 162. 163.
s) *Balthas. Corderius* annot. ad Dion. Th. M. cap. I. §. I.
t) Author Theol. du Cœur præf. n. 2.
u) *Thom. à Jesu* l. c. Lib. V. c. II. init.

Responsio ad objectionem

12. Quodsi autem quis objiciat: Cur ergò tot hâc de re volumina luci sunt donata? is sciat, ea minimè essentiam ipsam cælestium bonorum, neque esse,

esse, neque subministrare, sed tantum externè de iisdem testari, quæ posteà essentialiter internè ab ipso Deo accipi debeant. Hocq; fundamentum, hæc ratio est, cur Testimonia illa veterum, qui omnia ipsimet experti sunt, fervore, virtute & vivo pondere, reliqua recentiora longè antecellant, quæ fortè illa tantum repetunt, quod notus quidam Episcopus observavit. (x) Ex quibus etiam videre licebit, cur vera Theologia Mystica â communibus Scholis remota, imò ab his plerumque levis & despectui habita sit: Quod nempè *non per solam scientiam ad secretorum, quæ experientia docet comprehensionem, veniri possit*, (& consequenter eruditis neque præbendas, neque honores aut titulos, munerave alia subministret.) Etsi enim hoc locum habere possit in "fruitione per modum contemplationis, *non tamen in fruitione mystica, per unionem cum DEO, de quâ hic agimus, quæq; nihil aliud, quàm amorem requirit.* (q)

x) *Franc. de Sales* lib. VI. de Am. Dei cap. I.
y) *Constant. Barbanson.* Sem. occ. Am. Div. P. II. c. 15. §. 23.

13. Porrò hi iidem monent, non debere experimentalibus sive per experientiam edoctis hisce Theologis, modum, formam aut fines, ex Regulis Scholasticis poni, quas in suis loquendi formulis imitarentur, sed sublimitatem & divinitatem doctrinæ eorum requirere, ut liberam tueantur potestatem, secundùm divinam institutionem & instinctum, novis quoque & singularibus expressionibus & definitionibus utantur,

Libertas mysticorum loquendi.

tur, quæ iis ad divina mysteria, suosque conceptus efferendos, aptæ viderentur, etiamsi scholastici Magistri eas non caperent. Quippe cum & veteres Patres hac libertate usi sint, quod in Dionysio, Bernardo, Bonaventura aliisque conspicuum est. Quorum testimonia ergò minime à prudentibus contemnuntur, sed summa veneratione & dignitate, quæ ipsis suppeditata fuit, gratiæ, avidè recipiuntur. (z)

z) *Nicolaus à Jesu Maria* l. c. pag. 50.

Modus eorum proponendi per ænigmata & parabolas.

14. Huc etiam spectant mysteria hæc proponendi genus per Parabolas, occultas, obscurasque phrases, ænigmata & Hieroglyphica. Cum [inopia sufficientium verborum] aliter describi non poterant, aut etiam indignis ea revelare inconsultum habebatur. Eô explicabant veteres verba Christi Marc. IV. 11. Matth. XIII. 11. de parabolarum inter fideles necessitate, ut & ipsissima ejus exempla, cùm plerumq; parabolis & proverbiis locutus sit; Matth. XIII. 34. Equidem ex verbis Pauli certo modo totam viatorum theologiam, *ænigma* tale esse dicebant, ut diu substantiali contemplatione & fruitione careret. 2 Cor. V. 6. &c. 1 Cor. XIII. 12. & tantum parvas veritatis ideas haberet: (a) Attamen hoc docendi genus inprimis in sublimioribus & cœlestibus argumentis requirebant. Quemadmodum etiam ab ipsis notatur, non solum omnes sanctos, *sed & Angelos divina ænigmatibus, more mystico tradidisse. Imò ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, Deificans*

communionis carnis & sangvinis sui mysterium per imaginem panis & vini protulisse. (b)

a) *Irenæus* Lib. I. adv. hæres. c. 46. *Gregorius Nazianz.* Orat. de Consist. Epist. & Lib. II. de Theologiâ. *Basil. M.* Orat. de Fidei Confess.

b) *Gregorius Nazianz.* l. c. *Dionys. Areop.* Ep. IX. ad Titum & ibid. *Maximus* in Schol. p. 158. Conf. omninò *Joh. Cyparissiota* Dec. I. c. 1. & inprimis Dec. II. Theol. Demonstr. c. 3. quod inscribitur: *Per omnem Theologiam speculi & ænigmatis rationem progredi.*

per Symbola & imagines.

15. Itaque veteres licitum, necessarium & commodum censuerunt, *occulta, duriora argumenta, infirmis ænigmatibus sive Symbolis prædicare.* (c) Quod proponendi genus, vetustissimum, summum salutarem & maximè necessarium veritatis dignoscendi modum esse asserebant, (d) & quidem sancto quodam respectu, omne nempè scandalum, quod ab insciis accipitur, eosque reos reddit, præcavendi. Hacque mente *divinarum rerum doctrinam in duo genera dividebant.* Quorum alterum, *manifestum s. apertum & cognitum*, quod discursibus & demonstrationibus convincere posset: alterum verò *occultam, mysticum & symbolicum*, [illegible] penetrans, & ad perfectionem du[illegible] quod ita proponebant. (e)

Theologia duplex.

[illegible]γίων παράδοσις.

[illegible]	ἡ δὲ ἐμφανὴς
[illegible]	[illegible]ώριμος.
[illegible]λικὴ	[illegible]λόσοφος.
[illegible]ικὴ	[illegible]οδεικτικὴ.
[illegible]ικὴ	[illegible]ιθανή.

c) *Mar-*

c) *Marcus Eremita* de Lege Spirit. S. de his, qui putant ex operibus justificari cap. 165.

d) *Clemens Alex.* Lib. I. Strom. p. 299. & Lib. II. init. p. 358.

e) *S. Maximus* Schol. ad Dion. l. c. Conf. *Pachymeres* in Paraph. ib. p. 169.

Theologia Symbolica.

16. Interim recentiores Mystici monuerunt strictè sic dictam Theologiam Symbolicam (quæ duntaxat nudis signis & symbolis docet) non confundendam esse cum mystica, si hæc artissima significatione accipiatur, quanquam hæc ab illa interdum aliquas expressiones & propriè reales ideas petat. Quod hic pluribus inquirere supervacaneum, cum in eruditorum scriptis passim obvium sit: (f) Ad minimum ex modo dictis patet, mysticam hanc Theologiam non sine momentosis respectibus & causis plerisque obscuram, inarticulatam, difficilem & sublimem videri, de quo paucis, & quidem juxta mysticorum mentem agere restat.

f) *Joh. Gerson* de Theol. Symbol. Consid. I. *Hersent*, Appar. p. 57. & in Comment. p. 82. 205. *Sandæus* Th. M. p. 3. seq. ac omninò in symbolicis. Mogunt. 1626. 4to. editus. *Picinellus* Mundo Symbolico &c.

Rationes obscuritatis apud Mysticos traditur,

17. In [illegible]enere veteres de Myste-
[illegible]is divini[illegible] [illegible]servarunt, quod quem-
[illegible]odum [illegible]rus in Pauli Epistolis
[illegible]dam [illegible]νόητα, i. e. *intellectu*
[illegible] overit, 2. Pet. III. 16. Ita
[illegible]ba Johannis : *Mundum Libros de*
[illegible]*m non fuisse* Joh. XXI. 15. eò spe-
[illegible]*on de locorum spatio credendum*,
[illegible]*m capacitate, quamvis salva re-*

 rum

rum fide, plerumque verba excedere videantur fidem. Quid igitur mirum si scripta sublimia & occulta Dei opera fusius tractantia mundi captum excedant? Porrò admodum sapienter monuerunt, Ascetica sive practica scripta ea propter non adeò perspicua esse, quod eorum argumenta omninò ipsa praxi & experientia substantiæ rerum (τῆς ἐκ τῶν ἔργων ἐπιγνώσεως) addisci deberent: (h) Idem & de pure mysticis magis concedendum.

Hominum incapacitas.

g) *Augustinus* Tractat. CXXIV. in Johann.
h) *Photius* Biblioth. Cod. CC. de Marco Ασκητῇ.

18. Aliam suæ obscuritatis rationem Mystici hisce verbis exprimunt: "Fidei Lux ob suum ingentem excessum, & ob modum quo Deus illam impertitur, lumen intellectus nostri superat, quod ex sese ad solam naturalium rerum scientiam protenditur; licet obedientiali facultate insignitus sit. Hinc est, quod si cuipiam ea enarrentur, quorum ille nunquam notitiam adeptus sit, nec aliquam ipsorum similitudinem aspexerit, non amplius illi notitiæ lumen inde proveniret, acsi nihil ipsi expositum fuisset. (i) *Verum cum ex una parte intellectus noster humanus hic in terra in mortali hoc corpore inclusus, sensibus, phantasmatibus, & speciebus intelligibilibus, illius vivacitatem mire remorantibus alligatus sit, ut plurimum aliud non intelligens, quam verba prolata rudi modo sonant; in ipsorum autem significationum amplitudinem non penetret,*

& Materiarum sublimitas.

netret, & in iis, quæ occurrunt difficultatibus applicare nequeat id, quod ipsa in intelligentiæ suæ eminentia complectuntur. Et ex altera parte, cum hæ res admodum sublimes sint, & subtiles quasdam intelligentias, & quæ commodè applicari debent, ut juxta eas se homo in praxi gerat, in se comprehendant, Hinc, quia id non fit, à pluribus ad diversos sensus, & sæpè quidem ad contrarias prorsus opiniones ipsæ trahuntur, cum unusquisque id quod in Autoribus legit, juxta ingenii captusque sui stupiditatem vel sublimitatem intelligit &c. (k)

i) *Joh. à Cruce* Ascens. Mont. Carmel. Lib. II. c.3. p.32.
k) *Const. Barbans.* Sem. occ. amoris Dei P.II.c.16.p.481.

19. His rationibus, hisque conditionibus non negant, mystica scripta plerisque inconcinna esse. Bellarminus in genere sic scribit: *Accidere solet iis, qui scribunt de Myst. Theologia, ut eorum dicta ab aliis reprehendantur, ab aliis laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur.* (l) Quibus verbis multi alii authores, hac occasione ea repetentes, subscribunt. (m) Inprimis verò de ipso Dionysio fatentur. *Opus ejus valdè anfractuosum longeque à modernis sensibus remotum, multis invium, paucisque apertum, non solum propter antiquitatem, sed etiam propter cælestium altitudinem mysteriorum*, quæ ipse superna revelante gratia didicit, & velamine remoto, arcana theologiæ, divina se ducente manu, *Sanctuarium Dei ingressus est.* (n) Idem etiam de interpre-

Judicia indè promanantia.

de Dionysio.

terpretibus ejus commemorarunt, illos plurima, quæ ipſimet non intellexiſſent, magis obſcuraviſſe, quam explanaviſſe, ita ut interdum eorum ſententia non minus intellectu difficilis ſit, ac ipſiusmet Dionyſii, (o) ut ita culpa obſcuritatis hujus non à Deo, aut ejus doctrina, ſed ab hominibus pendeat.

aliisque Myſticis.

l) de Script. Eccl. p. 226. (m) Vid. *Sandæus* Th. M. p. 431. *Miræus* P. I. Biblioth. Eccl. p. 264. *Hornbeckius* ſumm. Controverſ. Lib. VI. p. 385. *Franc. de Salignac Fenelon* Placit. Sanctor. præf. pag. 4. &c. (n) *Joh. Scotus*, præf. ad Dionyſ. Lat. *Anaſtaſius Bibliothecarius* præf. ad Corol. M. in Dion. (o) *Herſentius* præf. Apol. in Dion. *Th. à Jeſu* Lib. V. de Contemplatione, cap. II, pag. 422.

Sublimitas & excellentia phraſium myſticarum.

20. Tandem & hoc inde ſequitur, quod quemadmodum argumenta hujus Theologiæ ſingularia, ſublimia & plerisque difficilia ſunt, ita non minus verba eorum & phraſes. Licet enim ſuperius tertio capite, num. 5. omnium partium ſuffragio probatum ſit, illa omnia ſcripturæ conſentire, & ex ea, ad minimum quoad ſenſum, erutas eſſe: Nihiloſecius tamen rationi æquè δυσνόητα ſunt ac ſcriptura ipſa, & in tantum à communi docendi genere ſcholarum recedunt, ut ponderoſiorem, profundiorem, & ſpiritaliorem ſenſum ſiſtant, quàm in elementis ſive primis chriſtianæ Doctrinæ inſtitutionibus & catecheſibus reperiri detur. Sicuti etiam cuilibet docentium vel Magiſtrorum in ſcientia ſua tales, qui arrident, terminos & deſcriptiones, quique rei maximè proprii & idonei ſunt, adhibere licèt:

licet: Sic & myſtici hoc jure utuntur in propoſitionibus ſuis, unà cum libertate, judicium, quod de illis ab eis, qui rem neque intelligunt, neque experiuntur, fertur, retorquendi, id quod prolixius explicant. (p)

p) Vid. omninò *Nic. à Jeſu Maria* Elucid. P. I. Cap. VI. tot. ex *Bern. Svareſio* & aliis.

21. Hoc omninò certum eſt, omnem nominum & verborum dignitatem & eminentiam in eo conſiſtere, ut rei vel ſubſtantiæ ipſius naturam optimè exprimant. Cum itaque Spiritus Sanctus per actos à ſeipſo Dei homines, aliquid divini protulit, ſemper expreſſa illa nomina omnem elegantiam, eminentiam & veritatem comprehendunt, quarum ullum aliud nomen capax eſſe poſſit, & conſequenter eſſentiam ſive qualitatem denominatæ materiæ propriiſſime eloquuntur. Hinc adeò ſancta, perfecta, & irreprehenſibilia ſunt, ut incapacia ingenia, quæ nihil, niſi rationi ſuæ perſpicua, probant, judiciis ſuis turpiſſimè in ea peccent. Imò verò expreſſiones eo ipſo magis magisque probantur, & ceu divina innoteſcunt, quò ſæpius ab hujusmodi cæcis & cæcorum Ductoribus damnantur & conviciis exponuntur.

22. Porrò myſtici monent, perfectionem hujus Theologiæ etiam ex eo patefieri, quod rariſſimè & talibus verbis de Deo utatur, quæ tamen præ aliis, proprietates & opera ejus accuratè interdum deſcribere videantur, ſed omnes hujusmodi locutiones poſtponat, & oſtendat, quantò ille ſuperior

& perfectio

nondum dignus, qui cum Moyse in caliginem ad Deum ingrediatur: (l) Quippe cum hæc dog-
"mata obſcura ſint, oculis non aquilarum, ſed
"noctuæ, & aliquo gradu hæc obſcuritas, & in-
"ſcitia omnimoda divinitatis hujus contempla-
"tionis argumentum ſit. (m) quæ nempè divini-
"tas multo obſcurior eſſet, ſi magnitudo ejus &
"ſublimitas lingva humana exprimeretur. (n)

l) *Joh. Bona* Via Compend. Cap. V. num. 4. (m) *Herſent.* l. c. (n) *Seraphinus Firmanus* in Probl. poſtfat.

10. Cum igitur [ex ſententia Authorum] ſo-
"lus Dei Spiritus ſublimis hujus agnitionis ma-
"giſter ſit, quam etiam ſibi deditis
"animabus applicet: Quid mirum
"ſi verba eorum ſublimia & non
"vulgaria ſonent reſonentque, & ab
"humiliori dicendi forma alia, atque conſequen-
"ter iis, qui hanc ſcholam nunquam frequenta-
"vere, obſcura ſint? (o) Quippe cum minimè parvi aut vulgaris momenti haberi debeant; *cum Spiritus hominis ad Deum conſcendit, per omnium entium negationem, & in qua per experimentalem & ardentisſimum Dei amorem, cognoſcitur Deus, idque clarisſima quadam caligine.* Si ita loqui licet) *per immediatam & certisſimam cum Deo unionem exſtaticam.* (p) Id quod ſummum divinæ agnitionis & Theologiæ myſticæ gradum nuncupant, *cum mens per amorem ardentisſimum unitivum actualiter, ſine omni medio animum diſponente, ardentisſime in dilectum ſuis extenſionibus ſurſum activis conſurgit, & remoto omnis imaginationis & rationis actu, per unionem ar-*

3. obſcuras & haud vulgares.

den-

dentissimi amoris id sentit, quod intelligentia capere non sufficit. (q)

o) *Nicolaus à Jesu Maria* Elucid. Th. P. I. c. 6. p. 81.
p) *Thomas à Jesu* Lib. V. de Contempl. div. prol.
q) Idem Lib. II. c. 3. p. 80.

Imò & ineffabiles.

11. Quemadmodum igitur omnes in genere Theologi Nomen Majestatis divinæ ineffabile tradunt, prout loquuntur veteres (r) ita longè substantia, sive Essentia ejus sublimior & præclarior, dum in unione mystica homini se communicat & revelat, ut nullus hominum eam alterum docere, multò minùs ipsi subministrare valeat. *Hujus Theologiæ* (secundum effatum mysticorum) *disciplina Marte conatuve proprio minimè acquiritur, nedum tradi potest, sed summo ac singulari supremi numinis beneficio accepta refertur, atq; ex ejusdem instinctu & inspiratione tractatur, solisq; tanti doni capacibus donatur.* (s) "Nemo certis "syllogismis sive demonstrationibus aut discur- "su ejus convinci aut etiam ullis conceptibus "sive ideis sibi fictis, in ea confirmari potest: O- "mnia hic experientia propriâ aguntur. (t) Atq; ita *totam hanc theologiam difficile est intelligere, explicare difficiliùs, difficillimum verò experiri.* (u)

r) *Photius* Epist. 162. 163.
s) *Balthas. Corderius* annot. ad Dion. Th. M. cap. I. §. I.
t) Author Theol. du Cœur præf. n. 2.
u) *Thom. à Jesu* l. c. Lib. V. c. II. init.

Responsio ad objectionem

12. Quodsi autem quis objiciat: Cur ergò tot hâc de re volumina luci sunt donata? is sciat, ea minimè essentiam ipsam cælestium bonorum, neque

 esse,

esse, neque subministrare, sed tantum externè de iisdem testari, quæ posteà essentialiter internè ab ipso Deo accipi debeant. Hocq; fundamentum, hæc ratio est, cur Testimonia illa veterum, qui omnia ipsimet experti sunt, fervore, virtute & vivo pondere, reliqua recentiora longè antecellant, quæ fortè illa tantum repetunt, quod notus quidam Episcopus observavit. (x) Ex quibus etiam videre licebit, cur vera Theologia Mystica â communibus Scholis remota, imò ab his plerumque levis & despectui habita sit: Quod nempè *non per solam scientiam ad secretorum, quæ experientia docet comprehensionem, veniri possit,* (& consequenter eruditis neque præbendas, neque honores aut titulos, munerave alia subministret.) Etsi enim hoc locum habere possit in "fruitione per modum contemplationis, *non tamen in fruitione mystica, per unionem cum DEO, de quâ hic agimus, quæq; nihil aliud, quàm amorem requirit.* (q)

x) *Franc. de Sales* lib. VI. de Am. Dei cap. I.
y) *Constant. Barbanson.* Sem. occ. Am. Div. P. II. c. 15. §. 23.

13. Porrò hi iidem monent, non debere experimentalibus sive per experientiam edoctis hisce Theologis, modum, formam aut fines, ex Regulis Scholasticis poni, quas in suis loquendi formulis imitarentur, sed sublimitatem & divinitatem doctrinæ eorum requirere, ut liberam tueantur potestatem, secundùm divinam institutionem & instinctum, novis quoque & singularibus expressionibus & definitionibus utantur,

Libertas mysticorum loquendi.

tur,quæ iis ad divina mysteria, suosque conceptus efferendos, aptæ viderentur, etiamsi scholastici Magistri eas non caperent. Quippe cum & veteres Patres hac libertate usi sint, quod in Dionysio, Bernardo, Bonaventura aliisque conspicuum est. Quorum testimonia ergò minime à prudentibus contemnuntur, sed summa veneratione & dignitate, quæ ipsis suppeditata fuit, gratiæ, avidè recipiuntur. (z)

z) *Nicolaus à Jesu Maria* l. c. pag. 50.

Modus eorum proponendi per ænigmata & parabolas.

14. Huc etiam spectant mysteria hæc proponendi genus per Parabolas, occultas, obscurasque phrases, *ænigmata* & Hieroglyphica. Cum [*inopia* sufficientium verborum] aliter describi non poterant, aut etiam indignis ea revelare inconsultum habebatur. Eô explicabant veteres verba Christi Marc. IV. 11. Matth. XIII. 11. de parabolarum inter fideles necessitate, ut & ipsissima ejus exempla, cùm plerumq; parabolis & proverbiis locutus sit; Matth. XIII. 34. Equidem ex verbis Pauli certo modo totam viatorum theologiam, *ænigma* tale esse dicebant, ut diu substantiali contemplatione & fruitione careret. 2 Cor. V. 6. &c. 1 Cor. XIII. 12. & tantum parvas veritatis ideas haberet: (a) Attamen hoc docendi genus inprimis in sublimioribus & cœlestibus argumentis requirebant. Quemadmodum etiam ab ipsis notatur, non solum omnes sanctos, *sed & Angelos divina ænigmatibus, more mystico tradidisse. Imò ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, Deificans*

communionis carnis & sangvinis sui mysterium per imaginem panis & vini protulisse. (b)

a) *Irenæus* Lib. I. adv. hæref. c. 46. *Gregorius Nazianz.* Orat. de Consist. Epist. & Lib. II. de Theologiâ. *Basil. M.* Orat. de Fidei Confess.

b) *Gregorius Nazianz.* l. c. *Dionys. Areop.* Ep. IX. ad Titum & ibid. *Maximus* in Schol. p. 158. Conf. omninò *Joh. Cyparissiota* Dec. I. c. 1. & inprimis Dec. II. Theol. Demonstr. c. 3. quod inscribitur: *Per omnem Theologiam speculi & ænigmatis rationem progredi.*

per Symbola & imagines.

15. Itaque veteres licitum, necessarium & commodum censuerunt, *occulta, duriora argumenta, infirmis ænigmatibus sive Symbolis prædicare.* (c) Quod proponendi genus, vetustissimum, summum salutarem & maximè necessarium veritatis dignoscendi modum esse asserebant, (d) & quidem sancto quodam respectu, omne nempè scandalum, quod ab insciis accipitur, eosque reos reddit, præcavendi. Hacque mente *divinarum rerum doctrinam in duo genera dividebant.* Quorum alterum, *manifestum s. apertum & cognitum*, quod discursibus & demonstrationibus convincere posset: alterum verò *occultum, mysticum & symbolicum*, ut & purgans, penetrans, & ad perfectionem ducens dicebant. Quod ita proponebant. (e)

Theologia duplex.

ἡ θεολογίων παράδοσις.

ἡ μὲν ἀπόῤῥητος	ἡ δὲ ἐμφανὴς
μυστική	γνώριμος.
συμβολικὴ	φιλόσοφος.
τελεστικὴ	ἀποδεικτικὴ.
δραστικὴ	πιθανὴ.

c) *Mar-*

c) *Marcus Eremita* de Lege Spirit. S. de his, qui putant ex operibus justificari cap. 165.

d) *Clemens Alex.* Lib. I. Strom. p. 299. & Lib. II. init. p. 358.

e) *S. Maximus* Schol. ad Dion. l. c. Conf. *Pachymeres* in Paraph. ib. p. 169.

Theologia Symbolica.

16. Interim recentiores Myſtici monuerunt ſtrictè ſic dictam Theologiam Symbolicam (quæ duntaxat nudis ſignis & ſymbolis docet) non confundendam eſſe cum myſtica, ſi hæc artisſima ſignificatione accipiatur, quanquam hæc ab illa interdum aliquas expresſiones & propriè reales ideas petat. Quod hic pluribus inquirere ſupervacaneum, cum in eruditorum ſcriptis pasſim obvium ſit: (f) Ad minimum ex modo dictis patet, myſticam hanc Theologiam non ſine momentoſis reſpectibus & cauſis plerisque obſcuram, inarticulatam, difficilem & ſublimem videri, de quo paucis, & quidem juxta myſticorum mentem agere reſtat.

f) *Joh. Gerſon* de Theol. Symbol. Conſid. I. *Herſenti* Appar. p. 57. & in Comment. p. 82. 205. *Sandæus* Th. M. p. 3. ſeq. ac omninò in ſymbolicis. Mogunt. 1626. 4to. editus. *Picinellus* Mundo Symbolico &c.

Rationes obſcuritatis apud Myſticos traditur,

17. In genere veteres de Myſteriis divinis obſervarunt, quod quemadmodum Petrus in Pauli Epiſtolis quædam δυσνόητα, i. e. *intellectu difficilia* agnoverit, 2. Pet. III. 16. Ita inprimis Verba Johannis: *Mundum Libros de Chriſto capturum non fuiſſe* Joh. XXI. 25. eò ſpectent, *cum id non de locorum ſpatio credendum, ſed de Lectorum capacitate, quamvis ſalva re-*

Hominum incapacitas.

rum fide, plerumque verba excedere videantur fidem. Quid igitur mirum si scripta sublimia & occulta Dei opera fusius tractantia mundi captum excedant? Porrò admodum sapienter monuerunt, Ascetica sive practica scripta ea propter non adeò perspicua esse, quod eorum argumenta omninò ipsa praxi & experientia substantiæ rerum (τῆς ἐκ τῶν ἔργων ἐπιγνώσεως) addisci deberent: (h) Idem & de pure mysticis magis concedendum.

g) *Augustinus* Tractat. CXXIV. in Johann.
h) *Photius* Biblioth. Cod. CC. de Marco Ἀσκητῇ.

& Materiarum sublimitas.

18. Aliam suæ obscuritatis rationem Mystici hisce verbis exprimunt: "Fidei Lux ob suum ingentem excessum, & ob modum quo Deus illam impertitur, lumen intellectus nostri superat, quod ex sese ad solam naturalium rerum scientiam protenditur; licet obedientiali facultate insignitus sit. Hinc est, quod si cuipiam ea enarrentur, quorum ille nunquam notitiam adeptus sit, nec aliquam ipsorum similitudinem aspexerit, non amplius illi notitiæ lumen inde proveniret, acsi nihil ipsi expositum fuisset. (i) *Verum cum ex una parte intellectus noster humanus hic in terra in mortali hoc corpore inclusus, sensibus, phantasmatibus, & speciebus intelligibilibus, illius vivacitatem mire remorantibus alligatus sit, ut plurimum aliud non intelligens, quam verba prolata rudi modo sonant; in ipsorum autem significationum amplitudinem non penetret,*

netret, & in iis, quæ occurrunt difficultatibus applicare nequeat id, quod ipsa in intelligentiæ suæ eminentia complectuntur. Et ex altera parte, cum hæ res admodum sublimes sint, & subtiles quasdam intelligentias, & quæ commodè applicari debent, ut juxta eas se homo in praxi gerat, in se comprehendant, Hinc, quia id non fit, à pluribus ad diversos sensus, & sæpè quidem ad contrarias prorsus opiniones ipsæ trahuntur, cum unusquisque id quod in Autoribus legit, juxta ingenii captusque sui stupiditatem vel sublimitatem intelligit &c. (k)

i) *Joh. à Cruce* Ascens. Mont. Carmel. Lib. II. c. 3. p. 32.
k) *Const. Barbans.* Sem. occ. amoris Dei P. II. c. 16. p. 481.

Judicia indè promanantia.

19. His rationibus, hisque conditionibus non negant, mystica scripta plerisque inconcinna esse. Bellarminus in genere sic scribit: *Accidere solet iis, qui scribunt de Myst. Theologia, ut eorum dicta ab aliis reprehendantur, ab aliis laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur.* (l) Quibus verbis multi alii authores, hac occasione ea repetentes, subscribunt. (m) Inprimis verò de ipso Dionysio fatentur. *Opus ejus valdè anfractuosum longeque à modernis sensibus remotum,*

de Dionysio.

multis invium, paucisque apertum, non solum propter antiquitatem, sed etiam propter cælestium altitudinem mysteriorum, quæ ipse superna revelante gratia didicit, & velamine remoto, arcana theologiæ, divina se ducente manu, *Sanctuarium Dei ingressus est.* (n) Idem etiam de interpre-

terpretibus ejus commemorarunt, illos plurima, quæ ipſimet non intellexiſſent, magis obſcuraviſſe, quam explanaviſſe, ita ut interdum eorum ſententia non minus intellectu difficilis ſit, ac ipſiusmet Dionyſii, (o) ut ita culpa obſcuritatis hujus non à Deo, aut ejus doctrina, ſed ab hominibus pendeat.

aliisque Myſticis.

l) de Script. Eccl. p. 226. (m) Vid. *Sandæus* Th. M. p. 431. *Miræus* P. I. Biblioth. Eccl. p. 264. *Hornbeckius* ſumm. Controverſ. Lib. VI. p. 385. *Franc. de Salignas Fenelon* Placit. Sanctor. præf. pag. 4. &c. (n) *Joh. Scotus*, præf. ad Dionyſ. Lat. *Anaſtaſius Bibliothecarius* præf. ad Corol. M. in Dion. (o) *Herſentius* præf. Apol. in Dion. *Th. à Jeſu* Lib. V. de Contemplatione, cap. II, pag. 422.

Sublimitas & excellentia phraſium myſticarum.

20. Tandem & hoc inde ſequitur, quod quemadmodum argumenta hujus Theologiæ ſingularia, ſublimia & plerisque difficilia ſunt, ita non minus verba eorum & phraſes. Licet enim ſuperius tertio capite, num. 5. omnium partium ſuffragio probatum ſit, illa omnia ſcripturæ conſentire, & ex ea, ad minimum quoad ſenſum, erutas eſſe: Nihiloſecius tamen rationi æquè δυσνόητα ſunt ac ſcriptura ipſa, & in tantum à communi docendi genere ſcholarum recedunt, ut ponderoſiorem, profundiorem, & ſpiritaliorem ſenſum ſiſtant, quàm in elementis ſive primis chriſtianæ Doctrinæ inſtitutionibus & catecheſibus reperiri detur. Sicuti etiam cuilibet docentium vel Magiſtrorum in ſcientia ſua tales, qui arrident, terminos & deſcriptiones, quique rei maximè proprii & idonei ſunt, adhibere licèt:

licet: Sic & myſtici hoc jure utuntur in propoſitionibus ſuis, unà cum libertate, judicium, quod de illis ab eis, qui rem neque intelligunt, neque experiuntur, fertur, retorquendi, id quod prolixius explicant. (p)

p) Vid. omninò *Nic. à Jeſu Maria* Elucid. P. I. Cap. VI. tot. ex *Bern. Swareſio* & aliis.

21. Hoc omninò certum eſt, omnem nominum & verborum dignitatem & eminentiam in eo conſiſtere, ut rei vel ſubſtantiæ ipſius naturam optimè exprimant. Cum itaque Spiritus Sanctus per actos à ſeipſo Dei homines, aliquid divini protulit, ſemper expreſſa illa nomina omnem elegantiam, eminentiam & veritatem comprehendunt, quarum ullum aliud nomen capax eſſe posſit, & conſequenter eſſentiam ſive qualitatem denominatæ materiæ propriisſime eloquuntur. Hinc adeò ſancta, perfecta, & irreprehenſibilia ſunt, ut incapacia ingenia, quæ nihil, niſi rationi ſuæ perſpicua, probant, judiciis ſuis turpisſimè in ea peccent. Imò verò expresſiones eo ipſo magis magisque probantur, & ceu divina innoteſcunt, quò ſæpius ab hujusmodi cæcis & cæcorum Ductoribus damnantur & conviтiis exponuntur.

22. Porrò myſtici monent, perfectionem hujus Theologiæ etiam ex eo patefieri, quod rarisſimè & talibus verbis de Deo utatur, quæ tamen præ aliis, proprietates & opera ejus accuratè interdum deſcribere videantur, ſed omnes hujusmodi locutiones poſtponat, & oſtendat, quantò ille ſuperior & perfectio

rior

rior & sublimior his omnibus descriptionibus sit, de quo supra num. 5. occasione particulæ *super* aliquid dictum. Præterea libenter fatentur, omnia verba ipsis longè minora, viliora arctioraque esse, quam ut iisdem incomprehensibilitatem Dei ejusque mysteriorum aliis imprimere vel inculcare possint. Ut ita quivis Deum ipsum adorare debeat, qui in momento temporis plura revelare queat & velit, quam omni externa propositione fieri possit. [q]

q) Id.l.c. p.49. 51. 53.

Prærogativa præ aliis doctrinis.

23. Iterum ex prædictis rationibus deducunt, locutiones suas ideò interdum rationi contrarias, dissimiles, absurdas & sine ullo fundamento, imò falsas & malas apparere: *Quia divina stultitia* prout externè hominibus videtur, reipsa tamen hîc *sapientior est* 1.Cor.I,25. & sub vili verborum cortice maximos thesauros recondit. Hocque medio theologi tales verba, realiaque sua sibi ipsis tuentur, ita ut is, qui ea absque Spiritus Sancti ope adhibere aut dijudicare conetur, coram Deo ejusque filiis pudori se exponat, judiciique sui modium insufficiens seque justo audaciorem & leviorem fuisse prodat; cum potius doctrinâ hac convincendus esset, eam non ex falsis merisque inflantibus verbis, aut vulgaribus contemnendisque materiis conflatam esse. Quia hisce suis simplicibus, minimeq; affectatis non minùs tamen ponderosissimis expressionibus sublimem suum ortum, Majestatem & eminentiam evidenter probet, dum omnis hominum

num prudentia adversus eam pudefiat, quod prolixiùs describunt.

r) Vid. *Petrus Blomevenna* Introd. in Th. myst. Harphii p. 477. *Hersent.* l.c. init. & finé. *Joh. à Jesu Maria* Th. myst. n. XIV. seqq. *Theresa de Jesu* in Vita sua cap. XII. XX. & XXIII. Author præf. ad Domini *de Bernieres* Oeuvres spirituelles n. 13. *Didacus à Jesu* Annot. ad Joh. à Cruce &c.

24. Interim notatu dignum est, quid Augustinus de difficultate mysteria & mirabilia Dei eloquendi prodidit, sic scribens: *Plerumque verba mea mihi displicent, melioris enim avidus sum, quô sæpè fruor interius, antequam eum explicare verbis sonantibus cœpero, quod ubi minùs quàm mihi notus est, evaluero, contristor, linguam non posse cordi meo sufficere.* (s) Qui hoc reapse expertus est, libenter omnem modestiam, cautelam & commiserationem adhibebit in judicando aliûs effato, Deumque simul laudabit, qui quidem mirabilibus suis omnes hominum vires longè superat, & nos sic in humilitate servat, attamen non minùs ineffabilia internè verba & opera revelat, suisque innocentibus plerumque indisertis amicis, occultam sapientiam in occulto tradit, quam à nullo edoceri, nullique plenariè revelare queunt.

& materiæ inenarrabiles.

s) *August.* Lib. de Catech. Rud. cap. II.

CAPUT VI.

De specialibus Mysticæ Theologiæ partibus, ejusque serie, simul & de tribus viis mysticis.

§. 1. Ha-

§. 1.

Libera myst. Theologiæ Propositio.

HActenus tantùm in genere materiam Theologiæ nostræ ejusque conditionem advertimus; jam specialem ejus divisionem explicare restat, prout in hujusmodi scriptis ea invenitur. Primò autem omnium notandum venit, Veros Deilogos nulli certæ, definitæ, & ab hominibus præscriptæ sive excogitatæ aut fabricatæ methodo & ordini anxiè & absolutè se obstringere solere. Cum totum eorum fundamentum & metrum non propria hominum voluntas aut arbitrium, sed liberum, indeterminatum, absolutumque regimen, instinctus & inspiratio Spiritus Sancti sit, qui, ubi ubi etiam operatur, libertatem secum affert, 2.Cor. III,17. Hinc fit, ut in illuminatioribus, antiquioribus & profundioribus mysticis (e.g. Rusbrochio, Thoma à Kempis, Taulero & cæteris his similibus) nulla ejusmodi divisio & methodus cernatur, qualis ceteris ex Theologia Scholastica egressis, vix mysticam inchoantibus, in usu est, atque ita suas loquendi formulas, ad illam transtulerunt.

& methodus conditionata.

2. Non tamen minùs & illi, qui mysticam Theologiam methodicè delinearunt, cautè loquuntur: *Illam nempè ab omnibus ferè spiritalium Doctoribus, tribus explanari viis, purgativa puta, illuminativa & unitiva.* (a) Hoc verò plurimùm per eos fieri, qui hanc Theologiam ex legibus certæ cujusdam methodi delineaverunt. (b) Qui Authores paucissimi & recentiores esse putantur, teste

teste experientia. Nihilòseciùs tamen & hi concesserunt, veram hanc Theologiam etiam illis hominibus inesse posse, qui vel primas ejus vias, primosve gradus nondum transcenderunt, aut si transcendêre, non tamen summum unionis cum Deo cacumen attigerunt. Cum interdum & tyronibus sapientiæ donum & quidem cum omnibus suis fructibus subministretur: è contrario etiam diu in unione exercitatis confirmatisque animabus purgatio adhuc incumbat. (c) Ut ita triplex hæc via unâ quasi vice procedat, in unâquâque tamen anima pro acquisito gradu, incremento, modio, aliisque qualitatibus.

ut & graduum mysticorum sive viarum.

a) *Sandæus* in Clave Th. myst. p. 360.

b) *Jac. Thomas.* Orig. Philos. & Eccl. Hist. p. 108.

c) *Sandæus* Th. myst. lib. III. Exerc. 3. disq. 3. p. 630. *Suarez.* lib. II. de Orat. cap. II. §. 10. *Theresa* in vita cap. XI. & XXII. *Joh. à Jesu Maria* Th. myst. cap. II. *Hersent.* Comm. Th. myst. cap. I. p. 145. &c.

3. Antiqui etiam ex ipsa praxi observaverunt: *Non contemplationis gratiam summis duntaxat dari, minimis verò non dari, sed sæpe hanc summos, sæpè minimos, sæpè longè adhuc ab illa remotos aliquando etiam conjugatos percipere.* (d) *Paucisque contigere hanc Contemplationis perfectionem in hâc vita, cum Dominus noster Jesus Christus pusillos corde talibus blanditiis allicere soleat.* (e) *Hinc interdum summam citò inveniri sapientiam, ut in paucis vexati citissimè in multis benè disponentur, ita ut experimento videant omnia, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, ne-*

Processus Dei in hisce viis.

que in cor hominis ascendit.[f] Atque ita omni-
"nò, prout lumini divino visum fuerit, purgatio-
"ne facta ad unionem & amorem Dei pertende-
"re licere: &c. (g)

d) *Gregorius* M. Hom. 17. in Ezech.
e) *Bernard.* Serm. III. de Circumcis.
f) *Bonavent.* Theol. Myst. Cap. III. Art. 4.
g) *Idem ibid.* in prol. & *Dionys. Carthus.* de Fonte Lucis. Conf. *Joh. à Cruce* Flamma amoris Cant. III. n. 5.

Ordo triplicis viæ mysticæ.

4. Quanquam autem libera Dei manus etiam liberè in organis suis agere soleat; Interim tamen Theologi essentiam sive naturam internæ operationis, omnino quosdam gradus & ordines requirere docuerunt. Ideo nostrum erit videre, qua ratione notam illam Theologiæ Mysticæ viam triplicem ex fundamento divini processus in restaurando hominis lapsum ad pristinum, derivent & probent. Prius autem mentem sive sensum Doctorum protestantium de hac via inquirere non alienum à nostro proposito erit: quo nemo intempestiva nausea, sive indignatione adversus hanc propositionem abripiatur.

à Protestantibus probatus.

5. Non faciam hic mentionem, Lutherum ipsum non solum Librum istum, qui Die teutsche Theologie [Theologia teutonica] inscribitur, triplicem hanc viam docentem, adeò extollere, sed etiam in sermone super magnificat hominem tribus partibus essentialibus, corpore mempè, anima & spiritu, comparando eum cum tribus Templi Salomonæi divisionibus, describere. Neque commemorabo, quid practici antiqui, Hieronymus

mus Wellerus, Paulus Egardus, Emdenius, Arndius aliique prodiderint: Sed duntaxat quorundam Theologorum proprium hac de re ventilabo judicium. Notus ille Norimbergensium Doctor *Joh. Michael Dilherus* absque omni hæsitatione tres theologiæ partes (ut ipse ita loquitur) purgationis nempè, illuminationis & unionis, veram ad vitam viam appellat, & hymnum, triplicem hanc viam accuratè delineantem, scriptum reliquit. (h) Hamburgensium Doctor Casparus Mauritius Anno 1676 Librum in 8vo luci donavit, hac inscriptione: Bester weg zur Vereinigung / Erleuchtung und Reinigung / (i.e. Optima ad unionem, illuminationem & purgationem via) in quo modo dictam viam pro agnitionis suæ modio prolixè explanat. (h)

h) In der Göttlichen Liebes-Flamme: p. 66.

6. Alii non solummodo hujusmodi citarunt testimonia, sed etiam hoc suum judicium addiderunt: *Omnibus ferè spiritalium rerum Doctoribus totam Th. Mysticam tribus hisce viis circumscribere consvetudo est. Per purgativam, ajunt, voluntatem ab affectibus purgari; per illuminationem verò intellectum agnitione Dei donari, quibus anima, quasi præparata, ceu nympha in Sponsi amplexus, per unionem ducatur & Deificetur.* Et ulterius fatetur: *triplicem hanc viam, si ex analogia fidei, scripturæ sacræ consentaneæ, explicetur, nihil fanaticum complectere.* (i) Ubi quidem pro ratione & vulgaribus Academicis thesibus variæ apponuntur cautelæ, nihilominus tamen alibi materia hæc secundum veritatem

confirmatur, etiam Lectores, *Theologos gustum & experientiam harum rerum habentes* legere monentur (l)

i) Vid. *D. Joh. Olearius* lipsiens. diss. de illum. divin. §. 17. *D. Zierold* de Nexu comm. §. 22. add. C. Thom. Sitten-Lehre Ausübung p. 534. & in Monathen Anno 1689. p. 1128.

k) Ibid. §. 23. Conf. *Autor* der Erklärung über die Kupfer zu Joh. Arnds wahres Christenthum/ edit. nov. Magdeburg. 1699. in fine. *D. Spenerus* infra §. 29. producendus.

l) *D. Rechenbergius* de Orig. Th. Myst. §. 10.

7. Plura protestantium testimonia inferius producemus, in relatione judiciorum illorum de Theologia Mystica. In genere autem huc spectant innumerabilia loca recentiorum & antiquiorum Authorum, de ordine & necessitate purgationis, ante illuminationem, & illuminationis ante unionem, quæ quælibet sua serie, suoque in loco citabuntur. Et quidem hæc omnia juxta manifestam S. Scripturæ expressionem, & Consensum vetustissimorum Doctorum, ita ut non opus sit, summa distortis opera deductionibus, hunc ordinem sive Seriem ex Platone derivare. Quod quidem nonnulli, ut viam hanc suspectam redderent, frustrà tamen tentarunt. Nos suo loco videbimus, Antiquos totam veri christiani vitam triplici statu vel ætate & quidem ex 1 Joh. II. 13. seqq. complexos esse vel divisisse. *Tyronum* nempè, *progredientium* & *perfectorum*: Quod idem & hæc triplex via mystica significat.

ex Sacra Scriptura.

8. Audiamus jam quædam Ecclesiæ Patrum dicta. Augustinus inquit: *Caritas cum nata fuerit,*

erit, nutritur, nutrita roboratur, roborata perficitur (m) Hieronymus verò sic prodidit: *Johannes Apostolus secundum merita filiorum suorum profectusque operum singulorum scribit ad Patres. In Parvulis seu incipientibus caritas contra peccata pugnat, & imperfectionum impedimenta tollit. In juvenibus, seu proficientibus virtutum diversarum ornatum parat. In Patribus seu Perfectis, post gloriosam de multiplici hoste Triumphum mentem gratiæ dotibus variis exornatam summo bono unit* (n) *Gregorius M.* itidem docet aliud esse virtutis *initium*, aliud in ea *progressum*, aliud verò *perfectionem* id quod *diversis militantium modis* explicat vel comparat, (o) item *tribus crescentium spicarum gradibus* Marc. IV. 27. (p) Bernhardus etiam mentionem facit, *inchoantium, progredientium* & *perfectorum* (q) Et *Maximus* priores comparat *servis* sive *mancipibus*, alteros *condunctitiis*, tertios verò *liberis*: [r] Aliis symbolum triplicis hominis ætatis ex Johanne arrisit, (s) aliis verò Parabola *triplicis officii Angelorum ordinis* placuit, quod est purgare, illuminare, & perficere: Item adhuc aliis trifaria S. S. Trinitatis operatio comparationem dedit

& Patribus Ecclesiæ.

m) Tract. V. in 1. Joh. Epist. [n] Epist. CXXXIX.
o) Homil. 15. in Ezech. [p] Lib. XXII. Moral. c. 20.
q) Serm. 3. de Circumcis. Dom. r) Lib. de Eccl. Mystag. c. 24. s) *Thomas* 2. 2dæ. qu. 24. art. 9.

9. Recentiores Doctorum hæc omnia mysticis Statibus applicuere. Theologia Teutonica necessitatem

Ut & ex aliis mysticis.

& accuratam harum viarum connexionem, breviter sic protulit, *sciendum est, neminem illuminari posse, nisi prius purgatus, defœcatus & evacuatus sit: neminem quoque cum Deo uniri, nisi sit illuminatus. Et huic inserviunt tres viæ* 1.] *purgativa*, 2.] *illuminativa*, 3.] *unitiva.* (t) Id quod omninò etiam ex sacris literis manifestum est, sicuti alibi videbimus (evolve interim Matth.I,8. Hebr.XII.14. 2.Pet.I.3. & Joh.XIV,23. 2.Cor. XI.2. Eph.V.26. & Sapient.I.4. c.VII.22.&c.) Alii prolixè & probabiliter demonstrârunt, in Christo & latere, & ipsummet esse triplicem hanc viam: Sic "scribentes: Christus est *via purgativa*, quadru-"plici ratione; primò, quoniam sanctissimis do-"cumentis à peccatis nos retrahit & emendat; "secundò quoniam suæ sanctissimæ conversatio-"nis exemplis, ab immundicia culpæ nos revo-"cat, eripit, & purgat, tertiò, quoniam suæ salvi-"ficæ passionis virtute & merito nos à vinculis "peccatorum redemit; quartò quoniam per Sa-"cramenta ecclesiæ suos fideles purgat quotidiè. "Porrò *Christus est via illuminativa*, primò quo-"niam evangelicæ Legis Sapientiâ vos instruxit, "ac divinorum contemplatione edocuit, secundò "quia à Christo tanquam capite dona gratiæ de-"scendunt in membra ipsius. Insuper *Christus est* "*via perfectiva*, primò quoniam legem totius per-"fectionis plenitudinem continentem donavit, "perfectam charitatem præcepit; secundò, quo-"niam veram ac plenam nobis beatitudinem & "victoriam, nec non impletionem amoris omni-"umque virtutum meruit; tertiò, quoniam tam "arden-

"ardentisſimè nos amando, & tanta pro noſtra "ſalute agendo ac ſuſtinendo, ad ſui amorem at-"que divinæ charitatis fervorem nos maximè "provocat, & quantum in ipſo eſt, inflammat. I-"tem, quod tanquam Propheta & Magiſter illu-"*minet*, tanquam ſummus Sacerdos *purget*, tan-"quam Rex *uniat* & perficiat. &c. (u) Quod pro donorum diverſitate, à diverſis prolixè explicatur, hicque repetere ſupervacaneum. (x)

t) Cap. XII. u) *Dionyſ. Carthuſ.* de Fonte Luc. Artic. 2. Conf. ejusdem Lib. III. de Contempl. art. 12. ſeqq.

x) Vid. *Bonavent.* de Th. Myſtica. *Martinus Fornarius*, lib. II. præf. Tract. I. de Theol. myſt. *Lud. de Ponte* in Duce Spirit. tract. III. cap. 6. 83. & 101. *Thomas à Jeſu* lib. I. de div. orat. cap. 5. *Hugo de Palma* Th. myſt. init. & fine. *Nic. Eſchius* Exercit. Th. myſt. Ex. I. ad 14. *Philipp. à SS. Trinit.* Summa Theol. myſt. p. 17. ſeqq. *Sandæus* Th. myſt. p. 625. ac Clave, p. 360. *Bona* viâ Comp. cap. VIII. num. 4. ſeqq. Dominus *de Bernieres Louvigni* Maximes pour la via purgative, illuminative, & unitive Paris 1690. 8vo &c.

Generalis triplicis hujus viæ delineatio.

10. Attamen, quò quis rem clariùs concipiat, primò hic tabulam generalem interſeram, in quâ & origo unà cum fundamento, & media, operationesque triplicis hujus viæ myſticæ brevibus ob oculos ponatur; eo ordine, quo illa ſtatim in initio Libelli Hugonis de Palma de myſtica Theologia impreſſa exſtat, hancque ſpeciem repræſentat.

Univerſalis	Purgativa
quæ intendit Summum	*Bonum*
Hominis	*Naturalis*
quoad	*Corpus*
cujus	Sanitas
eſt *Perfectio*	Senſus
ex *Dei*	Bonitate
ſecundum Naturam	Humanam
Quæ 1. præparatur	Jejunio,
vivendo	*Sobriè*
erga	Seipſum
& 2do comparatur	Mortificatione.
Membrorum	Carnis
per *Chriſti*	*Pasſionem*
qui ſolus eſt	Via
In Lumine	*Naturæ*
cujus *gratia*	abluimur
In Sacramento	Baptiſmatis,
per *Fidem* in	*Patrem*
atteſtantibus	Aqua
atq; 3tio conſervatur	*Fide*
in *Schola*	Pœnitentiæ
Diſcipulorum	Incipientium
Ætate	Puerili
ubi Clasſis	Inferior
& gradus	Imaginationis
per Oſculum	Pedum
Miniſterio	*Angelico*
4to reparaturque	Separatione
Corporis	puri ab impuro
cum temperamento	Aqueo
& ſic aſcendimus	è terra
&ingredimur in Vitam	*Corporis*

ultam eſt Via.

Illuminativa	Unitiva
Verum	*Unum*
Spiritualis	Deiformis.
Animam	*Spiritum*
Scientia	Sanctitas
Rationis	Mentis.
Sapientia	Poteſtate.
Angelicam	Divinam
Vigiliis	Oratione
Juſtè	*Piè*
Proximum	*DEUM.*
Contemplatione	Adhæſione
Veritatis	Virtutis
Reſurrectionem	*Aſcenſionem*
Veritas	Vita.
Gratiæ	*Gloriæ*
Juſtificamur	Sanctificamur.
Cœnæ	Unctionis
Filium	*Spiritum S.*
Sanguine	Spiritu
Spe	*Charitate*
Scientiæ	Concordiæ.
Proficientium	Perfectorum
Juvenili	Virili.
media	Superior.
Cognitionis	Amoris
Manus	Oris
Cherubico	*Seraphico.*
Sublimatione	Conjunctione
lucidi ab opaco	ſolidi cum ſoluto
Aereo	Igneo
per Paradiſum	in Cœlum
Animæ	*Spiritus* æternam

11. Jam ſpeciales myſticorum ſententias ſ. explicationes de unaquaq; viarũ harum inquiramus; quæ in continuatione hujus operis conſenſu primitivorum chriſtianorum ſufficienter probabuntur. "Itaque primò, de *Purgatione*, eam ideo inprimis *neceſſariam* eſſe, quia homo per lapſum impurus & abominabilis coram Deo evaſerit, hinc "debere eum per ſangvinem Chriſti & continuam internam Sancti Spiritus correctionem ab "omnibus præteritis peccatis purgari, & ab innumeris tentationibus & reſiduis delictis liberari, nempe à pronitate ad peccandum, priusquam "primæ Juſtitiæ conformitatem recuperet. [y] "Secundò ideò neceſſariam aſſerunt. Quia Sapientia prius animam non occupet, eamve illuminet, quam de ea judicium & juſtitia factum "ſit, atque ſic illa ad eam præparata, jam totaliter, judicio exacto, coram Deo humilietur, ſic "ut humiliatio ipſius in tantum Dei clementiam, "quam offendit provocet in quantum ipſius contemptus divinam contra ſe ſententiam in peccatis anterioribus provocavit. Juſtitiâ verò exactâ, oportet animam, quæ aliquando delectationem Creatoris in Delectationem Creaturæ, "peccatis ſuis exigentibus, commutavit; in tantum dolere, ut divinæ injuriæ aliqualiter ſatisfiat, & anima per dolorem quaſi denuò naſcens, "illi, qui eſt ſumma Majeſtas & indeficiens bonum, per unitivum glutinum (ardentisſimi amoris uniatur z)

y) *Dionyſ. Carthuſ.* l. c. art. 4.
z) *Hugo de* Palm. l. c. init.

12. Hinc

12. Hinc geminum prioris hujus viæ actum præcipuè tradunt. Primo nempè *liberationem* à peccatis ante patratis (quorſum tota peccatoris *vera converſio & juſtificatio* referenda, prout illam juxta verum Evangelii & Jeſu Chriſti ejusque Apoſtolorum ſenſum fieri oportet.) Secundo : *Purgationem ab omnibus vitiis*, ſanationem reliquarum mendarum, & extirpationem radicum mali, ne quis iterum labatur. Quorſum pertinere dicunt *caſtigationem carnis*, ut ſpiritui obediat, ſeque ei ſubmittat, mortificationem affectuum inordinatorum, ut juſtè temperentur; *renunciationem propriæ voluntatis*, ut divinæ ſimilis fiat, item *Odium ſui ipſius* omniumque rerum creatarum, quibus amor ſui foveri queat, quò Deus, ejusque ſanctisſimus amor, locum in Cordibus noſtris capere queat. (a)

Partes ſ. gradus.

a) *Ludovicus* de Ponte Introd. Parte. II. *Nic. Eſchius* Exerc. I. 2. 3. 4. &c.

13. Res circa quas prima hæc via verſatur, jam commemoratæ ſunt, & ab aliis ita proponuntur: Primum "à Deo purgatur ipſe ſenſus & pars inferior, quæ "ſunt inſtar atrii; inde ratio; poſtremò intelle-"ctus & voluntas: Hocque pacto Deus domini-"um adipiſcitur totius hominis, elucidans & ter-"gens tres haſce partes. Ultimò irraſcibiles & con-"cupiſcibiles etiam partes defæcantur, per con-"templationem omnipotentiæ & juſtitiæ Dei, "quem offendit, & per ſtudium humiliationis "propriæ, & contritionis de peccatis in eum com-"mis-

Materiæ ſive objecta.

finis & scopus.

"missis. (b) Itaque scopum hujus "Viæ, puritatem, primamque simplicitatem & innocentiam animæ, quæ "hacce restituitur, & in pristinum suum statum "reponitur. (c) appellant.

b) *Thom. à Jesu* de Orat.div. lib.I.c.5.p.44. c)Id.ib.p.45.

Definitio.

14. Ex quibus prædictis hanc descriptionem congerunt. *Purgativa est, qua mens ad discendam veram sapientiam disponitur.* (d) *sive: est exercitium & conatus seu occupatio, qua tanquam per iter ac medium ad vitiorum expulsionem, ad passionem & concupiscentiarum refrenationem, ad omnium affectionum animæ reformationem, ad cordium sensuumque custodiam, ac omnium evitationem culparum tendimus ac conamur.* (e) Et adhuc clarius; *Supernaturalis & infusa à Deo purgationis via, in eo consistit, ut incipientes peculiari Spiritus S. illustratione & motione purgentur à vitiis, animæque affectiones, seu passiones reformentur, ita ut animæ caro promptè deserviat, rationique sensualiter appareat, atque divinis mandatis voluntas obediat. Hoc autem aliud esse prorsus non arbitror, nisi ad originalis rectitudinem, justitiæ, animæ reformationem atque reductionem.* (f)

d) *Bonavent.* lib. de Th. M. l. c.

e) *Dion. Carthus.* l. c. art.3. (f) *Th. à Jesu* l. c.

De secundæ viæ, Illuminationis nempé.

15. Hanc præparationis viam, aut minimum infimos ejus gradus, nempè veram conversionem & abnegationem, excipit altera *illuminationis* nempè; ad quam præcipuè antiqui

antiqui *humilitatem veram* requisivere. *Ut de propriis viribus, de naturali ingenio, de acquisita scientia, non præsumat homo: Sed in Domino sit spes ejus, & ejus subsidio innitatur: quemadmodum per Esaiam edocetur: Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini & innitatur super Deum suum. Deinde ab exterioribus abstrahat mentem suam & eam* recolligat, ejus dispersiones & evagationes abjiciendo. Sicque juxta divini Dionysii documentum se convertat ad radium, supernam illustrationem optando, & pro ea orando, seque ad Dei considerationem aut contemplationem pro viribus elevando. Tum Dominus, omnis sapientiæ Dux ipsi manum applicabit & porriget adjutricem, mentem ejus per donum sapientiæ illustrando. (g)

Necessitate mediis & processu.

g) *Dionys. Carthus.* l. c. art. 9. Conf. *Nic. Eschius* Exerc. V. p. 33. seqq.

16. Hocque modo duas has vias combinant, & qua ratione hæc ex illa fluat ostendunt. *Cum ergò* inquiunt, *Discipulus Christi viam purgativam longo tempore pertransierit & audierit vocem dilecti, per internam videlicet inspirationem, sibi dicentem, consurge filia Sion, consurge & excutere de pulvere, (quod utique audiet, si humiliter incesserit, se Peccatorem agnoscens) tunc surgat & accedat ad hanc secundam viam illuminativam.* (h) Et in hoc iis assentiuntur Patres Antiqui, cum [exempli gratia] ajunt: *Primo per contemplationem suæ cæcitatis*

Progressu.

citatis cordi ignis afflictionum immittitur, quo omnis vitiorum ærugo exuratur. Et tum purgatis nempè cordis oculis, hoc Patriæ hujus gaudium erumpit & ſe develat. &c. (i)

h) Hugo de Palma l. c. n. 2. p. 28.

i) *Gregorius M.* Lib. XXIV. Moral. in Job. c. 33.

17. Materiæ hac in via menti obviæ ſic delineatæ exſtant: *Via illuminativa eſt ſtudium ſeu occupatio mentis circa contemplanda ſublimia Dei, præſertim in contemplatione ſuperbeatisſimæ Trinitatis ac ſimplicisſimæ & ſuperpulcherrimæ Deitatis. Deindè in ſpeculatione bonorum cœleſtium & ſupra naturalium veritatis fidei chriſtianæ ac ſpiritualium rerum.* Et in ſequentibus ſic. Cum enim in clara & immediata per ſpeciem horum contemplatione tota conſiſtat noſtra felicitas, profectus noſter hic eſt, ut contemplationi illi tam beatificæ ac perfectæ nunc quotidiè propinquemus, proficiendo in fidei illuſtratione, in dono ſapientiæ, in ſummæ ac increatæ veritatis ac divinorum cognitione. Denique, cum Deus (cujus opulentiæ & munificentiæ nullus eſt finis) ſit eſſentialiter ſapientia infinita, lux ſuperſplendidisſima, prorſus incircumſcripta: cum videt animam modo prætractato purgatam, humilitate, patientia, manſvetudine, caſtitate, juſtitia, cæteris quoque virtutibus moralibus informatam, illuſtrari affectantem, mox vultum ſuum ſuper eam illuminat, ſapientiæ radio eam clarificat, ſe ipſum ei præ ſolito clarius, gratio-

Materia & conditione ſ. qualitate.

Incremento

ſius-

"ſiusque oſtendens, atque incerta & occulta ſa-
"pientiæ ſuæ ei propalans: Ita ut ea, quæ fidei
"ſunt rationesque credendorum & nexum ac or-
"dinem credibilium ſubtiliter ſpeculetur. (k)

k) *Dionyſ. Carthuſ.* l. c. art. 8. Conf. *Sandæus* l. c. pag. *626*.

18. Modus ſive ratio divinæ hujus operationis ex modo dictis innotuit; audiamus verò adhuc unum, ſemoto corporali, craſſo & ſenſibili conceptu, ſic "ſcribentem. Fit per transfuſionem, ſive com-"municationem divini luminis, dum influxum "ſuum in animam dat, & per vires ſenſus ani-"mi penetrat, ut omnia fiant apta, ad internam "animæ lucem capiendam. Hinc oculi liben-"ter aliquid divini cernunt, aures divinas res au-"dire geſtiunt, interni ſenſus parati ſunt ad ali-"quid boni cogitandum, de Deo benè & ſvavi-"ter meditandum, imò ut anima tanto ſpiritali "gaudio occupetur, ut præ ſummo unionis deſi-"derio exclamet ad eum, quem amat (l) Ex quibus & finis harum viarum videre eſt, quod nempè ſit unio, ſive communio cum eo, qui agnitus eſt. (m)

ratione & modo

l) *Hugo de Palma* l. c. p. 52. (m) Vid. *Th. à Jeſu* l. c. p. 42. & Lib. III. prol. p. 235.

19. Epitomen igitur totius triplicis hujus viæ ſic expreſſerunt: *Mens cogitando ad amoris inflammationem per uſum virtutis accenditur.* (n) item, *ſole ſapientiæ ac intelligentiæ in anima reſplendente ac radiante, omnia mox clareſcunt, venuſtantur, tranquillantur, & exhilarant in ea. Sicque creatoris*

Definitio.

& accuratam harum viarum connexionem, breviter ſic protulit, *ſciendum eſt, neminem illuminari poſſe, niſi prius purgatus, defæcatus & evacuatus ſit: neminem quoque cum Deo uniri, niſi ſit illuminatus. Et huic inſerviunt tres viæ 1.] purgativa, 2.] illuminativa, 3.] unitiva.* (t) Id quod omninò etiam ex ſacris literis manifeſtum eſt, ſicuti alibi videbimus (evolve interim Matth.I,8. Hebr.XII.14. 2.Pet.I.3. & Joh.XIV,23. 2.Cor. XI.2. Eph.V.26. & Sapient.I.4. c.VII.22.&c.) Alii prolixè & probabiliter demonſtrârunt, in Chriſto & latere, & ipſummet eſſe triplicem hanc viam: Sic "ſcribentes: Chriſtus eſt *via purgativa*, quadru-"plici ratione; primò, quoniam ſanctisſimis do-"cumentis à peccatis nos retrahit & emendat; "ſecundò quoniam ſuæ ſanctisſimæ converſatio-"nis exemplis, ab immundicia culpæ nos revo-"cat, eripit, & purgat, tertiò, quoniam ſuæ ſalvi-"ficæ pasſionis virtute & merito nos à vinculis "peccatorum redemit; quartò quoniam per Sa-"cramenta eccleſiæ ſuos fideles purgat quotidiè. "Porrò *Chriſtus eſt via illuminativa*, primò quo-"niam evangelicæ Legis Sapientiâ vos inſtruxit, "ac divinorum contemplatione edocuit, ſecundò "quia à Chriſto tanquam capite dona gratiæ de-"ſcendunt in membra ipſius. Inſuper *Chriſtus eſt* "*via perfectiva*, primò quoniam legem totius per-"fectionis plenitudinem continentem donavit, "perfectam charitatem præcepit; ſecundò, quo-"niam veram ac plenam nobis beatitudinem & "victoriam, nec non impletionem amoris omni-"umque virtutum meruit; tertiò, quoniam tam "arden-

"ardentissimè nos amando, & tanta pro nostra "salute agendo ac sustinendo, ad sui amorem at- "que divinæ charitatis fervorem nos maximè "provocat, & quantum in ipso est, inflammat. I- "tem, quod tanquam Propheta & Magister illu- "*minet*, tanquam summus Sacerdos *purget*, tan- "quam Rex *uniat* & perficiat. &c. (u) Quod pro donorum diversitate, à diversis prolixè explicatur, hicque repetere supervacaneum. (x)

t) Cap. XII. u) *Dionys. Carthus.* de Fonte Luc. Artic. 2. Conf. ejusdem Lib. III. de Contempl. art. 12. seqq.

x) Vid. *Bonavent.* de Th. Mystica. *Martinus Fornarius*, lib. II. præf. Tract. I. de Theol. myst. *Lud. de Ponte* in Duce Spirit. tract. III. cap. 6. 83. & 101. *Thomas à Jesu* lib. I. de div. orat. cap. 5. *Hugo de Palma* Th. myst. init. & fine. *Nic. Eschius* Exercit. Th. myst. Ex. I. ad 14. *Philipp. à SS. Trinit.* Summa Theol. myst. p. 17. seqq. *Sandæus* Th. myst. p. 625. ac Clave, p. 360. *Bona* viâ Comp. cap. VIII. num. 4. seqq. Dominus *de Bernieres Louvigni* Maximes pour la via purgative, illuminative, & unitive Paris 1690. 8vo &c.

Generalis triplicis huj9 viæ delineatio.

10. Attamen, quò quis rem clariùs concipiat, primò hic tabulam generalem interseram, in quâ & origo unà cum fundamento, & media, operationesque triplicis hujus viæ mysticæ brevibus ob oculos ponatur; eo ordine, quo illa statim in initio Libelli Hugonis de Palma de mystica Theologia impressa exstat, hancque speciem repræsentat.

Universalis	Purgativa
quæ intendit Summum	*Bonum*
Hominis	*Naturalis*
quoad	*Corpus*
cujus	Sanitas
est *Perfectio*	Sensus
ex *Dei*	Bonitate
secundum Naturam	Humanam
Quæ 1. præparatur	Jejunio,
vivendo	*Sobriè*
erga	Seipsum
& 2do comparatur	Mortificatione.
Membrorum	Carnis
per *Christi*	*Passionem*
qui solus est	Via
In Lumine	*Naturæ*
cujus *gratia*	abluimur
In Sacramento	Baptismatis,
per *Fidem* in	*Patrem*
attestantibus	Aqua
atq; 3tio conservatur	*Fide*
in *Schola*	Pœnitentiæ
Discipulorum	Incipientium
Ætate	Puerili
ubi Classis	Inferior
& gradus	Imaginationis
per Osculum	Pedum
Ministerio	*Angelico*
4to reparaturque	Separatione
Corporis	puri ab impuro
cum temperamento	Aqueo
& sic ascendimus	è terra
&ingredimur in Vitam	*Corporis*

ıltam est Via.

Illuminativa	Unitiva
Verum	*Unum*
Spiritualis	Deiformis.
Animam	*Spiritum*
Scientia	Sanctitas
Rationis	Mentis.
Sapientia	Potestate.
Angelicam	Divinam
Vigiliis	Oratione
Justè	*Piè*
Proximum	*DEUM.*
Contemplatione	Adhæsione
Veritatis	Virtutis
Resurrectionem	*Ascensionem*
Veritas	Vita.
Gratiæ	*Gloriæ*
Justificamur	Sanctificamur.
Cœnæ	Unctionis
Filium	*Spiritum S.*
Sanguine	Spiritu
Spe	*Charitate*
Scientiæ	Concordiæ.
Proficientium	Perfectorum
Juvenili	Virili.
media	Superior.
Cognitionis	Amoris
Manus	Oris
Cherubico	*Seraphico.*
Sublimatione	Conjunctione
lucidi ab opaco	solidi cum soluto
Aereo	Igneo
per Paradisum	in Cœlum
Animæ	*Spiritus* æternam

11. Jam ſpeciales myſticorum ſententias ſ. explicationes de unaquaq; viarũ harum inquiramus; quæ in continuatione hujus operis conſenſu primitivorum chriſtianorum ſufficienter probabuntur. "Itaque primò, de *Purgatione*, eam ideo inprimis *neceſſariam* eſſe, quia homo per lapſum impurus & abominabilis coram Deo evaſerit, hinc "debere eum per ſangvinem Chriſti & continuam internam Sancti Spiritus correctionem ab "omnibus præteritis peccatis purgari, & ab innumeris tentationibus & reſiduis delictis liberari, nempe à pronitate ad peccandum, priusquam "primæ Juſtitiæ conformitatem recuperet. [y] "Secundò ideò neceſſariam aſſerunt. Quia Sapientia prius animam non occupet, eamve illuminet, quam de ea judicium & juſtitia factum "ſit, atque ſic illa ad eam præparata, jam totaliter, judicio exacto, coram Deo humilietur, ſic "ut humiliatio ipſius in tantum Dei clementiam, "quam offendit provocet in quantum ipſius contemptus divinam contra ſe ſententiam in peccatis anterioribus provocavit. Juſtitiâ verò exactâ, oportet animam, quæ aliquando delectationem Creatoris in Delectationem Creaturæ, "peccatis ſuis exigentibus, commutavit; in tantum dolere, ut divinæ injuriæ aliqualiter ſatisfiat, & anima per dolorem quaſi denuò naſcens, "illi, qui eſt ſumma Majeſtas & indeficiens bonum, per unitivum glutinum (ardentisſimi amoris uniatur z)

y) *Dionyſ. Carthuſ.* l. c. art. 4.
z) *Hugo de* Palm. l. c. init.

12. Hinc

12. Hinc geminum prioris hujus viæ actum præcipuè tradunt. Primo nempè *liberationem* à peccatis ante patratis (quorſum tota peccatoris *vera converſio & juſtificatio* referenda, prout illam juxta verum Evangelii & Jeſu Chriſti ejusque Apoſtolorum ſenſum fieri oportet.) Secundo : *Purgationem ab omnibus vitiis*, ſanationem reliquarum mendarum, & extirpationem radicum mali, ne quis iterum labatur. Quorſum pertinere dicunt *caſtigationem carnis*, ut ſpiritui obediat, ſeque ei ſubmittat, mortificationem affectuum inordinatorum, ut juſtè temperentur; *renunciationem propriæ voluntatis*, ut divinæ ſimilis fiat, item *Odium ſui ipſius* omniumque rerum creatarum, quibus amor ſui foveri queat, quò Deus, ejusque ſanctisſimus amor, locum in Cordibus noſtris capere queat. (a)

Partes ſ. gradus.

a) *Ludovicus* de Ponte Introd. Parte. II. *Nic. Eſchius* Exerc. I. 2. 3. 4. &c.

13. Res circa quas prima hæc via verſatur, jam commemoratæ ſunt, & ab aliis ita proponuntur: Primum "à Deo purgatur ipſe ſenſus & pars inferior, quæ "ſunt inſtar atrii; inde ratio; poſtremò intelle-"ctus & voluntas: Hocque pacto Deus domini-"um adipiſcitur totius hominis, elucidans & ter-"gens tres haſce partes. Ultimò irraſcibiles & con-"cupiſcibiles etiam partes defæcantur, per con-"templationem omnipotentiæ & juſtitiæ Dei, "quem offendit, & per ſtudium humiliationis "propriæ, & contritionis de peccatis in eum com-

Materiæ ſive objecta.

"mis-

"missis. (b) Itaque scopum hujus "Viæ, puritatem, primamque simplicitatem & innocentiam animæ, quæ "hacce restituitur, & in pristinum suum statum "reponitur. (c) appellant.

finis & scopus.

b) *Thom. à Jesu* de Orat.div. lib.I.c.5.p.44. c)Id.ib.p.45.

14. Ex quibus prædictis hanc descriptionem congerunt. *Purgativa est, qua mens ad discendam veram sapientiam disponitur.* (d) *sive: est exercitium & conatus seu occupatio, qua tanquam per iter ac medium ad vitiorum expulsionem, ad passionem & concupiscentiarum refrenationem, ad omnium affectionum animæ reformationem, ad cordium sensuumque custodiam, ac omnium evitationem culparum tendimus ac conamur.* (e) Et adhuc clarius; *Supernaturalis & infusa à Deo purgationis via, in eo consistit, ut incipientes peculiari Spiritus S. illustratione & motione purgentur à vitiis, animæque affectiones, seu passiones reformentur, ita ut animæ caro promptè deserviat, rationique sensualiter appareat, atque divinis mandatis voluntas obediat. Hoc autem aliud esse prorsus non arbitror, nisi ad originalis rectitudinem, justitiæ, animæ reformationem atque reductionem.* (f)

Definitio.

d) *Bonavent.* lib. de Th. M. l. c.

e) *Dion. Carthus.* l. c. art. 3. (f) *Th. à Jesu* l. c.

15. Hanc præparationis viam, aut minimum infimos ejus gradus, nempè veram conversionem & abnegationem, excipit altera *illuminationis* nempè; ad quam præcipuè antiqui

De secundæ viæ, Illuminationis nempé.

antiqui *humilitatem veram* requisivere. *Ut de propriis viribus, de naturali ingenio, de acquisita scientia, non præsumat homo: Sed in Domino sit spes ejus, & ejus subsidio innitatur: quemadmodum per Esaiam edocetur: Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini & innitatur super Deum suum. Deinde ab exterioribus abstrahat mentem suam & eam* recolligat, ejus dispersiones & evagationes abjiciendo. Sicque juxta divini Dionysii documentum se convertat ad radium, supernam illustrationem optando, & pro ea orando, seque ad Dei considerationem aut contemplationem pro viribus elevando. Tum Dominus, omnis sapientiæ Dux ipsi manum applicabit & porriget adjutricem, mentem ejus per donum sapientiæ illustrando. (g)

Necessitate mediis & processu.

g) *Dionys. Carthus.* l. c. art. 9. Conf. *Nic. Eschius* Exerc. V. p. 33. seqq.

16. Hocque modo duas has vias combinant, & qua ratione hæc ex illa fluat ostendunt. *Cum ergò* inquiunt, *Discipulus Christi viam purgativam longo tempore pertransierit & audierit vocem dilecti, per internam videlicet inspirationem, sibi dicentem, consurge filia Sion, consurge & excutere de pulvere, (quod utique audiet, si humiliter incesserit, se Peccatorem agnoscens) tunc surgat & accedat ad hanc secundam viam illuminativam.* (h) Et in hoc iis assentiuntur Patres Antiqui, cum [exempli gratia] ajunt: *Primo per contemplationem suæ cæcitatis*

Progressu.

citatis cordi ignis afflictionum immittitur, quo omnis vitiorum ærugo exuratur. Et tum purgatis nempè cordis oculis, hoc Patriæ hujus gaudium erumpit & ſe develat. &c. (i)

h) Hugo de Palma l. c. n. 2. p. 28.

i) *Gregorius M.* Lib. XXIV. Moral. in Job. c. 33.

17. Materiæ hac in via menti obviæ ſic delineatæ exſtant: *Via illuminativa eſt ſtudium ſeu occupatio mentis circa contemplanda ſublimia Dei, præſertim in contemplatione ſuperbeatisſimæ Trinitatis ac ſimplicisſimæ & ſuperpulcherrimæ Deitatis. Deindè in ſpeculatione bonorum cæleſtium & ſupra naturalium veritatis fidei chriſti-"anæ ac ſpiritualium rerum.* Et in "ſequentibus ſic. Cum enim in cla-"ra & immediata per ſpeciem horum contem-"platione tota conſiſtat noſtra felicitas, profe-"ctus noſter hic eſt, ut contemplationi illi tam "beatificæ ac perfectæ nunc quotidiè propinque-"mus, proficiendo in fidei illuſtratione, in dono "ſapientiæ, in ſummæ ac increatæ veritatis ac "divinorum cognitione. Denique, cum Deus "(cujus opulentiæ & munificentiæ nullus eſt fi-"nis) ſit eſſentialiter ſapientia infinita, lux ſuper-"ſplendidisſima, prorſus incircumſcripta: cum "videt animam modo prætractato purgatam, hu-"militate, patientia, manſvetudine, caſtitate, ju-"ſtitia, cæteris quoque virtutibus moralibus in-"formatam, illuſtrari affectantem, mox vultum "ſuum ſuper eam illuminat, ſapientiæ radio eam "clarificat, ſe ipſum ei præ ſolito clarius, gratio-"ſius-

Materia & conditione ſ. qualitate.

Incremento

"ſiusque oſtendens, atque incerta & occulta ſa-"pientiæ ſuæ ei propalans: Ita ut ea, quæ fidei "ſunt rationesque credendorum & nexum ac or-"dinem credibilium ſubtiliter ſpeculetur. (k)

k) *Dionyſ. Carthuſ.* l. c. art. 8. Conf. *Sandeus* l. c. pag. *616*.

ratione & modo

18. Modus ſive ratio divinæ hujus operationis ex modo dictis innotuit; audiamus verò adhuc unum, ſemoto corporali, craſſo & ſenſibili conceptu, ſic "ſcribentem. Fit per transfuſionem, ſive com-"municationem divini luminis, dum influxum "ſuum in animam dat, & per vires ſenſus ani-"mi penetrat, ut omnia fiant apta, ad internam "animæ lucem capiendam. Hinc oculi liben-"ter aliquid divini cernunt, aures divinas res au-"dire geſtiunt, interni ſenſus parati ſunt ad ali-"quid boni cogitandum, de Deo benè & ſvavi-"ter meditandum, imò ut anima tanto ſpiritali "gaudio occupetur, ut præ ſummo unionis deſi-"derio exclamet ad eum, quem amat (l) Ex quibus & finis harum viarum videre eſt, quod nempè ſit unio, ſive communio cum eo, qui agnitus eſt. (m)

l) *Hugo de Palma* l. c. p. 52. (m) Vid. *Th. à Jeſu* l. c. p. 42. & Lib. III. prol. p. 235.

Definitio.

19. Epitomen igitur totius triplicis hujus viæ ſic expreſſerunt: *Mens cogitando ad amoris inflammationem per uſum virtutis accenditur.* (n) item, *ſole ſapientiæ ac intelligentiæ in anima reſplendente ac radiante, omnia mox clareſcunt, venuſtantur, tranquillantur, & exhilarant in ea. Sicque creatoris*

toris sui immensam majestatem, pulchritudinem infinitam, sapientiam, omnipotentiam, atq; beatitudinem, perfectionem & eminentiam prorsus interminabilem incipit intueri, ac vehementissimè admirari, jucunde conspicere, ferventer diligere, eiq; intime congaudere, & in eâ ad horam acquiescere. (o) *In hoc gradu Dei & divinorum contemplationibus exercentur animæ spirituales, multisq; luminibus & sonis revelationum seu illustrationum à Deo exceptis adaugentur, multis verbis intellectualibus ad Deum missis, & vicissim multis à Deo immissis in via Dei progrediuntur.* (p) Atque ita ad dignitatem essentialis cum summo bono unionis manifeste accrescunt, perveniunt, & perfectæ redduntur.

n) *Bonavent.* l.c. *Lud. de Ponte* l.c. *Fornarius* l.c. Tract. II. præf. *Th. à Jesu* l.c. *Eschius* l.c.

o) *Dionys. Carthusianus* l.c. art. 9.

p) *Hersent.* Comment. ad Th. M. Cap. I. p. 144.

Viæ tertiæ, unionis nempè Necessitas

20. Hæc verò suo loco fusius tractata sunt, ac non minus sequens unionis via, cujus in genere hic mentionem facere restat. Et quidem primò, unanimi consensu affirmant mystici, *hanc viam primariam Theologiæ mysticæ esse partem*, cui antedictæ duæ ceu præparantes, inserviunt. Ubi advertendum, paucorum esse ad "hæc mystica fastigia conscendere: Licet enim omnes Israelitæ purgati essent, omnesque Sonum buccinæ audierint, & fulgura nube emissa viderint; paucis tamen concessum, montem ascendere, Deumque intueri. Imò solus duntaxat Moyses in caliginem, in qua Deus habitasse dicitur

citur receptus eſt, teſtibus & interpretibus authoribus (q)

q) *Dionyſ. Areop.* Th. Myſt. Cap. I. & ibid. Herſent. p. 145.

21. Cum autem hic omnia pro dignitate exponere impoſſibile ſit, quod tamen ſpeciali divinæ unionis delineationi reſervatur; paucis tamen hujus viæ deſcriptionem notam faciemus, ubi ſimul ejus origo, media & effectus indicabuntur. *Eſt itaque via hæc perfectiva ſeu unitiva* (ex deſcriptione Authorum) *ſtudium, occupatio, ſeu actio ad ſinceriſſimæ charitatis ardorem, ad Deitatis extaticum flammigerumque amorem, ad myſticæ ſapientiæ æſtuantiſſimum, quietiſſimum ac ſecretiſſimum tendens intuitum.* (r) Item: *per viam hanc unitivam mens ſuper omnem intellectum, rationem atque intelligentiam à ſolo Deo ſurſum acta dirigitur; aut cum ſummo bono amando & contemplando unitur.* (t) Sedatis enim motibus adverſis, in Dei clementiſſimi amplexibus, dulciſſimo transformante amore requieſcit, ubi divina charitas, ultra viæ purgativæ & illuminativæ incrementa, eò caput extollit, quò vix fertur intuitus. (u)

Definitio.

r) *Dionyſ. Carthuſ.* l. c. Art. 12.
s) *Bonavent.* l. c. t) *Fornarius* l. c. Tract. III. c. 1. *Bernhard. Roſſignolius* Lib. V. de Perf. Chriſt. c. 1. Lud. de Ponte Comp. Introd. Part. 5. &c.
u) *Th. à Jeſu* de orat. div. Lib. IV. cap. I.

22. Modus & ratio unà cum ſingularibus ſupremi hujus gradûs mediis ſic ab ipſis proponitur. Hujus vitæ ratio hæc eſt, *ut ex contemplatione Dei*

Modus & Media.

per negationem mens divino amore tota accendatur, & velut ignea atque Seraphica efficiatur. Sicque seipsam & cuncta creata relinquens, transscendens, ac obliviscens, super incomprehensibili Deo, tanquam prorsus ignoto, per hierarchiæ lucis illapsum, per occultissimæ inspectionis alloquium, per supersplendentem caliginem, ac sapientissimam ignorantiam, cum Deo uniatur: (x) Sic etiam *animam oportet circa mystica hæc spectacula intentissimo studio, & sensus deserere, & mentales operationes, & omnia sensibilia & intelligibilia, & omnia, quæ sunt, & quæ non sunt, & ad ejus unionem ignoto modo se sustollere, qui super omnem essentiam & notitiam est. Purè enim libera absolutaque à se & ab omnibus, discessu ad superessentialem divinæ caliginis radium, cum & omnia deseruerit, & ab omnibus solutus fuerit, extollitur.* (y)

x) *Dionys. Carthus.* l. c. *Thom. à Jesu* l. c.

y) *Dionys. Areop.* Th. Myst. Cap. I. & ex eo *Hugo de Palma* l. c. p. 69. *Hersent.* l. c. p. 96.

gradûs & actûs.

23. Cardinales ejus partes & actiones in ea obviæ sequenti modo exprimuntur. *Mens perfecti, ad summum pergens gradum, Deo unitur ecstatico & extra se rapiente flammigeroque amore, comitante adfectu, dum interim illa (mens) admiranda pace, ac tranquillitate animi, cum gaudio spirituali perfruens in Dei contemplatione, & simplici quodam intuitu conquiescit.* (z) Unitiva "sapientia, non solùm omnes creaturas funda"mentaliter à sensibus expellit, sed mortificat etiam

"tiam intellectum, & tradit nudum ſoli divino "influxui. De quo exceſſu Paulus ait: ſi extra "nos ipſos exceſſimus (ἐξέστημεν) Deo exceſſi-"ſimus. 2. Cor. V. 13. Per talem continuum ex-"ceſſum, ſive exitum in flagrante amore anima "multò efficaciorem ſeparationem & purgatio-"nem aſſequetur, quia per tales flammas amoro-"ſas omnes maculæ tandem eluuntur. Hoc a-"nimam facit conſurgere in fervida charitatis "cupiditate, ut ab omni aliena delectatione li-"berata ad divinam incomprehenſibilem clarita-"tem abſque omni impedimento ſurſum pella-"tur & teneatur. (a) Quâ de re alibi pluribus "dicendum erit.

z) *Sandæus* l. c. a) Hug. de Palm. l. c. p. 82.

24. Ad meliùs perſpicienda, quæ hactenus relata ſunt, appendicem ex *Hugonis de Palma* Theologia Myſtica ſubjungam, in quo, præſuppoſita tamen priùs interna Spiritus Sancti operatione, officia in unaquaque via neceſſaria, ſic delineat.

Via SAPIENTIÆ Trinuna eſt.

I. *Abſtractiva* Senſuum.

1. Fuge.

A pravo ſodalitio, & Sophiſtico mundanæ Converſationis contubernio, pedem domi prudenter contineto.

2. Abſtine.

Ab immoderata ventriculi repletione, & inconceſſa venere, temperanter abſtineto.

3. Vigila.

Ab immodico ſomno, ſicut & à nimiis vigiliis, ſeu lucubrationibus, vigilanter caveto.

4. Tace.

Ab omni verbo otioſo & intempeſtivo colloquio Lingvam ſilenter cohibeto.

5. Quieſce.

Ab impetuoſis animi motibus & affectibus, æquanimiter te intra te recipito.

II. Illuminativa Rationis.

1. Ora.

Hymnis Pſalmodicis, & jucundis multiformis naturæ ac artis Spectaculis, dormientem in anima tua genium devotè & ingenioſè excitato.

2. Lege.

Myſticæ Sacrarum literarum meditationi plus, quam variorum aut vanorum Authorum Lectioni, deditus & attentus eſto.

3. Meditare.

Similia ſimilibus, diverſa diverſis & Contraria contrariis, per omnia Entium ſcibilia, & dicibilia, diligenter & convenienter applicato.

4. Labora.

Internas rerum Eſſentias, & originarias earum cauſas, per externos Naturæ characteriſſimos, & Spiritualis anatomiæ Canonas, fontaliter & fundamentaliter inquirito.

5. Proba.

Ad unum omnia *Verbum*, Increatum Inſpiratum & incarnatum, ſapienter probato, & quæ bona, quæ vera ſunt, teneto; quæ mala, quæ falſa ſunt moneto.

III. U-

III. Unitiva Mentis

1. Exi.

Neglecto & rejecto sinuoso infinitæ multitudinis circuitu, ut & nimiæ singularitatis Particularismo, cum *Deo*, per *Christum* reconciliatus & unus cum natura paucis contentus & continuus, tecum bene purgatus & æquanimis, centralis & universalis esse studeto.

2. Intra.

A sensuum externorum objectis & illecebris secretus & abstractus, Orationi mentali, pro dono Spiritus S. superno, in Spiritu & veritate, indesinenter incumbito.

3. Crede.

Verbo Veritatis, θεοπνέυςως ἐμφύτῳ, ἐνδιαθέτῳ, καὶ ἐμψύχῳ. Fidem simpliciter adhibendo, morem & amorem humiliter gerito.

4. Ama.

Uni soli *Deo*, in omnibus opportunitatibus & importunitatibus, à Dextris & sinistris, cum omn temperantiâ & Tolerantia, tam abstinendo, quam sustinendo, cunctanter & constanter adhæreto.

5. Subsiste.

Unus in Deo & *cum eo Spiritus*, sine refluxu entis, aut reflexu & annexu mentis ad creaturas, hominumve Vanitates, in omnibus & per omnia, semper & ubique permaneto.

Annectam adhuc aliam Tabulam hùc spectantem & ab Anonymo dudum editam, quæ hic sequitur:

CAPUT VII.

De Effectu & Fructibus Theologiæ Mysticæ.

§. 1.

EX omnibus jamjam relatis inprimis ex num. 20. &c. Prudens Lector facilè capiet, num hæc doctrina mystica incrementi vel commodi quid, in rebus spiritualibus suppeditet, aut etiam re ipsa menti conferat. Addemus tamen adhuc, quædam ipsorum authorum notata, eaq; capaci sapientique ingenio, consideranda relinquemus.

Primarius Theol. myst. scopus est

Summum itaque, primariumq; finem tradidêre hunc: *Spiritum nempè per Theologiam Mysticam discere cum Deo communicare, s. conversari, atque ita præparari, fas est eum, qui adventu Dei dignatur, clarissimoq; ejus splendore insignitur.* (a) Ut ita super beatissimam communionem Dei, summi sui boni scopum eorum primarium fuisse, facilè jam constet.

a) *S. Maximus* Expos. Liturg. Cap. V.

Communio cum Deo.

2. Hoc ulteriùs explicant dicentes: *Dei principalis beatitudo, quæ naturâ Deitas est, & principium Deificationis, ex quo ii, qui Deificandi sunt, Deificantur, divina bonitate sacrum ordinem, s. Hierarchiam Theologiamve Myst. in salutem & Deificationem omnium, cum rationalium, tum spiritualium, concessit, modo magis immateriato ac spiritaliori, non enim extrinsecus eos Deus ad divina movet, sed intelligibili ratione, atq; intrin-*

secus

secus pura, liquidaq; illustratione divinissimum illis voluntatem irradiando. (b) Quibus alii alii majoris perspicuitatis ergò hoc addunt: To-"tus hujus theologiæ scopus est, *continua chari-"tas & amor Dei,* divinarum rerum, quæ à Deo "ipso iufunditur, & per *communionem* cum ipso "perfecta sistitur. Huic verò præcedit omnimo-"da & sempiterna *evitatio* omnium eorum, quæ "huic (amori) adversantur: est por-"rò *perfecta Dei agnitio* & divina "fruitio & communio simplicissi-"mæ ejus perfectionis, quæ contemplatorem Dei "spiritualiter reficit & Deificat. (c)

Amor erga eum.

b) *Dionys. Areop.* Hier. Eccl. cap. I.
c) *Corderius* Isag. ad Th. myst. cap. IV. p. 15.

3. Hujus argumenti probationem sequenti modo proponunt: "Quo-"niam hæc sapientia omnis suæ san-"ctæ occultæque cognitionis & o-"perationis s. effectûs scopum, ip-"sum Deum habet; ideò ejus pulchritudinem pro virili exprimit, contemplando eam. Qui verò ejus particeps redditur, statim *in clarum & pellucidum sanctumq; commutatur speculum,* ut *radium* summæ divinitatis originalisque lucis excipiat, quem iterum in ipsum Deum, ex quo eluxit, quàm purissimè *repercutit.* Hinc mystici Theologi diversis modis *Dei participes fiunt,* & ejus mysterium multis subtilissimisque modis agnoscunt. *Quoniam enim in intellectu suo imitationi Dei student, & sublimem Dei æqualitatem super omnes æones s. mundos contemplantur,*

Secreta cum ipso conversatio.

& juxta eam suam formare speciem conantur: ideò eò majore ejus communione fruuntur: cum indefesso studio, continuoque amore, ad ea, quæ in conspectu sunt, tendunt, & originales irradiationes, simpliciter, purè & non mixte excipiunt, seq; eis accommodant, & summo sanctam vitam agunt. (d)

d) *Corderius* l. cit. Add. *Joh. Bona* Via comp. cap. III. §. 5.

Interna Spiritualis & cælestis vita.

4. Ultimum hoc, fructum nempè spiritualis cælestisque vitæ, alius sic exprimit: *Nil nobilius, nil clarius, hâc cum Deo communione, hacve Theologiâ, quæ est Pignus futuræ gloriæ, prægustus Paradisi, & præludium ineffabilis gaudii, "quo beati in cælis fruuntur.* Aliæ scientiæ cum "die absolvuntur, multo in iis tempore trito: "Mystica autem Theologia, quæ nihil aliud est, "quàm intuitio Dei, tantum penum spiritualium "bonorum cordi affert, & *ex fonte essentiæ bibe-"re facit*, ut semel ex eo potus, non ulterius si-"tiat. Joh. IV. 14. Tanta commoda homini con-"fert, ut eum internè renovet & transformet; "tanta, ei internè dona donat, ut anima omni-"bus thesauris se refertam cernat, nullaque re indigeat: Hinc Salomo de hac sapientia fatebatur. Sapient. VII. 11. *Omnia mihi simul cum illa veniebant, & in enumerabiles divitiæ in manibus ejus; gaudebam de omnibus, quoniam sapientia ducebat, nesciebam autem eam omnium horum genetricem esse; est autem perpetuus & indeficiens hominibus thesaurus, quo utentes, in amici-*

micitiam Dei mittuntur, per collata sibi ex disciplina dona &c.

e) *Joh. Justus Lanspergius* Milit. Christ. Cap. XXXVII.

5. His & similibus modis mystici doctrinam hanc commendarunt, ejusque innocentiam & nobilitatem s. claritatem probarunt, quod nec fanatica, nec insolens, aut incommoda, sed omnium receptu digna sit. Cùm nihil nisi hnmiliationem naturalis hominis, exaltationem verò Dei in illo (homine) requirat; propriam nostram indignitatem & infirmitatem detegat, magnum Dei, omniumque hominum, imò universæ gementis Creaturæ amorem invehat: *Et Schola charitatis veraque divina religionis, summa quoque & perfectissima scientia, corrigens & ædificans amor (absque quo omnis alia eruditio & scientia inflat) sit*: Porro dicitur *sapientia* supernè (data) & ex Jacobi descriptione, *casta, pacifica, modesta, persvasu facilis, concors bono, misericordiarum bonorumque fructuum plena*, &c. [f]

Perfectio omnis boni.

summa beatitudo.

f) *Joh. Gerson* Theol. Myst. Consid. XXX. & XXXII.

6. Mysticam inquiunt Theologiam porrò postulare à suis discipulis magnum sui ipsius contemptum, summissimamque cordis humilitatem, ne experientia horum mirabilium & illuminatione intumescant. E contrario semper *novas ad sanctam vitam suppeditare vires, & solatium*: superare communes virtutes, quarum *summos gradus* ceu fructus proferre nititur. Ad *summam*

Virtutes & dona.

Dei agnitionem se elevat & cœlestes Ecclesiæque utilissimos facit fructus, etiamsi nonnullis initium eorum *leve & inutile* videtur, quia à solitudine, constantia & abnegatione inchoat. &c. (g)

g) *Jacobus Alvaretz* de Theol. Myst. ap. *Sandæum* Th. M. Lib. III. Comment. ult. p. 644.

Inprimis Sapientia divina.

7. Inprimis divinam sapientiam fructum hujus doctrinæ prodiderunt, quam (doctrinam) & ipsam Sophiam, sive sapientiam esse dicebant. Uti ex his ipsorum verbis patet: *Theologia mystica, seu unitiva sapientia, est ipsum sapientiæ donum: nempè sapientia illa, quæ inter septem dona spiritus sancti primum est, atque dignissimum.* Esai. XI. 2. (h) Vocatur *sapientia sapida agnitio & scientia*, quatenus donis annumeratur (i) imò est finis sive absolutio & perfectio veræ sapientiæ. (k) Hocque sensu *sapientiam cognitionem Dei perspicacissimam, amore plenam, experimentalem & practicam esse* asseruere, & quidem per gustum Dei (e)

h) *Dionys. Carthus.* Lib. de Fonte Lucis Artic. 13. (i) *Joh. Gerson* l. c. Consid. XLIII. k) *Bonaventura* de luminor. Eccles. Serm. II. l) *Thom à Jesu* Lib. I. de Contempl. Dei. c. 4.

& agnitio.

8 His rationibus etiam alii Authores hanc theologiam sic descripserunt; *Theologia mystica significat arcanam & sacram de Deo, rebusque divinis, nec non hominis regeniti statu sapientiam.* (m) Qua definitione & à protestantibus ipsis indicatum fuit, sapientiam hanc superbeatam hujus doctrinæ fructum esse, alii verò propriâ experientiâ similia

lia de se ipsis testati & professi sunt, ex quibus sequentia cujusdam verba proferre libet, qui diuturnis suis exercitiis in pœnitentia & oratione relatis, sic pergit.

m) *D. Rechenb.* Diss. de Orig. Th. M. §. 18. & omninò *Kopkius* in Theol. Myst.

9. Tunc [inquit] cor meum mutatum ac di-"latatum, à creaturis expeditum, & "cum stupore quodam ei simile, "quo beati affecti dicent in extremo "judicio: *Quando te vidimus Domine* "*omne bonũ vidimus & sàtiati sumus.* "Hic itaq; multa simul accepi: Inpri-"mis verã opinionẽ & *appretiationem pretiosi, sci-"entiamque illud à vili separandi.* Hic inveni *me-"dia* satis apta, *nec difficilia ad cœlum* pervenien-"di, & me ipsum in congregatione quadam ad "beatitudinem destinatum conspexi. Hic novam "accepi *notitiam & intelligentiam* veritatum, qui-"bus anima jucundè alebatur, cujus finis erit "*quies & tranquillitas*, ita ut penetrarem ad pe-"ctus usque ipsius Dei, ex quo veritates illæ flu-"ebant; Hic etiam subsidium accepi, ad viven-"dum in cruce, in labore & probatione, quam diu "voluerit Deus. Pusillanimitatem quoque ac "timorem supervacaneum deposui. Hic mihi "*intelligentia* data est facultatis *Spiritus interio-"ris*, pro me & aliis: & ex tunc experiri cœpi "*vitam* quandam *interiorem*, à Deo mihi dona-"tam, ut ab ipso dirigerer in rebus etiam minu-"tioribus. [u]

Nova generatio ejusq; progressus & incrementum.

u) Vita *Balthas. Alvaresii* Cap. XVI. & ex eô *Sandaus* l. c. pag. 645.

Praxis & continuum exercitium.

10. Hac narratione Author hic nihil aliud vult, quam novam in se generationem, i. e. regenerationem ex Deo per æternam sapientiam, ceu spiritualem Matrem, esse factam, quæ ipsum ad intuitionem & communionem Dei elevavit. Hæc autem sapientia à suis filiis & discipulis realem agnitionis eorum praxin postulat, testibus Patribus antiquis. Et ideò donum hoc in confessoribus ejus, ab alia merè speculativa & inani scientia longè remota est. Sicque Theologiam hanc describunt ceu *supernaturale infusum donum s. Spiritus, amori indissolubili vinculo junctum.* Non esse eam propriè scientiam sed *sapientiam*, quæ nunquam *charitatis expers* sit. Etiamsi quoque primariò in intellectu sita sit, propriè tamen in voluntate consistere, quoad externam ejus *impletionem sive praxin*, quæ est *amor* vel *charitas.* Atque ideò dici *intuitum*, *contemplationem*, *internamque communicationem* sive *collocutionem.* &c. (o)

o) *Dionys. Carthus.* Comm. in Dion. de myst. Theol. qu. 3. & ex eo *Th. à Jesu* Lib. V. de Contempl. c. 11. *Cord.* l. c. pag. 12.

Corroboratio.

11. Omnia autem hæc supra Cap. IV. in relatione qualitatum hominum, hâc theologiâ dignorum, & in singulari libro, *de divina sophia*, pluribus explicata sunt. Quin & ex mediis & conditionibus, illicò apparet, etiam respectum & scopum non alium esse, *quam ut anima omnibus terrenis rejectis, mortificatisque affectibus, totam &*

inte-

integram divinæ se dedat contemplationi, & modo quodam occulto divina sapiat vel sentiat, juxta effatum Authoris cujusdam. (p) Et alius adhuc optimè monet, cavendum, ne quis sibi occasione mysticæ Theologiæ, Phantasma quoddam, aut nudam, imbecillemque speculationem fingat: *Est enim, si accipiatur pro actu, nihil aliud, quam ipsa mentis in Deum defixio, admiratio Majestatis, suspensio animi in lumen immensum ac æternale, ferventissima, quietissima, ac transformativa inspectio Deitatis.* (q)

p) *Hersent.* Appar. ad Th. Myst. præf. apol.
q) *Joh. Bona.* l. c. Cap. III. §. 2.

12. Propterea Prudentes, Theologis Scholasticis seriò monstrarunt, ipsis omninò practica hâc Theologia opus esse, ne in solitis suis terminis, sterilibus logomachiis & disputatione scholasticâ acquiescant, sed potiùs Deum amare & glorificare addiscant, quò & aliis imperitis viam ad veram hanc Theologiam monstrare possint. (r) Non minus etiam differentiam Theologiæ mysticæ à Scholasticâ in eo luculentissimè probarunt. *Quod illa (Scholastica) ad intellectum, hæc magis ad voluntatem pertineat. Illa Deum cognoscat, hæc diligat. Illa divina speculetur, hæc amplectatur. Illa tanquam ex auditu Deum cognoscat, hæc quodammodo odoretur & degustet. Illam lectio doceat, istam unitio, illa in scholis discatur, hæc in secreto divinæ contemplationis. Quâ ex re duos in duplici hac theologia*

& realitas.

Discrimen theologiæ mysticæ à Scholastica.

gia processus intelligendos esse. Quod in priori nempè (quam speculativam appellamus) præcedat quidem intellectus actio, & sequitur in piis hominibus motus voluntatis. In posteriori autem [quam mysticam appellamus] post hanc priorem intellectus operationem, antecedat quidem voluntatis actio, & sequatur in intellectu nova quædam divinæ suavitatis cognitio; in illa enim intellectus dirigit voluntatem in hac voluntas erudit ac dirigit intellectum, qui quodammodo foris stans, ipso voluntatis gustu & experimento divinæ bonitatis suavitatem agnoscit. Id quod & illa Prophetæ verba innuant, gustate & videte, quoniam suavis est dominus. &c. (s)

r) *Joh. Gerson* Theol. Specul. Myst. Consid. IIX.
s) *Lud. Granatensis* Conc. II. de S. Franc.

Irreprehensibilis mysticorum scopus.

13. Imò & isti, qui mysticam Theologiam non æquè ferebant, veritate tamen ejus convicti expressis verbis confiteri coacti sunt. *Mysticos mysticè theologizandi impulsos fuisse, partim ex odio corruptionis seculi eorum, partim ex fastidio sterilis illius verbosæ ac rixosæ theologiæ, partim ex admiratione & experimentis contemplativorum* &c. [f] Quibus verbis luculenter indicatur, hos theologos communi miseriâ & esurie immortalium suarum animarum compressos fuisse ad meliora quærenda, & à Deo per Spiritum Sanctum exoranda. Qui communicabilis ac munificentissimus Creator nequaquam iis lapidem aut aliquid noxii Luc. XI. 11. subministrare, multò minus propria sua phan-

phantaſiâ aut diabolicis illuſionibus eos ſeduci, ferre potuit, ut quidem pesſima illa, ſerpentinaque in quibusdam Theologis Scholaſticis ratio frivolè judicare conata eſt, cum tamen plurimi eorum divinam contemplationem per ſe approbaverint.

t) *Gisbertus Voetius* de Exerc. Piet. Cap. III. p. 82.
u) Id. ibid. 83.

14. Quemadmodum autem eſſentiam hujus Theologiæ nihil niſi praxin & experientiam eſſe cernimus, ſic praxis hæc nihil niſi *charitas* eſt. Ideòque doctrina hæc *charitatis Schola*, imò *charitas ipſa* audit, virtutem ejus expertis. [x] *Qui contemplationis perfectionem*, non in arte multa ſciendi, diſertèque aliis proponendi, collocant, *ſed in ſaturanti perfectaque cum Deo unione juxta ſummum divini ejus amoris influxum.* Penetrant ad ima hujus Theologiæ myſticæ viſcera, *dum per amorem ad Deum ſurſum rapiuntur, & ita ſupernaturalibus rationibus operum Dei, ad ipſum Deum hac theologiâ progrediuntur.* (y) De qua pretioſiori (*καϑ' ὑπερβολὴν*) hominum angelorumque eloquentiam (1. Cor. XII. 31. XIII. 1.) excedentem, via, alibi ſufficienter agitur.

effectus myſticæ theologiæ eſt, amor Dei.

x) *Gerſon.* l. c. Conſid. XXX. (y) *Corderius* l. c. Cap. IV. pag. 16.

15. Hoc amoris in Deum vin-
"culum verbis Pauli *vinculum Per-*
"*fectionis* nuncupant, quam perfe-
"ctionem in eo ponunt, quod anima ſic cum Deo
"unita non ſolum ab omni impuritate & con-

& perfectio

tami-

"tamination pura ſit, aut etiam inhæſioni ma-"terialibus imaginibus & ideis valedixerit: Sed "quod ſe ſuper omnes creatas res ſurſum elevet, "& in ſumma puritate omnibus deiformibus vir-"tutibus adaptetur ſuoque ordine continuò & "conſtanter rectam incedat viam atque pergat. (z) *Qui itaque animam ſuam ab omni idea omnique re evacuavit, aptus eſt ad veram theologiam juſtè conſcendendam, & tum à vera divinitatis luce illuminatur, quia jam naturam ſuæ origini, ſtatui nempè priſtinæ innocentiæ, propinquam* reddidit. [a] Hic itaque horum Theologorum eſt reſpectus, hoc votum, hæc optio, nempè *Perfectio* 2. Cor. XIII. 9.

z) *Dionyſ. Areop.* Hier. Eccl. cap. VII. & ex eo *Corderius* l. c. p. 15.

a) *Anaſtaſius ſinaita* in Hodego Quæſt. IIX. fine.

Unio cum Deo.

16. Jam ſuperius in deſcriptione myſticæ Theologiæ vidimus, quomodo illa in ſtrictisſima ſignificatione notet unionem ipſam cum Deo, prout etiam plerique de Theologia myſtica prodiderunt: *Eſſe eam crnjunctionem ſive realem experimentalem & gratioſam mentis cum Deo unionem* [b] *aut experientiæ plenam Dei cognitionem, per amplexum unitivi amoris.* [c] *Hanc verò unionem & unitivam charitatem, in ſenſibili notitia, fruitione & communione Dei ejusque gratia ponunt,* [d] quæ à Deo immediatè voluntati hominis infundatur. Rom. V. 5. ibique absque ulla intellectus operatione deguſtetur. [e]

b) *Joh. Gerſon* Alphab. 86. Lit. I.

c) *Idem*

(c) *Idem* Lib. de Myst. Specul. Theol. init. d) *Idem* Alph. l.c. e) *Bonaventura* Libro de Th. M. cap. III.

17. Hæ aliæque descriptiones à summo nobilissimoque *scopo* petitæ sunt, qui perfecta animæ cum fonte suo, ceu summo suo bono, unio & communio audit, est quippe unum illud necessarium brabæum, margarita, isque thesaurus, quem reliqua omnia hujus theologiæ entia appetunt & sectantur. Hinc non est, quod admirentur, totam hujus theologiæ essentiam sive substantiam sic describi. *Est Th. Mystica secretissima & non jam per speculum & per imagines creaturarum cum Deo locutio, cum scil. transcendit omnes creaturas & seipsam & otiatur ab actibus omnium virium apprehensivarum cujuscunque creati, in desiderio vivendi & tenendi ipsum, qui supra omnia expectans in caligine privationis actualis comprehensionis, h. e. in caligine actualis ignorantiæ, omnium donec manifestet se desideratum, quantum novit convenire desiderantis dignitati & susceptibilitati.* (f) aut brevioribus. *Mystica Theologia est conversatio cum Deo, per quam anima amore capta cum ipso de amabilissima ejus bonitate colloquitur, quò se cum illo uniat, & quàm potest arctissimè jungat.* (g)

& ejus fruitio.

Collocutio cum Deo.

& conversatio

f) *Linconiensis* Comm. in Dion. Areop. p. 264.

g) *Franc. de Sales* Lib. VI. de Amore Dei cap. 1. p. 243.

18. Perspicuus itaque est mysticorum hujus doctrinæ scopus, qui per se irreprehensibilis, innocens, & verissimus, & ab ipso Deo ex mera

gratia præfixus, revelatus, & in ſacra ſcriptura omnibus mortalibus demandatus eſt. Imò in omnibus immortalibus animabus hic ſcopus & reſpectus occulto modo adeò negari nequit, ut quævis frivolè eam ſupprimens, nihilò ſecius ſecretum quoddam ſummi boni deſiderium & appetitum in ſe ſentiat, qua de re ſimul & de unione, Antiqui Authores alibi ſolidè ſcripſere. Hac vice plura non addam, quam ſequentem notatu dignam jam memorati ſuperexcellentisſimi ſcopi & commodi explicationem, quæ cuilibet Dei avido animo ſatisfacere poterit, ſi eſurire, appetere & deſiderare non remiſerit, donec cum ipſo Deo exiſtentiæ ſuæ origine ſatietur & uniatur.

Circumſtantialis hujus rei deſcriptio.

19. Hæc autem eſt illa totius Proceſſus & imprimis ſcopi primarii delineatio, ſ. explicatio. Beata "eſt anima, ſemper puritati cordis "& introverſioni ſtudens, ſuique a"mori & propriæ voluntati omnino renuncians; "Hæc enim etiam atque etiam Deo propinquare "poteſt, tandemque ſuperioribus ſuis virtutibus "per divinam gratiam ſurſum raptis, clarificatis "& exornatis, ad unitatem & denudationem ſpi"ritus, ac ad puram, infucatam charitatem, ad"que ſimplicisſimam meditationem, quæ cogi"tationis expers eſt, pervenit; Jam ita ſuperex"cellentisſimæ & inenarrabilis gratiæ capax, ad "vivum ab æterno fluentem, ſanctosque abun"danter ſaturantem trahitur ſontem. Tunc vir"tutes ejus inſtar aſtrorum radiant, & ipſamet

"apta

"apta ſiſtitur, per merum, ſimpliciſſimum & ſua-
"vem intuitum, abyſſum Deitatis contemplari,
"attamen absque imaginatione aut immixtione
"rationis. Hinc puriſſimè ſe ad Deum vertens,
"& ineffabili luce ex imis ſuis præcordiis reſplen-
"dens, oculus ejus rationis & intellectionis, quia
"nimia claritate retunditur, obſcuratur: ſimplex
"verò animæ oculus aperta manet, & hæc eſt pu-
"ra illa, uniformis, & ultra captum elevata me-
"ditatio (h)

h] *Ludovicus Bloſius* Inſtit. Spirit. Cap. X. num. 2. ſeq. & ex eo *Corderius* l. c. p. 22.

20. In ſequentibus verò idem Author ſic per-
"git: Naturali rationis lumine hac claritate ca-
"pta, anima non amplius tempus reſpicit, ſed ſu-
"pra tempus & locum elevata, qualitatem æter-
"nitatis ſortitur. Amittit enim imagines, dis-
"cretionem & conſiderationem rerum, & jam ex-
"perientiâ diſcit, Deum omnes & corporales &
"ſpirituales & divinas ideas longè antecellere,
"cunctaque, quæ intellectu capi, de Deo dici aut
"ſcribi quodve nomen ipſi attribui poteſt, cla-
"riſſimè à divinæ veritatis eſſentia infinitè remo-
"ta eſſe perſpicit, & hinc huic Enti nomen dari
"non poſſe.

" 21. Interim quid Deus ſit neſcit, quem ta-
"men experitur & ſentit. Ideò poſtquam eum
"absque notitia noſcere didicit, in amabili nudo
"ſimplici & ignoto Deo quieſcit. Lumen enim
"Dei ob immenſam ſuam claritatem omninò in-
"acceſſibile eſt, quare etiam caligo vocatur. Hic
"anima occulto verbo petitur, quod Deus in in-

"terno ſilentio & ſecreta mentis ſolitudine effa-
"tur. Hoc capit illa & quàm beatisſimè occul-
"tæ unionis amplexum experitur, Transgreſſa
"enim per amorem, omnem intellectionem, o-
"mnemque ideam, & ſupra ſemet ipſam elevata
"(quod ſolus Deus illi infundere poteſt) ultrò
"jam ex ſe in Deum refluit; & ibi Deus pax, &
"fruitio ejus exiſtit.
" 22. Hoc itaque exceſſu mentis rapta, meri-
"tò canit. *In pace dormiam & quieſcam* Pſ. IV.
"Si anima amore capta ſibi ipſi excidit, & quaſi
"annihilata in æterni amoris abyſſum incidit: u-
"bi ſibi demortua Deo & in Deo vivit, nihil ſci-
"ens, aut ſentiens, quam amorem, quem degu-
"ſtat. Capitur enim amore magnæ ſolitudinis,
"& occultæ Deitatis: Sic verò ſe amittere, verè
"ſe reinvenire ſignificat. Hic omne, quid ad-
"huc humanum eſt, ſeponit, & induit illud, quod
"divinum eſt, atque ſic in Deum transformatur,
"& immutatur: quemadmodum ferrum in igne,
"ignis formam & ſpeciem induit, & in ignem
"mutatur. Eſſentia autem ſic Deificatæ animæ
"ita ſe habet, ut ferrum candeſcens, quod nihi-
"lominus ferrum eſſe non deſinit.
" 23. Jam itaque anima antea frigida, ardet: o-
"lim obſcura, jam ſplendet, olim dura, jam li-
"queſcit & molleſcit. Tota divina apparet, per-
"fuſa enim eſt eſſentia Deitatis: Igne amoris,
"quaſi combuſta, liquefacta, in Deum trans-
"greſſa, ipſi immediatè unita, & unus ſpiritus cum
"ipſo facta eſt. 2. Cor. VI. v. 1. eadem ratione,
"quâ aurum & æs in unum metallum coaleſcunt:
"Dan-

"Dantur verò diversi gradus eorum, qui in Deum
"transferuntur & rapiuntur, qui enim quis fer-
"vidiùs, instantius, & amabilius ad DEum se con-
"vertit, & quò accuratius in hac adversione o-
"mnem sui quæsitionem rejicit eò profundiùs &
"sublimius ad eum pervenit.

" 24. O sanctam illam animam, quæ à DEo
"singulari modo visitata, & super omnem rem
"creatam, propriamque operationem elevata, in
"sua memoria ab omnibus imaginibus evacuatur,
"& nihil, nisi puritatem & simplicitatem senti-
"ens, in intellectu verò supersplendidissimas irra-
"diationes à Sole justitiæ excipiens, divinam veri-
"tatem agnoscit; In voluntate verò fervore, qui-
"ete, sive placido amore ceu attactû Spiritus S.
"(qui fons est vivus, in rivos æternæ dulcedinis
"redundans) perfruitur. Atque ita ad superex-
"cellentissimam cum DEo unionem allicetur &
"adducitur, ô beatam horam! Qua anima internè
"supernaturali & dulcissima svavitate, florentiq;
"gaudio fruitur, & aliquantum futuram beatitu-
"dinem prægustat.

" 25. O beatum illum! cui fragrans hoc ver ju-
"cundissimaque æstas exoritur, cuique divinum
"conjugium vel ad punctum temporis sive ocu-
"li momentum experiri conceditur, talis enim ad
"ea deducitur, quæ nulla intellectio, nullave ra-
"tio capere, nulla etiam lingua eloqui potest.
"DEum meliùs cognoscit (sapienti tamen igno-
"rantia, & intimo amoris attactu,) quàm ex-
"terni ejus oculi solem cernunt; adeò solidè in
"DEum fundatur, ut DEum propinquiorem se
"ac sibi ipsi sentiat. H 3 26. Sic-

" 26. Sicque DEi formem & superessentialem "vivit vitam, quia Christo secundum corpus, a-"nimam & Spiritum similis factus est. Sive e-"dat, bibat, dormiat aut vigilet semper tamen "DEus in eô operatur, qui superessentialiter in "eo vivit. DEus ipse eum omnia docet, & ab-"sconditos, mysticosve sensus ei revelat. DEus "invisit, deosculatur, amplectitur, irradiat accen-"dit, penetrat & implet eum sæpiùs, imò etiam "sine fine. Cum enim anima ejus, in pellucidum "jam speculum sit immutata, quô Soli divino "propositum & submissum est; Sol justitiæ ali-"ter non potest, quin destillationes gratiæ suæ, "radios sapientiæ, amorisque scintillas, in eam "immittat, vel infundat. Revelat se quidem DE-"us animæ perfectæ interdum mirabilissimo & "sublimi modo: Minimè tamen se ipsi ostendit, "qualis est in ineffabili sua gloria, sed qualis in hac "vita agnosci & videri potest.

27. Et hactenus illa hujus Puncti explanatio; Qua nempè ratione vera Theologia superbeatissimum relapsæ creaturæ cum sua origine conjugium respiciat. Id quod reipsa in occulto experiri, quam fusiùs describere faciliùs est. Qui enim modò præsuppositos, maximè necessarios purgationis gradus fideliter inquirere, & constanter transcendere desiderat, & quidem revèlatam semper Dei voluntatem implendo: ultrò comperiet, nam hæc Doctrina à Deo derivet, & in Deum reducat. Absque ulla enim ulteriori admonitione, ex omnibus hactenus re latis, manifestum est; quod quemadmodum omnis divina

vina

vina doctrina meritò DEum notum facere, & glorificare debeat, mystica verò, in theologicâ institutione principem locum teneat. Sic etiam *nobilissimum DEum cognoscendi eumque laudandi modum* sortiatur, prout amatores ejus monent; qui hoc (nempè agnitionem & laudem DEi) summum suum scopum ponunt, citra quem nullus hominum inquirere possit aut debeat. (i)

Sūmus theologiæ mysticæ scopus est, laus Dei.

i) *Carolus Hersent.* Comm. ad Dion. Cap. II. p. 173.

28. Discrimen verò præcelsissisimi divinæ Laudis modi; Dionysius ipse sic tradidit. *Nos in hâc supra quam lucente caligine versari exoptamus, & per visionis, cognitionisque negationem videre & cognoscere id, quod supra visionem cognitionemque existit, hoc ipso, quod neque videmus, neque cognoscimus: hoc enim est verè videre & cognoscere, & superessentialem (DEum supra omnem essentiam existentem) supernaturaliter laudare, per omnium rerum ablationem.* (k) Quæ "verba alius sic explicat; DEus est superessenti-"alis, Quia supra ens, & supra essentiam o-"mnem est, utpote entis ipsius & essentiæ o-"mnis principium. Hinc laudandum eum esse "superessentialiter, h. e. modo, qui omnem es-"sentiam superat, id est, quô nullum ens, nul-"lâve essentia Deo tribuitur, atque ita essentiâ "multùm longeque superiorem eum celebran-"dum, remotis, omnibus attributis, vel rerum "sensibilium, vel intellectualium, qui super o-"mnia maximè est. (l) plura vide in Capite de "illuminatione.

 k) The-

(k) Theol. Myſt. cap. II. num. 1. (l) *Herſent.* l.c.p.174

29. Hic verò finem huic materiæ impoſuiſſem, niſi conſultum mihi viſum fuiſſet & Proteſtantis cujusdam Doctoris de triplici hac via Myſtica conceptum citare: nempè Domini Doctoris Speneri, qui tam in nova præfatiône ad Dominì *Köpkii Theol. Myſticam*, quàm imprimis, in præfatione in Tabulas Danhaueri hodoſophicas p. h. 2. monet: *Ut ſi quis de illa via triplici dubitet, eamque ideò methodum omnem abolitam cupiat, is expendat*, licet ex platonicâ philoſophiâ, analogia aliqua oſtendi posſit, nec deſint ex authoribus myſticis, qui nonnullis indè petitis erroneis ſententiis vias illas latebroſas, reddiderint, præſtare, *ut hæ mundentur potius, quàm ut ab ingreſſu omnes prohibeantur*; Et pagina h. 2. b. Hoc hujus rei argnmentum ex tota Sacra ſcriptura elucidat, inprimis ex perſpicuis Johannis verbis, c. XIV. 23. it. Eph. V. 14. Quibus in locis triplex hæc via fundatur.

" 30. Præcepta enim (inquit) ſunt Domini, "eaque ſervat, qui agit pœnitentiam, & credit "Evangelio. Marc. I. 15. Nec verò pœnitentia "illa tantum eſt, quæ nos primum regno Dei ad"ducit, verum etiam quotidiè magis magisque "juxta baptiſmi noſtri debitum mundari reno"varique debemus. Hanc dixeris viam purga"tivam. In ſervandis ſuis præceptis Domini "ſedulus, Patris, filiique in ſe dilectionem ſub"indè ardentiorem experietur, & Chriſtus ei ſe "manifeſtabit. Non ſanè primum ad cogniti"onem ſalutarem ſui ipſum adducens, ſine qua "fidelis

"fidelis nec credere, nec amare Jesum, nec præ-
"cepta ejus servare potuisset, sed lumen etiam
"cognitionis & visionis spiritualis & cognitionis
"in ipso plurimum augens & intendens (uti vi-
"sus nostri incrementa sunt similia illis, quæ de
"cœco restituto narrantur, Marc. VIII. 24. 25.)
"Sicuti etiam ad modum evigilationis & suscita-
"tionis ἐπιφαύσει ὁ χριστὸς, & prima lucis af-
"fulgentis & convertentis, & subindè intimius
"penetrantis, seque affundentis, continuante gra-
tia. Quam illuminativam qui nominaverit, certè
nihil absurdi dicet. Alium gradum addit serva-
tor, πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐ-
"τῷ ποιήσομεν. Quod beatissima inhabitatio
"& unio est Sacrosanctæ Trinitatis in homine fi-
"deli, pœnitenti ac illuminato, ex qua unione
"fructus innumeri, sanctifici, solatiflui, dulcissi-
"mi promanant.

" 31. Paulò autem ante p. g. 4. b. triplicem
"hanc viam his verbis explanavit: Mysticus non
"solùm quid pœnitentia, quid renovatio, quid
"veteris Adami purgatio quotidiana, quid illu-
"minatio, quid unio cum tota S. S. Trinitate, in-
"primis verò θεανθρώπῳ Christo *Jesu* sit expen-
"dit, vel juxta causarum genera tractat, sed de eo
"potissimum solicitus est, ut discat, doceatve,
"quomodo pœnitentia illa jugis, mundatio, ab
"inquinamentis spiritus & carnis, instituenda, quæ
"media, quæ exercitia prosint, quo ordine to-
"tum negotium instituendum, quomodo profe-
"ctus vel defectus facilè agnoscendi, hi curandi,
"juvandi illi, quæ remoræ sanctæ instituti, quæ

"adjumenta ſint, quas inprimis inſidias hanc vi-
"am terentibus Satan & caro ſtruere ſoleat, qua
"prudentia hæ detegendæ, quis animæ habitus,
"quis motus in profectu eſſe ſoleat, & quæ ſimi-
"lia, inprimis ſe adſvefacit, & alios monet, cor-
"di ſemper attendere; quæ in eo primas teneant,
"carnis an Spiritus ὁρμαὶ, quid ad ſingulas acti-
"ones nos primum moveat, ac ita univerſi vi-
"gilantiæ Chriſtianæ veræ internæ ſtudere.
" 32. Undè hæc qui tradet, neutiquam con-
"tentus rationes totius negotii proponere, tan-
"tundem laborabit, ut audientium corda ad cu-
"ram ſolicitam moveat, omnia in caſſum tradi
"ſubindè ingeminans, quæ non intimo pectori
"inſcribantur, adeoque tantundem ad praxin im-
"pellens, quam theoriam prædicans, imò ad pro-
"pria experimenta, quibus multa demum diſcun-
"tur, ipſos urgens. Inde cum de illuminationis
"incrementis agitur, myſticus denuò diſcipulum
"ſuum inſtruet, quæ vitanda ſint, & Doctoris il-
"lius cælici in nobis vocem, hoc eſt, lumen ex
"luce verbi cordibus à Spiritu Sancto inferen-
"dum, impediant, & ei nos ineptos reddant, qua
"precum pietate, qua reverentia humili coram
"majeſtate ejus, qui in verbo ſuo nobiſcum lo-
"quitur, hoc tractandum audiendum, legendum,
"meditandum, quod obſequium animam deceat,
"ut parata ſit Domini voluntatem propoſitam
"omnem & ſuſcipere & facere, qua attentione o-
"pus ſit, ad ſanctos motus ſpiritus divini per ver-
"bum operantis in corde obſervandos, ut illos
"foveamus, cumque ignis ille ardet & lucet, quan-
"tum

"tum fieri poteſt magis, magisque illuſtremur, "incaleſcamus, cum motus illi divini neglecti; "jacturam gravem poſt ſe trahant. Ubi ad uni-"onis myſterium tranſibit, non minus docebit, "quæ impedimento ſint, quo minus hoſpes cæ-"leſtis hoſpitium penetret, & impleat intimius, "quibus viciſſim ille delectetur, ut adeò nobis-"cum ille cænetur; nos ipſorum, quæ ratio ſit "pacis internæ, quæ ſenſus & gaudii divini, quæ "indicia verarum divinarum operationum, ha-"rumque à Phantaſiæ ludibriis aut Satanæ præ-"ſtigiis diſcrimina, & ſimilia.

CAPUT IIX.

De Objectionibus & Præjudiciis, quæ vulgo Theologiæ huic Myſticæ opponuntur, ut & de defectibus myſticorum quorundam.

1\. ABſolutâ hac brevi eſſentiæ ipſius Theologiæ Myſticæ deſcriptione, prout ab ipſis illis, qui eam pro dignitate æſtimare nôrunt, proponitur, jam ad communes antitheſes, ab imperitis rationis ſubtilitate fabricatas pergemus: Ubi res inter utramque partem controverſa eò faciliùs & certiùs decidi poterit, quò clariùs hactenus fundamentum, eſſentia & finis hujus doctrinæ ipſiſſimis Myſticorum verbis propoſitum fuit. Etſi quoque ingenium, Dei divinarumque rerum avidum, & Spiritum non ſupprimens, volunta-

Objectiones contra theologiam myſticam.

lunta-

luntatem Dei sincerè præstando certissime tantùm luminis & gratiæ sortietur, quantum ad omnia dijudicanda & probanda s. tentanda sufficit: Inutile tamen non erit utramque partem & allegatas earum rationes audire, Sanctumque Spiritum de justo & puro judicio compellare, qui solus verbo suo vivificante in cordibus judex esse debet.

factæ ab inobediētibus.

2. Ab initio statim Mystici in genere monent, neminem, nisi qui sui abnegationem, omnium rerum abdicationem, Christique imitationem abhorreat, hanc doctrinam aspernari aut reprobare solere. Cum enim hæc Theologia eam (juxta Scripturæ S. præceptum) supponant & amatores suos exercere jubeat: Contradicentes statim suam pertinaciam & infidelitatem produnt, uti superius Cap. IV. notatum est. Cum etiam eos pudeat cordis sui duritiem & secordiam publicè recitare, non possunt non varios prætextus multaque argumenta producere, quibus hanc sibi inimicissimam materiam & aliis suspectam reddunt. Interim tamen nemo inficias ibit, quosdam inopia sufficientis luminis & agnitionis imprudenter & non ex mera malitia adversus eam excandescere: quibus nihil minùs ac illis, in Conspectu Dei se humiliare & fidem atque obedientiam exorare incumbit.

& plerisque hominum

3. Eò scriptorum quærelæ spectant, *paucissimos spirituales piosq́ homines esse, quibus secreta hæc sapientia cognita sit: Cum minimus hominum numeros semetipsos abnegent & perfectè mortificent:*

sent: (a) Hinc Mysticos malè tractari, quorum quippe verba à plerisque culpentur, *quæ tamen non unica eademque ab omnibus signifiatione capiantur.* (b) Imò *summos, præstantisque eruditionis viros Theologos hanc Doctrinam nec scire "nec scire velle.* (c) Et in genere: Ubique ferè in-"vidè divulgari, ac si hæc mystica theologia, Phi-"losophiæ & theologiæ vulgari adversetur &c: Imperitis quoque occultæ sapientiæ, omnia ejus mysteria despectus esse, eosque eam exosam reddere, imò blasphemare studere. Quo facto multi à verà Deum videndi via, ejusque superdulcissimą fruitionę absterreantur &c. (d) His ex opposito ejus amatores integris voluminibus demonstrarunt & explicuerunt, re ipsa nullam harum accusationum veram sed potius contrariam ubique inveniri sententiam.

(a) *Jac. Alvarez* & ex eo *Joh. Bona* Viam Comp. Cap. X.

(b) *Bellarminus* de Script. Eccl. in Rusbr. p. 226.

(c) *Bona* & ex eo *Franc. Salignac. Fenelon.* Placit. Sanct. art 43.

(d) *Sandæus* præf. ad relig. Theol. Myst.

4. Nos hic primaria & maximè vulgaria præjudicia examinabimus, & simul apologiam ex mysticis breviter repetemus, sic tamen ut uniuscujusque Materiæ mysticæ expleta narratio, toti operi reservetur. Prima itaque perversorum Zelotum & λογομαχέντων, aliosque errorum accusantium (qui tamen crassis & carnalibus erroribus toti toti immersi sunt) hæc est objectio; *Theologia Mystica talia docet, quæ neque in cathedris neque in rostris audiuntur.*

Objectio de erroribus Theologiæ Mysticæ.

"(e)

"(e) Item: Hæc Theologia certas quasdam lo-"quendi formulas habet, ex quibus multæ absur-"dæ consequentiæ deduci possunt: puta cum di-"cit animam annihilari, mori, liquefieri, langve-"re, transformari in Deum, non vivere ex se i-"psa, sed ex Deo, Deum illi animam & formam "esse illam Deo adhærere, unum cum Deo fi-"eri, unum cum Deo spiritum & lumen esse, di-"vinam otiositatem agere, non agere ipsam sed "Deum in ipsa, Christum in ipsa formari, na-"sci, crescere, augeri, contristari, occidi & alia hujusmodi. (f)

(e) *Sandæus* l.c. (f) *Hersent.* præf. Apol. de Theol. Myst. Obj. 2.

Responsio ad primam objectionem.

5. Hoc ab Authoribus sic refellitur: Primò si phrases hæ erroneæ essent, eadem ratione non modo sanctorum Patrum sed & scripturæ ipsius effata reprobari deberent: Nam in illis plura occurrunt, quæ infirmis & ignaris offendiculo esse possunt 2. Pet. III. 16. & tamen per se recta & irreprehensibilia sunt, deinde affirmare haud dubitamus, Mysticos hujusmodi loquendi modos è scripturæ ipsius penu & abstrusiori sensu desumtos esse (in quâ vel expressis verbis, vel quoad sensum extant) & eorum censuram, & reprehensionem si quæ esse possit, in sacram scripturam, ex qua deprompti sunt cadere; id quod de unaquaque harum formularum probant, (g) nos etiam jam supra Cap. III. n. 5. aliquantum, fusius verò in alio opere tractamus.

(g) *Hersent.* l.c. p. e. seqq.

6. Tum

6. Tum etiam monent, *aliud esse de divinis fidei docendæ, confirmandæ, vel hæreseos confutandæ causa agere, aliud verò ea tractare, quæ in controversiam non veniunt, & vel accendendæ devotioni, vel divinorum admirationi conciliandæ prosunt.* Primò enim modo divina propriis & præcisis terminis explicari, secundò vero etiam hyperbolicis, modò ad Catholicum sive universalem sensum reduci possit, quâ de re verba Augustini supra Cap. V. num. 4. allegata extant. (h) Hoc etiam à Protestantibus conceditur, dum inter modum loquendi homileticum s. practicum & accuratum s. acroamaticum distinguunt, & ad illam non semper ἀκρίβειαν Scholasticam requirunt; quod in systematibus & Disputationibus affatim occurrit. Libertas Mysticorum.

(h) *Hersentius* l.c.

7. Omninò autem theologiæ mysticæ licere, verba sua ad materiarum qualitatem, non verò ad modum scrupulosæ Theologiæ scholasticæ, formare; jam superiùs Cap. V. n. 13. & in relatione dignitatis & sublimitatis ejus innotuit. Hæc autem licentia eò major & manifestior est, quò magis hæc doctrina Essentiæ divinæ Excellentiam non solùm super omnem rem creatam, sed etiam ultra omnem intellectum elevat, atque ita neutiquam humilibus & angustis hisce humani conceptûs, eloquii aut propositionis terminis, "includi & restringi potest. Cum itaque ignari "rerum mysticarum censores aliquando quædam "reperiant, in libris de vita Spiritali conscriptis,

"quæ

"quæ si verbis tenus aut sine debita discussione "accipias, nonnihil theologiæ aut fidei pronun-"ciatis adversantur, non statim reprobanda aut "damnanda esse sciant; utpote, quæ si extra in-"vidiæ & ignorantiæ tenebras, & cum Dei gra-"tia ad veritatis perpendiculum examinentur, ni-"hil fidei aut theologiæ contrarium edocent. Cum "potiùs doctrina hæc tales spiret phrases, quæ "sua simplicitate corda movent: & licet inter-"dum vocabula ignota usurpentur, licebit tamen cuique dicta in sacro codice ostensa & ei consona substituere, &c. (i)

(i) *Hersent.* l.c. Comm. Cap. V. p. 247. *Spenerus* l.c.

2. Objectio de Enthusiasmo.

8. Inprimis Mystici Enthusiasmi culpantur ab astuta hominum ratione, quod inter Protestantes à quibusdam duntaxat factum est. E contrariò verò hi de Romano-Catholicis conqueruntur, ac si Mystici illorum enthusiasmo viam straverint: ex quo patet hanc accusationem inter illos (Pontificios) non audiri. [k] Quod verò ad ipsum nomen & substantiam enthusiasmi, jam in *delineatione primævi Christianismi* (Abbildung der ersten Christen) quibusdam in locis relatum est. Interim Præstantissimi Protestantium publice professi sunt hoc nomen; & quidem in famoso maloque sensu hæresificorum, mysticis minime convenire.

(k) *Joh. Hornbeckius* Lib. VI. Controv. p. 384.

Reponsio ad objectionem.

9. Inter Reformatos Gisbertus Voëtius ad Quæstionem: *Num mystici enthusiastis annumerandi*? Sic respon-

respondet: Imo *Nolo* (inquit) *credere, in forma tales fuisse, nedum in intentione sua, ut constat ex aliis eorum* "*scriptis.* Et sic patimus excusari " Johannem de Schonhovia à Rusbrochio in a-"pologiâ, & utrumque à recentioribus modô cit: "& à Bellarmino Taulerum, qui acriter præsum-"tam *spiritûs libertatem & Dei patientes* per-"stringit. 2.) plurima tamen aut saltem aliqua "periculosè dicta ab illis, *quamvis non eadem* "*mente*, quâ ab Enthusiastis & à Libertinis ho-"diernis accepta, viam detestandis enthusiasmis "& furoribus straverunt. 3.) Hoc etiam enthu-"siasmi suspectos illos reddidit, quod ex illis pro-"dierint, aut illis permixti fuerint, aut ipsorum "ætate exorti sint, qui prætensis ipsorum my-"sticis aut ecstaticis ampullis enthusiasmos suos "superaddiderint, aut in illos se transformaverint.

& testimonia Protestantiû.

Quibus ex propositionibus videndum, Voëtium conscientia sua convictum & ad actum confiteri quidem, *Mysticas nequaquam enthusiastas fuisse formales, nihilosecius tamen timore Zelotum aut clandestinâ quadam nauseâ & indignatione* adversus mysticam hanc anticarnalem sive carni ingratam doctrinam pro ratione aliud concludere & immiscere voluisse; Iterum autem hoc revocat, & fatetur Taulerum, Rusbrochium aliosque constanter de falsô enthusiasmo adhortatos fuisse (l) ex quo inconstantia judiciorum talium manifestè cognoscitur.

Reformatorum.

(l) *Voetius* Ascet. Cap. III. p. 77. seqq. 85. seqq.

Et Lutheranorum

10. Inter Lutheranos inclutus quidam Lipsiensium Professor hæc Voetii Verba repetit, neque quicquam vel in hanc, vel in contrariam addit sententiam, atque ita supra recitatam ejus conclusionem approbat: (m) Et alius eorundem Professor non minùs observavit, *Gnosticorum portentosis dicendi generibus, veram ac puram theologiam mysticam apud quosdam talium ignaros, malè audire cæpisse, ut ferê promiscuè enthusiasmi nomine traducta sit.* (n) Quibus verbis indicatur, mysticam Theologiam adeò non enthusiasticam, aut (pro communi loquendi more) fanaticam esse, ut potiùs maledicta calumnia sit, cum ob quorundam improvidorum hominum abusum, in deteriorem partem explicari tentetur. Sicque videmus, theologiam hanc etiam hâc accusatione & crimine à tribus religionibus cardinalibus liberari.

m) *Jac. Thomas.* Orig. Hist. Phil. & Eccl. §. 53. p. 133.
n) *D. Rechenberg.* Diss. de Orig. Th. myst. §. 15. & 16.

11. Superiùs quoque notavimus, varias rationis, de obscuritate hujus Theologiæ querelas. "Hoc nomine (inquit quidam) mystica theolo-"gia traducitur, ac si voces contineat horridas, "inauditas intelligibiles, & à placitis Philoso-"phorum ac theologorum dissentientes, quas vel "ludibrio habent, tanquam nullius momenti, vel "etiam nihil differre putant ab erroribus Begar-"dorum & illuminatorum dudum damnatis. (o) ad quod mystici (1) ipsis Apostoli verbis respondent

dent 1. Cor. II. *Nobis revelavit Deus per spiritum suum. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei: Quis enim hominum scit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei, nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est; ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non indoctis humanæ scientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualia spiritualibus comparantes: animalis autem homo, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis judicat omnia, & à nemine judicatur.*

3. Objectio de Obscuritate.

Responsio.

o) *Hersent.* l. c. obj. 3.

"12. Ut enim (inquiunt) res, quæ "videntur proportionato lumine "videri debent corporales corpora- "li, naturales naturali: Sic Spiritua- "les Spirituali lumine, & quæ gra- "tiæ sunt, non nisi per gratiam intelliguntur. Hinc "Spiritus Sancti, cujus solius est scrutari profun- "da Dei, revelatione mystica & divina cognosci "dicit Apostolus, non verò Spiritus humani in- "vestigatione; eademque intelligi & pronuntia- "ri, non in humanæ Sapientiæ verbis, sed εν δι- "δακ]οῖς vel ut alii legunt ἐν διδαχῆ πνεύμα- "]ος ἁγίȣ, i. e. in doctrina Spiritus, hoc est "Spiritu Sancto supernaturaliter docente & inspi- "rante. Quid igitur mirum hæc mysteria eos

& ulterior explicatio.

à Catholicis.

"latere, quos unctio non docet: Quos ſcientia "inflat, charitas non ædificat: Qui Spiritu hu-"manæ ſapientiæ ingenii naturalis attenta & cu-"rioſa indagatione, quæ Dei, quæ gratiæ ſunt "apprendere nituntur. Quis non videat eorum, "quanta eſſe posſit, ingenii ſublimitatem, & per-"ſpicaciam ad myſtica, aliud non eſſe, quam o-"culos noctuæ ad ſolem? Deinde, ut qui do-"cent humanam ſapientiam, utuntur methodo "& ſermone ſecundum artem humanam compo-"ſito; ita gratiæ myſteria methodo myſtica, ter-"minis myſticis explicari debere affirmat Apo-"ſtolus, dum habet, Spiritualia ſpiritualibus com-"parantes, ſeu ut in græco eſt, συγκρίνοντες, id "eſt, coaptantes, accommodantes &c.

13. Hicque indicare volunt, querelas rationis de obſcuritate myſticorum, ipſorum duntaxat incapacitati acceptas referendas, inque eos retorquendas eſſe. Sunt enim inſtar noctuæ, quæ ſuam proderet cæcitatem, dicendo ſe ſolis lumen cernere non poſſe. (p) *Hinc nemini ex hoc capite erroris, ſive illuſionis notam inurendam, ſi cum myſtico ejus eloquio ſanctioris vitæ, ac veræ revelationis tradita ſigna conſentiant. Habet myſtica theologia ſuas voces, quas terminos vocant dialectici, ſicut omnes artes & ſcientiæ: & cum ſit omninò ſupernaturalis, ejus Principium, finis, & media, modusque tendendi in finem, voces quoque & phraſes quibus traditur, naturæ ordinem ac vires, atque humanæ ſapientiæ verba* "*tranſcendunt.* (q) Quæ ideò externo intuitu "adeò caliginoſæ & difficiles ſunt; ut quidam i-

"gnari

"gnari malique judices tradant, acsi hæc theolo-"gia duriora quædam & perniciosa loquendi ge-"nera foveret, eò quod homines promiscuè fe-"rè ea absque Spiritu Dei capere non possunt. [r]

p) *Hersent.* l. c. q) *Bona* de Discret. Spirit. c. XX. n. 5.
r) *Sandeus* Clave Th. M. dedic.

14. Hæc Romano - Catholici memoratæ objectioni opponunt. Ex Reformatis recentior quidam Author sequentia notavit. Non est, quod theologi Scholastici, Mysticorum obscuritatem culpent, *cum hi longè minùs articulati & intricati sint*, *ac Aristoteles aut Cartesius*, sed suas loquendi formulas à sublimiori origine derivent. (s) Contra eos autem, qui hisce rationibus hanc theologiam exosam reddere student, valeat illud, quod quidam in refutatione mysticæ quietis contemplativæ, ad suam allegavit excusationem: *Hîc* (inquit) *quadrabit*, *quod alias*, *Scripturam Sacram obscuritatis arguentibus opponere solemus*, *cum obscuritatis causa non in Scriptura*, *sed in lectorum incapacitate reperiatur.* (t)

Reformatis & Lutheranis.

(s) *J. C. de la Crose.* Recueil de diverses pieces de Quiet. præf. p. 12.
(t) *D. Andreas* Kühn de Myst. Quiet. Contempl. præf. p. 136.

15. Improbat porrò ratio, quod Doctrina hæc res suas non certis Syllogismis, consequentiis aliisve argumentis & demonstrationibus proponat. Ad quod iterum ejus amatores Scripturæ verbis respondent. *Eloquimur* (mysteria Dei)

4. Objectio de penuria Remonstrationum.

Dei) *non in doctis humanæ ſcientiæ vel ſapientiæ verbis: ſed in doctrina Spiritus:* id eſt: non annitimur ad probandam noſtram
Reſponſio 1. doctrinam per verba compoſita, ex humana ſapientia, ſive quantum ad ornatum verborum, ſive quantum ad ſublimitatem rationum, *ſed prout Spiritus Sanctus nos loquentes interius docet*, & auditorum corda ad capiendum illuſtrat. (u) Cum igitur, (concludunt) à Spiritu Sancto inſpirati & moti loquantur Sancti, probatione opus non habent alia enim humana dicta argumentis, ac teſtibus egent; Sermo autem divinus ſibi ipſi teſtis eſt. (x)

(u) *Thomas Aquinas* in 1. Cor. II. & ex eo Herſent. l. c.
(x) *Idem* ibidem.

16. "Secundò opponunt Spirituales homines,
2. "quia de divinis & ſupremis, qui"bus nil ſuperiùs loquuntur, nullum demonſtra"tionis medium arripere poſſunt: Hinc con-
3. "templatio eorum ſupra omnem de"monſtrationem evecta eſt. Tertio rationis & "demonſtrationis ſubſidia, menti ſpirituali ea, "quæ Dei ſunt, purâ, ſimplicî nudâ contempla"tione ſpeculanti, obeſſe potiùs, quàm prodeſſe "exiſtimant. Cum unita divinorum cogitatio "multiplices ingenii flexus & motus, ut magis "ab unitate diſcedunt, detrectat ac refugit, ut "ita eo ipſo à communi Scholaſtico & diſputa"torio genere differat, & ex hoc nunquam de"cidenda. (y) Cum & in ipſa vulgari theologia, innumerabiles ferè defectus ſolidarum demonſtrationem expeditæ connexionis, verorumque

que argumentorum, annotari facultas esset, si tempus permitteret.

(y) *Hersent.* l. c. fine.

17. Simili modô multò firmioribus rationibus illa Scholasticorum Theologorum objectio refelli atq; in ipsos retorqueri posset, cum dicunt: Mysticos inter se discrepare, & alium ab altero carpi: Siquidem de illis ipsis Scholasticis notorium est, quod & nemo inficiabitur, inter illos neq; externum verborum consensum, nedum internam Spiritus unionem, per divinæ pacis & veri amoris vinculum reperiri. E contrario alia exempla nesciunt, quàm quod Gerson Rusbrochium, & Johannem de Sconhovia, Svarez & Eccius Taulerum, Bellarminus Harphium in quibusdam punctis censuerint. Sed si personæ hæ absque partium studio considerabuntur, mox enodabitur, hanc contradictionem non ob theologiam mysticam, neque ex ea exortam, sed ex eadem ad carpendum proclivа ratione, quæ ubique nil nisi lites & contradictiones movet. Quia enim Gerson, Svarez, Ekius & Bellarminus rationem suam in theologiâ Scholasticâ reliquâque mundi eruditione admodum acuerant, & excitaverant, atque ita non semper in unico illo & summum necessario bono permanserant: ad quædam mysteria impegerunt, quod inferiùs in mentione, de uno quoq; horum autorum futura, fusiùs tractabitur.

5. Objectio de Discordia

Responsio

18. Hoc itaque Scandalum non magis theologiæ mysticæ, quam Sa-

Diversa do-

cendi methodus.

cræ Scripturæ ipsi tribuendum est, cùm sæpiùs hic vel ille quædam in hac (Scriptura) non capiat, atque ita in dubium vocet. Neque statim hoc strictè & verè dissensio dici potest, cum in mysticis scriptis (quorum fundamentum semper unum idemque est & manet) non eadem, quoad externam speciem methodus, propositio & expressio reperiatur;

quoad externam speciem.

Non enim mirandum, sed potiùs Deus collaudandus, (scripsit quidam) *quod ita diversimodè à Deo trahamur & sub tot diversis rationibus eum considerare, & ad eum quærendum, serviendumq; ferri possimus: atque unus hanc viam & rationem, alius aliam explicet: in omnibus tamen his, ad unum eundemq; scopum, & finem ultimum, ad ipsius inquam Dei fruitionem, licèt per diversa motiva aut rationes moventes, deducimur.* (z)

z) *Constant. Barbanson* Amor. Div. Sem. occult. prol. §. 10.

Viæ & grad9

19. *Hæc porrò* (pergit idem) *tractatuum spiritualium diversitas, animabus devotis non potest non auxilio & consolationi esse; nam præterquam quod hac ratione una eademq; res diversimodè explicetur, & consequenter magis illustretur, ac per suas ipsas partes distinctiùs videatur: varii hi modi & diversæ viæ commonstratæ non possunt, non subsidio esse eis, qui cum omne bonum suum in sacrarum harum semitarum persecutione & indagatione constituant; non nisi convenientia quædam*

dam media, auxilia & adminicula quærunt, ut eorum auxilio ad Deum perveniant. Cum salutares illæ doctrinæ, sint ipsis instar lucernæ lucentis in caliginosa tirocinii sui nocte, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus eorum. 2. Pet. 1. (a) Hâc itaque ratione multifaria mysticorum propositio salutaris habetur, & re ipsa agnoscitur, cum ingenia variæ opinionis, complexionis, ætatis, gradûs, externi & interni statûs, aliarumque circumstantiarum reperiantur. Ita ut si quis in secundo gradu constitutus ad observationem ejusmodi documenti, quod ad quartum pertinet, se esset compositurus, nihil inde, quam magnum damnum consequeretur, [b] quod in superiori VI Capite legere est.

a) Idem l.c. b) Idem P.II. cap. IIX. §.32.

Concordia Mysticorum

20. Interim experientia unumquemque verè illuminatum docebit, accuratissimum mysticorum in doctrinæ suæ capitibus consensum, tam de fundamento & origine, quam de materiis & fine, quibus omnibus nihil aliud indicatur, quam unum illud summumque bonum, quod ipsemet Deus est. Hoc unicum unum & centrum omnium rerum, omnia cum & in se exæquat atq; harmonicè unit, quæ se ex omni multitudine & separatione in infinitam ejus abyssum & æternum amoris æquor recipiunt & summergunt eodem modo, quo lineæ & periferia circuli ad centrum concurrunt, unumque efficiunt punctum. Ita ut illi, qui sic ad Dei unionem in spiritu perveniunt, nullo externo discrimine sepa-

rari queant: Quare etiam tot Scholaſticorum Doctorum querelæ de tanta conſpiratione & unanimitate Myſticorum & theodidactorum reperiuntur, atque ſic ſupra prolata objectio, jam ultrò revocatur & evaneſcit.

6. Objectio de Philoſophia Platon.

21. De origine Myſticæ hujus Theologiæ ſuperiùs jam, Capite nempè III objectionem ventilavimus, cùm opponeretur, acſi ab ethnicis & Platonica Philoſophia originem traheret, atque ita neque chriſtiana, neq; ſalutaris, neque tolerabilis eſſet. Poſſet hoc quidem in mixtam illam Ariſtotelicam & metaphyſicam rationis theologiam retorqueri, quæ in tota ſua peripheria nihil ferè tractat, niſi ethnica principia, diſtinctiones &c. Aſt quoniam hæc objectio etiam ab iis formatur, qui ſe non minùs Ariſtotelicæ quam Platonicæ Philoſophiæ hoſtes declarant; breviter hâc vice ſequentia notari, reliqua verò in loco de ſtatu gentilium examinari poterunt.

Reſponſio petita 1) à vera myſticæ Theol. origine.

2) & ex ſententia myſticorum de Philoſophia.

22. Primò ipſæ myſticorum declarationes & explicationes ſuperiùs allegatæ abundè indicârunt, ſe res ſuas non niſi à Deo ejusque ſacratisſimo verbo petere & deducere. Id quod etiam in credentibus, manifeſtum eſt, cùm Spiritum & virtutem præ ſe ferant. Atque ita ſcaturigo & fons doctrinæ eorum minimè gentilis eſſe poteſt. Secundò propria ipſorum effata quid de Pla-

utpote

tonica

tonica Philoſophia dicant & ſentiant, certisſimos nos reddere queunt: Sufficiet, quædam tantùm loca notare: Ipſemet Dionyſius, quem reliqui ferè omnes imitantur, expresſis promiſcuè verbis monuit *de Philoſophis* (quos ἀμυήτες i. e. non ſanctificatos appellat) *qui in creaturis acquieſcunt, & nihil de eo, quod omnem antecellit ſubſtantiam, ſibi imaginant, ſed propria cognitione eum noſcere conantur, qui caliginem ſuum poſuit receptaculum &c.* (c) Quibus verbis omninò omnes & ſingulos ethnicos & ſecundum gentiles ſapientes coſmoſophos, unà cum propriis eorum viribus naturalibus, ſuperbaque curioſitate ab hac doctrina excludit.

Dionyſii.

c) Cap. 1. de Myſt. Theol. num. 3.

23. Hunc Dionyſium inclutus quidam vir à ſuſpicione ac ſi multa ex Platone petiiſſet, ſic vindicavit; ut potiùs contrarium probet. Platonem "nempè aliosque gentiles, de Deo meliùs ac vul-"gò ſentientes, hæc præter ſcriptam in cordibus "ſuis legem, ex ſcriptis Prophetarum & ipſorum-"met Apoſtolorum excerpſiſſe, non minùs quàm "ex Libris horum Succeſſorum & imitatorum. Atque ſic myſticos theologos ſuam doctrinam non ex Platonicis ſcriptis, ſed potiùs (vice verſa) hos ex illis exhauſiſſe: (de quo alibi fuſius) tandem concludit & ſtatuit: *Dionyſium hunc ceu ſanctisſimum Doctorem divinæ Sapientiæ neque Platonicum, neque Ariſtotelicum, neque Stoicum fuiſſe:* (d) hocque ulteriùs ex ipſis myſticorum verbis

& aliorum de Platone.

verbis probatur, quibus etiam Platonicam Doctrinam vilem & christianæ sapientiæ insufficientem proclamant.

(d) *Jacobus Faber* Stapulensis præf. ad Edit. Dionys.

24. Sic antiquus quidam Mysticus concinnè & clarè scribit: *Multi intellectu suo magna adoriuntur, & ratione sua supersublimia adeò & rarissima capere nituntur, ut videantur, intima cæli conclavia penetraturi: cùm nudus tamen naturæ suæ viribus fulciantur: Tales fuère Plato & Aristoteles, moribus quidem honesti, nihilominùs tamen omnis eorum virtus purum putumque opus naturæ erat.* (e) Taulerus ipse, gratiam quidem Dei inter gentiles negare noluit; monuit tamen, eos in dictis factisque suis naturæ limites non transcendisse, licèt acuto suo ingenio multa se penetravisse existimaverint: (f) quod alius adhuc ex illis repetit & confirmat: *Platonicos nempè Spiritu superbiæ inflatos, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificavisse, sed evanuisse in cogitationibus suis, frigidosque speculatores factos esse, sine fide & charitate.* (g)

Tauleri & Johannis Bona.

(e) *Henr. Suso* Concione III. p. 95.

(f) Sermone II. festo Joh. p. 76. edit. germ.

(g) *Joh. Bona* Viâ Compend. ad Deum Cap. III. n. 4.

25. Cum igitur ipsis Mysticis Platonici adeò, malè audierint, judicatu facilè est, eos alium, multòque meliorem quæsivisse fontem, quam vacuas has & cavernosas cisternas. Quippe cum sententia quoque eorum promiscuè statuat, à Deô hominem debere doceri, (juxta aperta Sacræ

Scri-

Scripturæ verba) quem extra Deum ab hominibus aliis quid quærere minimè deceat. Si autem nihilominùs objiciatur, à multis tamen Mysticis, Platonicos collaudari, approbari, verbaque & dogmata eorum repeti: Sequentia (præter ea, quæ ad locum de statu gentilium referantur) examinari possunt..

Quatenus Patres dogmata Platonica proferant.

26. Veri Christiani Doctores promiscuè in Doctrina Christi hoc ceu fundamentum primarium dicerant, ut Deum de Filii sui Spiritu implorarent, qui illis omnia docturus & relaturus foret. Hoc quotidiana praxi fideliter exercebant, atque ita Theodidacti, veriq; theologi ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum (quorum caput Anguli est Christus) evadebant theologi: Sicque non indigebant, ut ab aliquo, nedum ab ethnico Philosopho docerentur, unctione nempè acquisita. Cum autem cum gentilibus colloqui eosque convincere necesse esset, & in scriptis eorum, inprimis Platonicorum tot notabilia testimonia invenirent, quibus illi de veritate *κατ᾽ ἄνθρωπον* convinci, convicti ulteriùs manuduci atque ita lucrificari possent, ideò talia allegabant scripta, quibus ceu armis hostium, contra ipsos eorum possessores utebantur, quod inprimis conspicuum est è Libro V. Stromatum Clementis Alexandrini p. 555. ubi hâc de re probabiliter differit: Etiamsi quoque hâc occasione aliquid hujusmodi doctrinæ invectum esset, facil-

& quem in finem

ad convincendū alios.

facillimùm tamen erit illuminatæ menti, illud ab ipſa re diſcernere.

27. Jam itaque manifeſtum eſt, chriſtianos theologos, Propoſitionis ſuæ fundamentum non ex doctrina Platonis accepiſſe, ſed eam tantùm ceu parergon citaviſſe: Quod ex ipſa Pauli Apoſtoli praxi excuſari poterit. Hic enim Sanctus Dei Legatus, cum Athenienſibus ex propriis eorum principiis diſſerebat, illisque remonſtrabat, quod ipſimet faterentur, *animam genus Dei* ſ. particulam auræ divinæ eſſe. Act. XVII. 28. 29. Cum igitur hoc in ſe pretioſisſima eſſet veritas, & ab ipſis gentilibus agnoſceretur: non potuit eam non, ſapientisſime tamen repetere, & poſtea ſæpisſime ac diligentisſime Chriſtianis ſuis explanare, prout legi poteſt Rom. XI. 36. 1. Cor. IIX. 6. Col. I. 16. aliisque locis, quis verò ex hiſce concluderet, Paulum Dogmata ſua à gentilibus didiciſſe? Quisve Auguſtinum & alios Patres ſtatim *ut Platonicos Chriſtianos* accuſaret, quod Platonem adeò laudarint, plurimaque bona & dona in eo agnoverint, ut ſuo loco videbimus.

28. Similem verò reliquorum ferme myſticorum cauſam fuiſſe, ex omnibus eorum ſcriptis & Confesſionibus pellucet, & ex innumerabilibus fere locis, toto opere magis conſpicuum erit. Cujus rei indicium eſſe poteſt, quod eos, qui abſque conſideratione, platonicorum ſcripta & dogmata, ceu regulam imitarentur, non ſecus ac errantes ſua communione excluſerint, quod de Hermogene ex Libro Tertulliani adverſus eum & de aliis ex Ire-

Platonica

næo

næo conſtat. Si verò nihiloſeciùs præter verum fundamentum chriſtianiſmi, quibusdam & Platonis dogmata juſtò plus, & imprudenter nimis, bono tamen animo, retinere & obſervare arrideat; Prudenter tamen adeò cautè & modeſtè illud diſcernunt, ut non impetu ſtatim uno univerſam theologiam myſticam, ceu purum putumque Platoniſmum reprobent & blasphement, pro more rudis, temerariorum Zelotum catervæ; Sed monent modò & deplorant, *myſticam theologiam Platonicis ſententiis contaminatam*, (& conſequenter non omninò corruptam aut depravatam) *eſſe*: itemque *malè colligere* illum *qui omnem & totam theologiam Myſticam ideò ſuſpectam reddere conetur, propter aliqualem conformitatem, cum locutionibus Platonicis: cùm tamen in vera theologia myſtica, fundamentum humilitatis manifeſtum ſit, apud ethnicos verò non item.* (h) In quod theologiæ ipſi non magis detrahit, ac macula quædam venuſto corpori: ſed potiùs quemlibet cautum reddit, ſolum Spiritum Jeſu, ceu verum clarumque fontem ſuſpicere, & humana à divinis per Spiritum diſcretionis optimè & accuratè diſcernere, hæc retinere illa autem ſuo commitere judicio, & iis ceu parergo ſapienter uti.

Patrum dogmata.

h) D. *Reebenberg.* loc. c. §. 15. D. *Paulus Antonius* de diſcrimine Prax. & Philoſoph. & Theol. Cap. V. §. 18. *C. Thomaſ.* in Colloq. Menſtr. Ao. 1689. p. 1127.

28. Alia adhuc objectio, effectum hujus theologiæ petent, inquirenda reſtat: Cùm nempè alii aliis per-

7. Objectio de damno & theol. myſti-

ſvadere

ca promanante. ſvadere ſtudent, acſi ille (effectus) non ſolùm unicuique hominum ſed etiam Reipublicæ & Imperio ſeculari obeſſet: Acſi homines ab uſu creaturarum, hominum conſortio, & officio ab omnibus ſubditis Reipublicæ præſtando, abſtraheret & ad munera neceſſaria obeunda, ineptos redderet. Hæc autem accuſatio in deciſione quidem quæſtionis, de ſolitario vivendi genere omninò falſo reperietur. Hic tamen ex ipſa praxi notandum eſt, prudentisſima ingenia jam dudum cognoviſſe hanc ad divinam ſapientiam viam civili Hierarchiæ minimè ita obeſſe, prout quidam prodere conati ſunt. Quandoquidem incluti ſummique Principes ac Politici, hanc tandem divinam ſapientiam duciſſam ſibi elegerint & publicè profesſi ſint: Horum inprimis inclytisſimus ille cardinalis Richelieu ſummum hujus rei teſtimonium & monumentum in peculiari quodam ſcripto reliquit; (h) ut alios, Dn. nempè de Rentii & Dn. de Bernieres &c. taceam.

Reſponſio, quod Reipublicæ noceat

(h) Vid. ejus libellus, de la perfection chretienne, ſeu de Perfectione chriſtiana.

30. Hæc non minus à ſummô, inferiorique Magiſtratû ipſa praxi confirmantur & conceduntur, dum ubique myſticam hanc viam amplectentibus ſemper conſcientiæ libertatem donavere, (niſi ſuſurronibus inquietis & cæcis Zelotis auris data fuit.) Quo fit ut illi Clericorum ſic nuncupatorum, quia hactenus adverſus hoc rei genus murmurarunt, imò & blaſphemias evo-

mue-

muerunt, non tantum impediantur & absterreantur, sed & admodùm confundantur, cum officium potiùs eorum fuerit, in eâ parte glorificationem Dei cognoscere, quærere & promovere. Non defuerunt quoque Mystici, qui contra blasphemias ejusmodi publicè contestati sunt. *Mysticam theologiam ad perfectionem & quidem hoc modo perducere, ut nemini molestias conciliet, nemini ulla ex parte impedimento sit, quò minùs statui & vocationi suæ unusquisque vocare possit. Quin potiùs strenuè promoveat, & idoneum atque capacem reddat, omnia externa & interna cum & in Deo optimè expediendi.* (i) Imò unumquemque oblatrantium puderet, quicquam blasphemiarum in hanc theologiam effutiisse, si fructus precum, quas amatores mysticæ doctrinæ absque remissione, pro tota sua patria & omnibus hominibus (vi continuæ suæ cum Deo conversationis) fundunt, attenderent.

Innocentia & commoda theologiæ

(i) *Laurentius Surius* præf. ad Nic. Eschii Exerc. theol. Myst. p. 2.

31. Hæ itaque cardinales in Scholasticorum libris, publicatæ sunt objectiones: præter quas adhuc alia etiam à bonis, inexercitatis tamen ingeniis, dubia moveri possunt. Quorsum pertinet & hæc quorundam opinio, acsi mystici pauca & ferè nihil de Regeneratione inculcarent, quæ tamen summum & unum illud in toto christia-

Alia de hâc doctrina dubia

ob regenerationem.

nismo necessarium esset; Verùm enim verò, etsi non inficiandum, Regenerationem quoad vocabulum non semper in eorum scriptis reperiri; Spiritalibus tamen oculis cernens, rem ipsam, cum omnibus suis adjunctis & circumstantiis, in iisdem clarissimè expressam animadvertet; inprimis cum materia purgationis auimæ, & interni hac in Purgatione obvii doloris, item Revelationis, transfigurationis, spiritualis nativitatis, & formationis Jesu Christi in anima, item divini conjugii, glorificationis &c. tractatur: Quod suo loco probabimus. Hinc fit ut modestiores Authorum hoc non solùm negent, sed & ipsam theologiam mysticam *arcanam & sacram de Deo, rebusque divinis, nec non hominis regeniti statu sapientiam*, nominent. (k) Quâ de re Johannis Arndii præfatio in theologiam teutonicam legi potest, & supra capite VII. Jam quædam notata extant.

(k) *D. Rechenb.* l. c. §. 11. fin.

ob viam legalem.

32. Alii iterum verentur, ne legales viæ in iisdem magis, quàm verum purumque Evangelium proponantur, dum animæ semper anxiam humiliationem, Purgationem, renunciationem &c. doceantur, parùm autem de fide in Christum informentur. Quod dubium, cum magni momenti & magnæ consequentiæ sit, meritò accuratius inquiri & decidi debet. Primùm ex sacra scriptura & consensu universorum verè credentium, cunctorum seculorum, omniumque partium sive sectarum, certissimè constat & extra omnem

omnem disputationem positum est. *Summam veri Evangelii in mortificatione veteris & resuscitatione novi hominis consistere*; Et *Evangelicam vitam* (juxta verba Lutheri in Psalmum VI. vers. 6.) *odium veteris, indagationem verò & desiderium novi hominis esse.* Mystici autem promiscuè nihil aliud tractant, quam ea, quæ beatus Arndius loco citato, compendiosè complexus est, hisce verbis: (quæ à vero Evangelico Doctore prolata, iis inprimis receptu digna erunt, qui præ aliis se evangelicos esse putant, & proclamant.)

Summa Evangelii

33. *In theologia teutonica* (ceu primario quodam Mysticorum scriptorum libro) *parùm litium, affectuum rabidorum & satyricorum verborum invenitur; plurimùm autem puri amoris, desiderii summi boni, contemptûs mundi, suppressionis propriæ voluntatis, crucifixionis carnis, communionis cum Christo, in patientia, mansvetudine, humilitate, cruce, afflictione: Summatim in hoc libro reperitur doctrina, quomodo sibi ipsi & mundo mori, Christo vero vivere debeat homo, id quod & Prophetæ & Apostoli diligenter exercuere.* "Vera enim pœnitentia nihil aliud est, quam im-"mutatio veteris adamicæ vitæ, & conversio à "mundo ad Deum; veraque contritio & fides est, "mundo mori, Christo autem vivere. Spiritu-"alis verò, cœlestis & divina παλιγγενεσία, "sive Regeneratio, est ipsa cum Deo unicco 1. "Cor. VI. conjugium cum cœlesti nostro spon-

Num apud mysticos reperiatur.

Testimonia.

"so Jesu Christo Hos. 2. Viva enim fides, nova "generatio, Christi in nobis mansio, sive inha-"bitatio; Spiritus Sancti fructus in nobis, illumi-"natio: sanctificatio, & Regnum Dei intra nos, " unu & i idemque est. &c.

Exempla & testimonia.

34. Ex quibus facilè concluditur, mysticam theologiam in veris suis Principiis nihil proferre, nisi dogmata Prophetarum & Apostolorum, quod ex toto hoc opere, secundum omnes suas partes, abundè cognosci poterit, Sicuti etiam Principes Mysticorum Doctorum, temporibus ante Lutherum verum salvificumque Evangelii fundamentum perpetua praxi & quotidiano exercitio exercuerunt. Inter alia notatu dignissimum est, quod de Johanne Rusbrochio in vitæ ejus descriptione ab Authore Pontificio certè traditur. Cùm nempè aliquando quidam insolitam in eo erga Deum fiduciam, non ex temeritate, sed perfecta & ardentissima charitate, timorem foras mittente, conceptam perspexisset, & divini judicii ac pœnarum inferni metum ei incutere multis scripturæ commemorandis sententiis attentâsset, eum eo majori in Deum amore fervuisse, tandemque ita respondisse: Fixum & "certum habeas ò amice, me ex animo paratum "esse ad perferenda omnia, quæ Dominus mi-"hi accidere volet, sive mors sit, sive vita, sive "etiam ipsi intolerabiles cruciatus inferorum: "(ideòque nihil illum timuisse concluditur) [l] Quibus verbis Jesu Christi mentem & fidei obedientiam sufficienter expressit & exhibuit.

(l) Canonicus quidam regularis in Vita Rusbr. Cap. IIX

25. Hoc-

35. Hocque pretiosissimum Principium Lutherus ejusque discipuli in aliis mysticis admodum agnoverunt, & collaudârunt. Hinc ille Taulerum expressè *talem appellat Doctorem, qui similem ab Apostolorum ævo non habuerit*: (m) Doctrina autem ejus ipsi audit: *antiqua & pura Theologia*, (n) atque *ars pura salvificæ divinæque doctrinæ* (o) *quæ ipsum docuit quid Deus, Christus, homo & omnia sint* (p) &c. quod ejus effatum de Theologia Teutonica extat, cujus Authorem Taulerum habuit. Eundem Hieronymus Wellerus appellat virum pretiosum & carum. [q] alias quoque & monumento ejus probat, *Doctrinam ejus Christum duntaxat scopum habuisse, NB. absque omni humano merito, justitia & sanctitate* [r] de qua re fusiùs immeditatione de fide & Evangelio, ejus aliorumque Mysticorum propria verba citabuntur.

Confessio de hâc re Lutheranorum.

(m) In Epist. præf. Tractat. Gocchii. vid. Testim. Taulero præfixa.

(n) Tom. I. Epist. 23. p. 32. (o) ib. Ep. 108. p. 167.

(p) Præf. in Theol. germ. (q) Comm. in Ps. XIX.

(r) *Mich. Neand.* Erotem. Gr. Lingvæ præf. p. 309. Würtenberg. Religions-Edict Stuttgart d. 28. Febr. 1694. §. 9.

36. Itaque ex ipsis Evangelicorum sic dictorum testimoniis, patet; Mysticos omninò super fundamentum doctrinæ Jesu Christi struxisse. Simplices verò & inexercitati insuper observare poterunt. Ne, cum in Taulero eique similibus de necessariis officiis & exercitiis animæ

Mystici quomodo intelligendi.

"mæ in adipiscendis divinis promissionibus, do-"nis & thesauris instituantur: unquam ea absque "unico Principio & mediatore Christo Jesu, ejus-"que boni Spiritus cooperatione & auxilio, in-"telligant, atque ita caveant, ne propriæ acti-"vitati, operationi, proposito & opinionibus "variis, etiam sub optima forma, inhæreant. Omnes enim ejusmodi admonitiones summâ suæ debilitatis agnitione & purissima in communionem & operationem Dei (prout illæ in Christo promissæ extant;) immersione, recipienda sunt.

Doctrina eorum nũ ceu evangelica capessenda nec ne?

37. Ratio est ipsum veri Evangelii Principium, ut omnium nempè os obturetur, omnisque caro gloriâ sua privetur, Deo autem soli omnis honos habeatur, qui solus per Jesum Christum filium suum, in Spiritu suo sancto, opus fidei, & restitutionis in obedientibus suis liberis incipere & absolvere vult. Ita ut omnes Plantæ ab ipso Patre non plantatæ erudicentur quique ad Christum ceu unicum Principium se pertrahi non passus est, sub consumente Zelo in ignea & arrida legis via, cum externa sua, licèt speciosa disciplina & ceremonialibus traditionibus pereat. Hinc semper in "legendis & imitandis omnibus Spiritalibus li-"bris in lumine Spiritus Sancti accuratè attenden-"dum, num illi ad lætissimam duntaxat & illu-"minatam transfigurationem & Revelationem "Jesu Christi, ejusque omnigenam redemptio-"nem juxta Salutaris Evangelii doctrinæ præscri-"ptum, [quod per se cordibus lumen, Spiritum,

"virtu-

'virtutem & vitam confert] tendant. Numve 'externa viæ ad ſalutem deſcriptio, legalem,an-"xiamque formam exquirat, non autem myſte-"rium, *Chriſtum in nobis*, ubique Principium & "finem, fundamentum & terminum ponat,in quo "nempè tantum Deitas ſeſe communicare & re-"velare vult, juxta teſtimonium totiùs Scriptu-"ræ, quod & ſcopus eſt totius theologiæ myſticæ "& contemplativæ.

Myſtici fuêre Teſtes veritatis.

38. Non quidem inficiamur, & Taulerum & alios Myſticos ſparſim quædam ejusmodi immiſcere,quod tamen ex ſupra delineato principio Evangelii, ab aliis per divinam doctrinam illuminatis oculis, accuratisſimè & ſapienter diſcerni poteſt. In quibus [illuminatis puta] etiam objectio illa, quâ naſuti quidam Theologiam myſticam ſuſpectam reddere conantur,eò quod eorum Authores ſub Papatu vixerint, locum non invenit. Quippe cum & nos in præfatione Primò multa ipſorummet Proteſtantium teſtimonia citaverimus, qui hanc circumſtantiam veritati nullo modo obeſſe aſſerunt. Secundò jam probavimus & ipſo Lutheranorum conſenſu confirmavimus, illuminatos hos theologos, nihil minus quam Papiſtas (ſi communi pravoque ſenſu accipiatur) fuiſſe : Sed potius longè plus evangelicæ fidei habuiſſe & re ipſa exhibuiſſe, quàm mille alii, qui absque omni ratione ſe evangelicos eſſe reputant. Siquidem jam manifeſtum eſt, Dei avidam animam in una libri hujusmodi Theodidacti pagina, plus divinæ lucis, vitæ,con-

filii, Solatii & Pacis invenire, quam vel in decem Postillis in folio, quibus aliisque fabulis aures purientes implent, & horas temerè & inutiliter consumere quærunt.

In omni Religione s. Secta.

39. Tertio in sequentibus videbimus, mysticos eam ob causam etiam ipsis quibusdam Pontificiis in odio fuisse, quod adversus communes eorum errores & abominationes seriò & ὡς ἐξουσίαν ἔχοντες testati sint: Quod interim vel in germanicis Tauleri, Susonis, Theresiæ aliorumque scriptis videre licebit; Itaque hi homines, ob hoc vel aliud alicujus Sectæ nomen, adeò non suspecti esse possunt, ut potius *primariis veritatis testibus & confessoribus veræ catholicæque Doctrinæ Christianæ*, ab eruditis annumerentur, prout ex *Flacii Catalogo testium veritatis*, *Centuriis Magdeburgicis*, *Mornæi Hist. Pap.* *Wolffii memorabilibus*, *Gerhardi Confessione Catholica*, aliisque libris constat. Cum & in omni gente, Religioneque, omni tempore tales reperti sint imitatores, qui Deum timuêre, & benè egere, atque ita Ipsi grati & accepti fuêre. Sic, ut jam (Soli Deo gloria) non solùm in Romano cætu, sed & in omni alia religione, natione, lingva & secta, homines ejusmodi reperiantur, qui mysticam ad occultam Dei sapientiam, viam eligunt, & frequentant; Quæ generalis veritas progressu temporis magis magisque se dilatabit & extendet, atque de omnium sectarum pertinacibus oppositionibus triumfos ducet.

40. My-

40. Mysticam verò Theologiam cum falso & perverso Hypocritarum, rationalistarum, & seculi filiorum Evangelio minime concordare, ex illorum oppositionibus patet, quæ illi plus boni testimonii & laudis, quam detrimenti confert. Quò autem discrimen verorum mysticorum & Pseudevangelicorum breviter & solidè oculis discernatur, illud ego ex theosophi cujusdam exercitati Epistolâ (qui simul quosdam mysticorum abusus & defectus sincerè annotavit) hunc allegabo. Differentia occultæ theologiæ, à falsô Evangeliô.

41. I. *Mystica Theologia* in ipso Deo fundata est, & per Christi *humanam* ad *divinam ejus naturam* penetrat: Pseudevangelium verò, in *humana* ejus natura acquiescit, & per passionem mortemq; ad divinam gloriam pergere non vult. Comparatio utriusque doctrinæ.

II. Illa *ex carne in Spiritum* ducit, & per mortem Christi & *resignationem* ad vitam abstractivam.

Hoc verò ex *Spiritu* in carnem, & per carnalem Christi nativitatem ad socialitatem.

III. Illa *continentem & introversam Spiritûs vitam* in lumine *occulti interni mundo* efficit.

Hoc *extravagantem*, *corporalem naturæ vitam*, *in manifesto*, *externo mundo & natura*.

IV. Illa *abutuntur* homines *propriâ activitate* & sponte electis *formis*.

Hoc *securitatem & reprobationem Spiritalis disciplinæ* adamat.

V. In illa volunt sæpiùs *Christo prævenire*, seque ipsos regenerare.

In hoc nunquam *ſequi*, aut *regenerari*,

VI. In illa Chriſtus ſæpè ceu *typus*, non autem ſimul ceu *donum* conſideratur.

In hoc verò ceu *donum*, nequaquam autem ceu typus.

VII. Attamen, qui in illâ excedunt, *Deo excedunt*.

In hoc juſto minus præſtatur & efficitur, & quidem *carni & mundo*.

Qui nam falſi ſint myſtici.

42. Hæc brevis & perſpicua utriusque materiæ propoſitio eſt, quæ in accurata & à partium ſtudiis aliena diſquiſitione & comparatione librorum utriusq; partis fundata reperitur. Quemadmodum autem malæ illæ theſes, conſequentiæ & fructus Pſeudevangelii, vero æternoque Evangelio Jeſu Chriſti minime obeſſe, nullumque opprobrium cauſari poſſunt: Sic etiam abuſus ex mala interpretatione quorundam Librorum myſticorum oborti, occultæ huic ſapientiæ nullum detrimentum inferre queunt. Cùm omninò & veri Myſtici, contra fucatos, ſimulatos, falſos & erroneos exclament: *Non diffitemur quosdam Pſeudomyſticos Doctores eſſe, qui barbara & inaudita quædam vocabulo confingentes, Myſticæ ſcientiæ fumum potius, quam veritatem venditant. Quis autem neſcit, unamquamque artem ſophiſtas ac ſycophantas ſuos habere, pluresque inveniri, qui videri potius, quam eſſe ſapientes velint.* &c. (s) Hoc quoque ſenſu jam in I. Parte Hiſtoriæ Ecclæſiaſticæ p. 379. admonitio facta eſt, in nonnullis ſcriptis myſticis multum mix-

tæ,

tæ, humanæ & inutilis latere materiæ. Discrimen verò & verissimæ notæ genuinorum falsorumque doctorum ex superioribus hujus theologiæ descriptionibus, petendæ sunt, quæ etiam ultrò, Spiritu Sancto omnia in corde revelante & vivificante, manifesta erunt.

(s) vid. *Carol. Hersent.* præf. Apol. ad Th. Myst. p.d.8.

43. Itaque Summa & conclusio omnium modò dictorum hæc manet: veram occultamque f. mysticam theologiam aut secretam Dei sapientiam, quâ dignos donat, accuratè longè & infinitè esse diversam ab omnibus per homines suppositis inventionibus, abusibus & imperfectionibus. Ex quo ulteriùs sequitur: Sacrosanctam ipsius Dei sapientiam & operationem per carissimas ejus gratias & revelationes, propriamque conscientiam frivolè lædi ab iis, qui veram theologiam mysticam, sub prætextu falsi enthusiasmi, Platonismi, Papismi aliorumve titulorum, traducunt, & blasphemant. Cum ipsimet hi Sophistæ (Sicuti Melancthon eos, qui Taulerum contemnebant, appellavit) fateri & ex scriptura edoceri debeant, omninò veram occultam sapientiam sive sublimem de mysteriis divininis dari doctrinam, eamque usque quaque ab æterna Dei bonitate dignis communicari. Sapientiam autem hanc illam esse, quæ à Scholasticis & Cosmosophis hactenus reprobata & convitiis traducta est; ex Antecessorum suorum exemplis, judæorum

Summa & Conclusio hujus materiæ.

Innocentia & puritas occultæ theologiæ.

& conditio inimicorum ejus

inquam

inquam Pharisæorum, Scribarum & Scholarcharum, qui Subſtantialem ſapientiam ipſum putâ Chriſtum, in ipſô ejusque diſcipulis contemtui exponebant, diſcere deberent.

44. Conſcientiâ quoque convicti, ipſimet iſti fatentur, omnibus in rebus uſum & per hominum negligentiam ſubreptos defectus ſive abuſum ab ipſa ſubſtantia ſollicitè diſtingvendos eſſe. Id quod etiam pro naturali æquitate hic fieri fas eſt. Inprimis cum hæc theologia in omni caſu ſe innocentem irreprehenſibilem, longèque aliter ac theologia Scholaſtica communis ſive vulgaris, exhibeat, etiam quatenus ab hominibus pertractatur. Non diſputat de verbis, non vanas & inutiles format quæſtiones, neminem hæreticum proclamat, nullam lædit conſcientiam, neminem ab doctrinam damnat, non præbendas, non voluptates, non gradus & titulos confert, & per hoc idem ab aliis per homines edoctis diſcernitur & infeſtatur. In ſumma: Et hodiè & ſemper talem (puram puta, ſanctam, innocentem, & divinam) ſe exhibet, qualem in antiquis credentibus ſe exhibuit.

CAPUT IX.

Hiſtoria de Principio ſeu Origine & progreſſu hujus theologiæ usque ad tempora novi Teſtamenti.

1. Illud

1 ILlud quod in fine præcedentis Capitis dictum est, veram nempè Theologiam mysticam in omnibus sanctis ab Adamo ipso fuisse, jam superius Cap. III. num. 5. &c. probatum est. Quippe ipsa Protestantium Doctorum verba & argumenta ibi allegata legi possunt, quæ hujus theologiæ originem ex universa scriptura ejusq; apertis verbis manifestè deducunt, quod nuperrimè adhuc *Dominus Köpkius* in sua *Theol. Mystica* prolixissimè præstitit. Unde omnino sequitur, hanc doctrinam quoad principium & substantiam suam, ipso divino verbo minimè recentiorem esse. Cum hoc (Verbum puta) præter prima de divina ad nostram salutem voluntate principia, nihil nisi talem Dei sapientiam, omnibus hominibus, ab Adamo ad nos usque, & in futurum adhuc, ad finem usque omnium seculorum, proposuerit, proponat & propositurum sit. Licet formalis & methodica expressio, propositionis modus aliæque externæ circumstantiæ non semper eædem apparuerint.

Origo Theologiæ mysticæ.

2. Cum itaque hæc antiquissima & Paradisiaca origo firma & immobilis sit; omni rationis impetu robustior & superior manebit: Jam, unde Historia de Theologiæ Mysticæ origine inchoanda sit apparet. Omninò autem illa, in primo Adami innocentiæ statu quærenda, quem scholastici promiscuè divinâ sapientiâ ceu primariâ imaginis Dei parte donatum fuisse tradunt; Hanc vero sapientiam nihil aliud fuisse, quam perfectam

Primum ejus initium.

Dei

Dei & agnitionem & communionem, ex Col. III. 20. Genesi II. 19. Eph. IV. 23. 24. Rom. IIX. 23. certum est. Licet igitur Adam per lapsum divinam imaginem amiserit, ex æterno tamen divini amoris decreto, sapientia se ipsi restituit, & unicam veramque hanc restaurationis viam commonstravit, quam & ipsa Scriptura Sacra proponit, quamque vera theologia mystica docet, prout in toto hoc opere explanatur, & jam in Historiæ Ecclesiasticæ Parte I. p. 379. annotatum est.

inAdamo ante & post lapsum.

3. Manifestum itaque est ex tota Patriarcharum & fidelium Historia, eos, qui nempè prioribus mundi millenariis duobus vixerint, quo tempore nulla adhuc lex lata, nullumque verbum scriptum esset, aliam ad salutem suam viam neque scivisse neque frequentavisse, quam hanc mysticam. Quæ ad talem puritatem, illuminationem, conversationem & amicam cum Deitate unionem ducit, quali Enoch, Noach, Abraham & cæteri fruebantur. Prolixius autem hoc est, quam ut omnibus suis partibus explanari possit: Cum & ipsa Scripturæ testimonia, ingenio omnia prudenter comparanti & perspicienti, nullum dubium relinquat.

ejus progressus in Patriarchis.

4. Illi autem homines, qui pro communi naturæ statu in pertinacia, voluntatibus & cupiditatibus tempus terunt; illi inquam ex comparatione suæ vitæ cum vita Patriarcha-

Probatio hujus argumenti de Sacro codice.

archarum discere possent, hos longè sublimiorem & diviniorem scivisse & calcavisse viam, quam promiscuè theologia Scholastica monstrat. *Quid quæso Patriarcharum Collocutio, Conversatio cum Deô, ejusque fruitio erat? quid Henochii cum Deo communio ejusque subsecutus raptus?* Genes. V. 22. 24. *Quid justi & perfecti mores?* cap. VI. 9. *Quid Abrahami continua conversatio coram Deo ejusque perfectio* (c. XVII. 1.) non minùs, quàm posterorum ejus, Isaaci Jacobi Josephi & reliquorum? *Quid Moysis familiaris Dei notitia & communio?* Certè hæc illorum praxis nihil aliud erat, quam perfectum earum rerum exercitium, quæ postea in sacra scriptura relata & ab omnibus mysticis tradita sunt, ita ut is summam suam cæcitatem & cordis duritiem manifestè proderet, qui hanc æqualitatem inficias ire vellet.

Ulterius incrementum per originem Bibliorum.

5. Postquam autem sequenter Sancti viri, & secreti Dei amici miracula & mysteria divinæ sapientiæ pennâ excipere inchoavêre: Hæc Dei sapientia tantô ulteriùs propalata & propagata est. Siquidem in Scriptis Mosis, Hiobi, Nehemiæ, Esdræ & aliorum, qui Historiam Israelis in Libris Samuelis Regum, Chronicorum delineârunt, innumerabilia testimonia, exempla & monumenta mysticæ hujus unionis cum Deo viæ cuique ejus avido lectori obvia erunt. Plurimùm eo tendunt omnia ferè Prophetarum ut & Davidis atque Salomonis scripta. Quorum in specie Psalmi & Canticum

per-

perſpicuos clarosque adeò hâc de re ſpirant ſermones, ut ſupervacaneum eſſet, multa adducere argumenta: Cum & in unaquaque materia myſtica omnia clariùs explicentur.

præprimis in Novo fœdere.

6. Externis autem traditionibus & Leviticô cultu per introductionem Novi Fœderis ſublatis, vera ad ſanctitatem viâ confirmatâ, Ebr. IIX. IX. judicatu jam facilè, ſummum agnitionis & communionis cum Deo gradum per Jeſum Chriſtum in Spiritu Sancto clarius & vehementius prorupiſſe. Quippe cum Chriſtiani jam fuerentur promisſionibus, ut in nova, vivaque via ceu veri Theologi Joh. VI, 45. Ebr. IIX. 11. 1. Theſſ. IV. 9. communionem cum Patre & Filio habere, 1. Joh. I, 3. &c. atque ita novum hominem induendo, in vera juſtitia & ſanctitate, juxta Creatoris ſui imaginem, coram, in & cum Deo ambulare & vivere poſſent.

ex ſcriptis Apoſtolis.

7. Et quoniam in novo Teſtamento totoque Evangelio myſtica hæc Theologia clarius & efficacius propoſita ſit. Non immeritô Prudentes *Apoſtolica Scripta* ejus *fontem* & *originem* appellarunt, quod adeò certum & indubitatum exiſtimant, ut fuſiori demonſtrationi non egeat; cum quivis verus Chriſtianus, omninò ſcire & capere debeat, quid Chriſtus ejusque Apoſtoli docuerint *de ſublimiori Dei cognitione*, & *gloria ejus in conſpectu Jeſu Chriſti, de regeneratione & nova Creatura, de occulta noſtra in Deum vita, de vita Chriſti in nobis, de impletione per ſanctum Spi-*

ritum,

ritum, de abnegatione sui ipsius, unione & communione divinæ naturæ, & quæ similia loquendi genera mystica in Novo Testamento occurrunt, quorum profundum sensum Theologi explicare solebant, prout certus quidam Author loquitur. Qui & calumniam esse æstimat, cum theologia hæc ob defectus quosdam subreptos accusetur: quorsum & opinio de Platonismo spectat, ut in sequentibus enodabitur.

a) *D. Rechenberg.* de Orig. Th. Myst. §. 13. & 16.

Num & gentibus nota fuerit.

8. Cum porrò Apostolorum & Prophetarum scripta etiam gentilibus innotescerent: Philosophos & imprimis Pythagoricos & Platonicos, ex iisdem ea, quæ ipsis plausibilia & grata essent, excerpsisse, suisque scriptis ingessisse, aliqui Doctorum conjiciunt. Quantum vero hoc in antiquitate fundatum sit, alibi prolixe videbimus. Hic notandum est, quod nemo negabit, à mundo condito, inter alias quoque gentes, licèt non Judæorum stirpe propagatas, semper quosdam vixisse sapientes, qui in dictis factisque suis talia protulerunt, aut etiam ipsa praxi in vita sua exhibuerunt, quæ dogmatibus Sacræ Scripturæ & Christianorum Mysticorum aliquo modo similia judicantur. Hinc inter christianos gemina hæc conclusio firmatur: Has materias vel ex lectione Sacræ Scripturæ, vel ex speciali revelatione & communione incorrupti Spiritus sancti, prout omnibus inest, ipsis innotuisse.

Objectio

9. Etiamsi vero vel illud pro veritate recipiatur: certum tamen ma-

contra originem theol. mysticæ.

net ex utraque sententia, mysticam Theologiam, non à Platonicis & gentilibus derivatam esse, sed potius hos ex mysticis & sanctis Judæorum scriptis theses suas petiisse. Atque ita falsa illa narratio ultrò evanescit, acsi vera theologia mystica alium sublimioremque aut antiquiorem originem non agnosceret, quam Platonicos aut alios, paucissimos tamen, medii ævi scriptores. Siquidem necessariò (juxta annotationem Cap. IIX. n. 42.) hic accuratum & optimè fundatum discrimen est ponendum, inter veram theologiam divinamque & occultam sapientiam, & inter traditiones ab hominibus suppositas. Hæ quidem nonnullis christianis Doctoribus primævæ Ecclesiæ in genere tribuuntur; illa verò, vi superiùs deducti argumenti, ex sublimiori oritur principio, nulloque tempore, nullâ hominum vel malitia vel infirmitate, obscurari & annihilari potuit.

Falsa de ea narratio.

10. Sic & communis quorundam partium studiosorum scriptorum relatio falsa est: Ac si mystica theologia tempore Apostasiæ sub Papatu prodiisset, in quantum nempè hoc nomine, fidelibus semper communicata divina sublimisque sapientia intelligitur. Externum enim proponendi modum prout postea, in hoc usque tempus describitur, ipsimet ejus antagonistæ concedunt, omninò ex antiquiore fonte, & quidem maximè Dionysio Areopagita ortum trahere. Quâ in causa Gisbertus Voëtius à Jacobo Thomasio refutatur: (b) Hoëtio verò Colbergius tamen suffragatur & consentit,

ſentit, atque ita mendacium mendaciô, calumniam calumniâ cumulat. (c) Nobis hic ſufficiet, à primo Eccleſiæ Principio tales detexiſſe Doctores, qui eâdem doctrina & expresſione uſi ſunt, quâ & myſtici. Siquidem absque omni controverſia ex hiſce certum erit, hanc Theologiam ab initio novi Fœderis, per omnia tempora, omnibus Sanctis & propinquioribus DEI amicis, familiarem & communem fuiſſe; etiamſi non ab omnibus ex profeſſo certove methodo aut perfectè pertractata ſit.

b) Orig. Hiſt. Philoſ. & Hiſt. Eccl. §. 52. p. 100. 101.
c) Im Platoniſchen Chriſtenthum P. I. cap. I. p. 60.

Vetus ejus progreſſus, ſub Christo & Apoſtolis.

11. Ex propriis Domini noſtri Jeſu Chriſti ejusque Apoſtolorum verbis & doctrina in toto tractatu monſtrabitur, eos præter chriſtianæ doctrinæ Principia, robuſtioribus ſolidiores cibos appoſuiſſe. Inprimis ex Pauli myſtico loquendi genere, ſimile quid num. 7. relatum eſt, cui reliquæ Apoſtolicæ Epiſtolæ apertè conſentiunt, prout in quavis & ſingula materia in ſpecie probabitur. Simul & ſublimia occultaque myſteria & miracula, quæ ſancta Jeſu Chriſti Apocalypſis, per Johannem deſcripta, de externo veræ DEI Eccleſiæ ſtatu, & de unius cujusque membri ſpeciali, interna & myſticâ manuductione proponit, nullus rationaliſta negare poteſt, eò quod hactenus omnes humanæ expoſitiones, & gloſſæ in eadem offenderint & pudore ſint confuſæ.

ac Apoſtolicis viris.

12. Apoſtolici autem viri & diſcipuli promiſcuè ponderoſas tales

doctrinas & expressiones adhibuerunt, quæ vulgaribus Theologis chimæræ intolerabiles videbantur. Cum verò de illorum scriptis, nihil ferè superstes sit, præter Clementis, Ignatii & Polycarpi epistolas, ex his tamen quædam allegabo loca, ex quibus cognosci poterit, Doctores hos non juxta determinatam scholasticam sapientiam, sed ex libertate & abyssu spiritûs, mystica mysticè & sublimiter proposuisse. Inprimis quidem Epistola Barnabæ tota & integra, mysteria redolet: Verùm eam ad propriam perlectionem & relectionem commendabo; Interim autem affirmare non detrecto, in eâ plus virtutis & mysteriorum latere, quam hactenus ab ullis cognitum sit. Scribit itaque Clemens de Christo, ceu essentiali Principio fundamento & fine omnis theologiæ: (pag. 100. edit. germ.) *Aspicimus per eum, ceu in speculo, irreprehensibilem & supersublimem DEI faciem: per eum Dominus nos immortalem suam agnitionem gustare fecit, qui est splendor Majestatis ejus.* Ignatius, *Jesum Christum ipsam DEI agnitionem appellat*, pag. 39. imò *veram sacram Scripturam* p. 30. & alibi fatetur: *Vivam in se scaturientem aquam sibi dicere. Veni ad Patrem!* p. 86.

De Subjectis theologiæ mysticæ, nempe de Christo in nobis.

13. Mysticæ verò hujus Theologiæ acquirendi modum & rationem Clemens sic exprimit: *Æternum verbum in intima animæ abysso occultatur* pag. 37. & Ignatius: *Verbum Jesu Christi totum possideri* (vel in se haberi) *oportet*, sic enim *silentium*

de interno ejus lumine

(συγὴ)

(φωνὴ) *ejus verè audiri, audiens verò perfectus esse potest.* pag. 86. Id quod Clemens, *divinæ cognitionis abyssum contemplari* appellat. pag. 105. Ignatius verò, *Apocalypsin Entis invisibilis*, p. 16. describit.

& Contemplatione.

14. Materiam mysticæ hujus doctrinæ Ignatius, propria experientia edoctus appellat, *res cœlestes, angelicas hierarchias, posita dominia visibilium & invisibilium.* Certitudinem verò eorum de se ipso indicat: *Spiritus meus non seducitur, à DEO enim eum accepi, is scit, unde venit, & quorsum pergit.* Clemens autem prærequisitam cordis puritatem p. 64. sic describit. *Volenti se ad DEUM convertere, DEUS suppeditat facultatem ad emendationem mentis. Ut ita in semetipso opus hoc excitet & per efficaciam sangvinis Christi efficiat, quod ei annatum sit*, ut loquitur Ignatius p. 24. *donec omnia demum ab illo vincula dissolvantur.* p. 62. Et hoc modo *perfectus evadat in fide, tanquam unà cum Christo crucifixus, atque per sangvinem ejus in charitate firma & solida in Christum fiducia corroboretur.* p. 2.

de sublimi scientia seu cognitione

& antecedente purgatione

15. De sublimiori autem mysticæ Theologiæ scopo, nempè de unione cum essentia divina Ignatius sic scripsit: *Verum Christi membrum Christum in corde gestat, & omnia in eo agit.* p. 27. 31. 32. *Enascitur simul cum capite suo & ad se suamque passionem vocatur.* p. 74. *Fides est vera Christi caro, & charitas est sangvis ejus & vita æterna, quam solam appetimus.*

de Unione

p. 72. item *Vera nostra vita est Christus Jesus, quo tanquam perfecta nostra spe & expectatione perfruimur.* pag. 10. *In eo etiam tandem Deificabimur & DEO similes sistemur*; & multas alias sublimes ejusmodi & insolentes mysticas locutiones ediderunt, quæ in materiis similibus alibi fusiùs citabuntur.

& Deificatione.

16. Ex II. Seculi Doctoribus quidem Scripta ejusmodi non amplius prostant, quæ propriè & principaliter doctrinas mysticas tractent. Siquidem Christianis tum temporis satis negotii facessebatur apologiis adversus persecutores suos, in quibus parùm mysticæ theologiæ proponebant. Passim tamen singulares quædam expressiones reperiuntur, quæ non ad communionem sed ad sublimiorem & mysticam docendi methodum spectant, & à Doctoribus & Magistris Scholasticis vix tolerantur & intelliguntur. E. g. sequentem, secundo hoc seculo, de necessaria ante illuminationem purgatione, ediderunt confessionem: *DEUS non ab omnibus cernitur, illi enim duntaxat ejus contemplatione fruuntur, quibus data est, nempe qui apertos afferunt oculos. Cor hominis purum putumque ceu pellucidum speculum esse oportet. Peccatis autem captus & refertus DEUM contemplari nequit; Et vitiis atque delictis implicatis DEUS non apparet, nisi antea ab omnibus se purgaverit.* (a)

De Progressu theol. Mysticæ Seculo II.

Testimonia de Purgatione.

a) *Theophilus Antiochenus* Apol. I. p. 70.

17. Ipsam purgationem cum proprietatibus & fructi-

fructibus suis sic delineabant: *Qui DEUM timet, adventum filii ejus credit, & divinum Spiritum per fidem in corde habet; meritò is purus, spiritualis & DEI patiens homo vocatur, habet enim Spiritum Patris, qui hominem purgat, & in vitam DEI elevat, licet enim caro debilis est, voluntarius tamen Spiritus testimonium à DEO sortitus est, qui etiam illud, quod incepit ad finem perducere potest:* (b) *Iidem hi sunt sacerdotale Dei genus, perfectum per Spiritum Dei, qui illos habitat.* (c) Quia *per Christum ad Deum regeniti* (d) *atque* ita non amplius talem habent faciem, qualem habuerunt, cum à Principio crearentur. (e) Sed per Christum denuo creati, sive juxta similitudinem Patris regeniti, & per acceptionem Veracis reparati sunt, ut confusio innata essentia jam immutata cernatur. (f)

b) *Irenæus* Lib. V. adv. Hær. c. ult.
c) *Justinus Martyr* Dial. cum Tryph. p. 247.
d) *Irenæus* Lib. II. c. 39.
e) *Barnab.* Ep. p. 14. 44.
f) *Justinus* Apol. II. & *Tatianus* Orat.. adv. Græcos pag. 145.

18. De illuminatione & præprimis de fundamento ejus & de subliimiori theologiæ gradu, sic prodiderunt: *DEUM qui vult agnoscere, ante omnia orare debet, ut luminis Portæ ipsi aperiantur, neque enim ab aliquibus perspicitur, atque intelligitur, præterquam si cui DEUS & Christus ejus concesserunt intelligentiam.* (g) *Hi enim in cordibus nostris fœdus pangunt, cum ad corda nostra recuperanda, nobis apparet.* (h) *Datus enim est nobis* Illuminatione

in legem aeternam & posteriorem, ac testamentum multò omnium firmissimae authoritatis, nunquam periturum, post quod nulla alia lex, nullum aliud praeceptum aut mandatum unquam futurum erit. (i) *Jam itaque nobis praeest assiduè Sermo divinus, & Regis nostri tessera circa divinas actiones, utpote vi sermonis in animam pervadente tibia pacifica, dum anima bellum movetur.* (k) *Veritas nos regit, gratia nos servat, pax nos tegit, opus divinum nos comitatur, Sapientia Christus nos docet, qui vera est vita, & solus Deus nobis dominatur.* &c. (l)

g) *Justinus Martyr* Dial. cum Tryphor. p. 225.
h) *Barnabas* Epist. p. 38.
i) *Justinus* l. c. p. 228. 346.
k) *Justinus* Apol. I. p. 40.
l) *Tatianus* l. c. p. 147.

& unione. 19. De unionis Mysterio, quantum illud coram gentibus eloqui licebat, sic scripserunt: *Deus verè nos habitat, tanquam domicilium suum, ipsemet in nobis vaticinatur, aperit nobis portas templi; &c.* (m) *Illum in homine apparere illumque inhabitare oportet, cor autem templum ejus esse debet.* (n) *Sempiternam namque & puram vitam concupiscentes, ad consvetudinem cum Deo, parente & opifice universorum, vivendi aspiramus, & ad Confessionem Christianam festinamus: persvasum habentes atque credentes, consequi hanc eos posse, qui factis ipsis Deo probant, se illum consectari, & vitae ejus consvetudinem adamare, in qua nullam adversariam persentire est pravitatem.* (o) Item de fructibus unionis hujus sic prodiderunt: *Qui in Doctrinâ*

ctrinâ Christi se exercent, iis suavissima contingit quies, & qui unctum Dei cognoscit, is ad perfectionem Dei ducitur. (p) *Efficacia enim Doctrinæ Christi, nos ex morti obnoxiis immortales, & Deos ex mortalibus facit.* (q) *Et homo præcepta Dei servans, immortalis evadit, & Deificatur.* &c. (r)

m) *Barnabas* l. c. p. 44.
n) *Idem* ibid.
o) *Justinus* Apol. II. p. 57.
p) *Idem* Dial. cum Tryph. p. 225.
q) *Idem* Apol. I. p. 40.
r) *Theophilus Antiochenus* Lib. II. Apol. p. 103.

20. Hîc vel myriades Locorum ex sequentium seculorum Patribus allegare possem, quæ non nisi ex Theologiæ mysticæ principiis intelligi & resolvi possent. Quandoquidem autem obvia erunt in opere peculiari, suâ nempè serie & argumento; Jam Historiam duntaxat Mysticorum & asceticorum Scriptorum ex reliquis Seculis pervestigabimus, ubi simul hujus Theologiæ Fata ventilabimus & inquiremus.

CAPUT X.

De Mystica Theologia Dionysii Areopagitæ.

I.

CUm itaque ex optimis documentis & scriptis manifestò explicatum sit, Mysticam Theologiam statim à primis Novi testamenti annis, per duo illa secula tractatam esse: Jam nostrum est, in Historia cœpta pergere. In quâ nobis obvia est causa Dionysii Areopagitæ, de

quo præter illa, quæ jam in Historia ecclesiastica extant, sequentia notare proderit.

Cur Dionysius non in seculum primum relatus sit.

2. Primò Authorem hunc Mysticum priori seculo inserere nolui, quia plerique Scholasticorum adeò ei adversantur, ut nullo modo eum Pauli Discipulum (cujus in Actis cap. XVII. mentio fit) & sic primævæ Ecclesiæ Doctorem agnoscere velint. Quapropter ad evitandam omnem disceptationem, eum ad ea usque tempora reservavi, quibus ipsimet illi scripta ejus innotuisse dicunt, circa quartum nempè aut quintum seculum. Ita ut ejus de *mystica Theologia* Tractatus Libris hujus ævi, pro sententia plurimorum, sint annumerandi, qui *mysticam hanc Theologiam*, certa quadam & explicita methodo notam reddiderunt, & quidem a primis seculis illis, quibus vulgò Doctores jam in deterius labebantur.

3. Secundò neque mihi neque Lectori tempus, varias disputationes, variasque de his libris opiniones (quæ tamen nihil nisi conjecturæ sunt) conferendo, multaque allegando consumam, sed eis, qui accuratius inquirere affectant, citatos in Historia Ecclesiastica Authores commendabo. Interim nobis hic brevis hujus Libri historia, consensu & antiquorum & recentiorum scriptorum (quorum plurimi hunc *mysticæ Theologiæ* tractatum, antiquissimum & pulcherrimum agnoscunt) approbata, sufficiet. Certò etiam Propositiones ejus & methodus & character omninò Apostolicus & divinus ab illuminatis reperitur, cum

eum ſimilia ſublimia & non vulgaria loquendi genera in Pauli, Johannis & Ignatii Scriptis occurrant. Hinc non improbabilis eſt, ratio illa, cur liber hic tamdiu latuerit; quoniam nempè mox Apoſtolis defunctis ſub repente Apoſtaſia Doctorum, talia ſcripta his intolerabilia erant, atque ita occulta ſervabantur, quæ incompertis & inexercitatis per ſe obſcura erant; Eamque ob cauſam & Euſebius & alii ea prætererunt, quod Maximus in Scholiis ſuis notat. Repetit quoque vir quidam eruditus, græcæ Eccleſiæ ſententiam probabilem, qua aſſeritur; hos libros vulgò ceu erroneos damnatos tam diu delituiſſe, usque dum tandem prorupiſſent. (a)

(a) *Jac. Uſſerius* ap. *Guil. Cave* Hiſt. Lit. p. 122. Conf. *Car. Herſentius* Comm. ad Theol. Myſt. p. 113.

Quando innotuerit.

Secundum teſtimonia Seculi IV.

4. Quam primum autem hæc Dionyſii Theologia Eccleſiæ innotuit, ſtatim & inter Doctores multos ſui amatores invenit. Poſtquam enim jam temporibus Euſebii ſatis ſuperque nota, & ab ipſo Gregorio Nazianzeno collaudata fuerat (prout quidam ex collatione utriusque Authoris phraſium notant, non minùs quam ex allegato in ejus Oratione 38. in deſcriptione τῶν Seraphim (b) id quod & promiſcuè ab ipſis Dionyſii Antagoniſtis aſſeritur.) Statim & alii eam inquiſiverunt, collaudaverunt & imitati ſunt. Quibus nonnulli hujusmodi Scriptorum, Juvenalem Hieroſolymitanum, qui jam tempore IVti Seculi floruit, item Andream Cæſarienſem; Ephræm Antio-

chiæ

chiæ Patriarcham, Johannem Philoponum, Johannem Nesteutam & Leontium, qui Seculo VIto vixêre (d) annumerant.

(b) *Jac. Billius* Lib. 1. observ. S. num. 23. *Balthas. Corderius* Disp. Apol. p. 489. *Sandæus* Theol. Myst. p. 646.
(c) *Joh. Pearson* in Vindiciis Ignat. Part. I. cap. 10.
(d) *Idem* ibid.

& quinti Seculi

5. Sic & supra memoratus Ephræm Dionysium hunc, ceu probatum Doctorem & testem contra Severianos in disputatione de unione utriusque in Christo naturæ, allegavit. (e) Quod idem & Leontius Byzantinus contra Nestorianos & Eutychianos fecit, cum illum *virum ævi Apostolorum* habuerit, (f) & alibi in serie *Apostolicorum virorum Ignatii* nempè, Irenæi, Clementis &c. eum locat, qui post Christi ascensum vixerunt. (g) Præteribo jam Isaacum Syrum in 4to adhuc seculo eum in Tractatu suo de Angelis citavisse. (h) Item Chrysostomum illum Apostolicis annumerare viris, & *cæli avem s. aquilam* (πετεινὸν τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃) appellare, (i) (quem locum eruditi ceu orthodoxum multis argumentis defendunt) (k) Maximum etiam testari, & Polycarpum in Epistola sua ad Athenienses, & Corinthiorum Episcopum Dionysium, hujus alterius Dionysii mentionem facere: quæ autem scripta amissa sunt. (l)

(l) *Caveus* l. c. p. 126.

(f) Lib. II. Contra *Nestor. & Eutych.* (g) Lib. de Sectis Action. III. (h) *Abrahamus* Ecchellensis Epistola ad Morinum (i) Homil. de Pseudoproph. & falsis Doctor. extante etiam inter opera *Ephræm Syri* p. 804. (k) *Petrus*

trus Halloix Apol. pro Operibus Dionyſ. init. (l) *S. Maximus* Proleg. ad Scholia in Dionyſ.

6. Non minus & clarus ille circa quinti ſeculi initium Antiochenorum Patriarcha, Anaſtaſius Sinaita Dionyſii teſtimonia allegavit, hoc encomio: *Inclytus ille & Apoſtolicus myſticus* (μύςης) *rerum divinarum Doctor, in ſuà ſanctà theologia:* (m) Sexto Seculo ex Latinis Patribus eum Gregorius M. citavit in Materia de Angelis, & quidem titulo *antiqui & venerandi Patris* (n) licet eum, cum linguæ græcæ ignarus fuerit, ipſemet non legerit. Eodem quoque ſeculo Johannes Scythopolita Scholiis quibusdam tractatum ejus illuſtravit: Quæ autem, notante Uſſerio in primis editionibus cum notis Maximi commixta ſunt. Septimo autem ſeculo clariſſimis ille Maximus non tantum prolixiora ſua addidit Scholia, ſed etiam Authoritatem ejus multis argumentis defendit & evicit. Appellat verò Dionyſium in Præfatione, athenienſem in Actis cap. XVII memoratum, & ſtatuit, illum â Paulo Athenienſium Epiſcopum eſſe conſtitutum, ac conqueritur ſimul, *multos ob imperitiam contemplationis divinæ, veritatem parùm inquirere, atque ſic neque Dionyſium æſtimare*, quem potiùs, cæcitate ſuà ſeducti, Hæreſeos accuſarent. Iterùm notat: Omnia Dionyſii opera Romæ aſſervata fuiſſe, ubi & alias refellit objectiones, inprimis autem urget, Sanctum ejusmodi ſcriptorem, qui tanta Dei myſteria delineaverit, ſub nomine ficto, frivolè ejusmodi materias fingere potuiſſe.

item Sexti,

Septimi,

(m) Coll.

(m) Contempl. Anag. in Hexaëm Lib. VII. init.
(n) Homil. 34. de Drachma perdita.

Octavi, 7. Septimò Seculo Martinus I. Episcopus Romanus, in Synodo Romæ contra hæreticos habita, Dionysium allegavit. Quod & Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus contra Monothelitas fecit, ubi eum *à Paulo convictum & à Deo consecratum virum* appellat (o) Seculo IIX. Concilium Nicenum II. ejus Authoritate nititur. Utitur eo etiam sæpissimè Joh. Damascenus, & insignit eum *divinum Areopagitam, sanctum & disertissimum atque in divinis rebus divitem & profundum Dionysium.* (x) Ex Latinis verò, Anno 767 Paulus Papa, Regi Pipino inter alios libros & Dionysii, græco sermone conscriptos donavit. (q) Anno autem 824. Græcorum Imperator Michael, Græcos authenticosque Dionysii Libros, Ludovico pio, Cæsari dono misit. Non minùs & Photius eum circa ea tempora *Pauli discipulum & testem Jesu Christi, Episcopum Atheniensium, magnum & sublimem quidem in sermone, majorem autem in contemplatione* appellavit, & alibi argumentorum Theodori, ab hôc pro scriptis ejus positorum mentionem quidem facit, sed non repetit. (r) Ex quibus videmus, Tractatus hos promiscuè magna authoritate & græcæ & latinæ Ecclesiæ fuisse.

(o) Synodi VItæ Actione XI.
(p) Lib. de iis, qui in fide quiescunt.
(q) Epistola 25. apud *Usserium*
(r) *Sigebertus* in Chronic. ad A. Christ. DCCC. XXIV. *Hilduinus* præf. ad Areop. *Photius* Biblioth. Codice. Imô & Cod. CCXXXI.

8. Papæ

8. Papæ Romani Agatho & Adrianus I. suo eum citavere ævo; & hic in Libro suo ad Carolum M. de Imaginibus latina ejus verba repetiit, ubi eum *virum Apostolicum* insignit. (s) Postquam autem hæc scripta galliam intrârunt, jussu Caroli Calvi primum ea circa annum fere 860, in latinum transtulit sermonem, Johannes Erigena Scotus, quanquam alii Hilduinum primum Translatorem statuant. Erigenam Scotum verò Anastasius Bibibliothecarius in Epistola sua ad eum laudat. Atque sic Author hic magis magisque innotuit, in primis cum caliginosis illis temporibus omnis christianæ doctrinæ verus sapor & gustus per carnalem Clerum prorsus evanuerat, animæ autem hominum melius quid esurirent & desiderarent. Hinc factum est, ut sequentibus seculis plures excitati, has excoluerint materias.

& Noni.

(s) Epist. ad Carol. M. Tom. III. Concilior. Epist. III. Cap. 36. Conf. de Joh. Scoto *Gvilielmus Malmesburiensis* Lib. II. de Gestis Angl. c. 4. *Usserius* Epistolis Hibern. Epist. 22. 23. p. 54.

9. Seculo decimo, Svidas idem de Dionysio prodit, quod jam antea ex aliis allegavimus, hæcque scripta verissima nominat, & dicit, *si quis sublimes eorum sermones & profundum sensum consideraret, non posset ea, ut humanæ rationis abortum culpare, quin potius spiritualem & divinam in iis virtutem cognosceret*: Narrat etiam Philosophos Athenienses, multa indè excerpta, ac si sua essent tradidisse. Eodem tempore & Simeon metaphrastes, vitam Dionysii prolixè descripsit, quanquam pro

Decimi;

more

more suo, multis additamentis. Quæ descriptio etiam separatim invenitur. (u) Undecimo autem seculo Euthymius Zigabenus græcus doctor, Dionysium sæpius in Panoplia sua citavit, & ejus verba non minùs ac reliquorum antiquissimorum Scriptorum, ceu testimonium christianæ doctrinæ accuratè repetiit.

Undecimi.

Seculo duodecimo nova Johannis Sarraceni prodiit translatio, unà cum Commentario Hugonis de S. Victore in Hierarchiam cœlestem, qui scriptor Dionysium etiam passim allegat, laudat & commendat, quod inferiùs videbimus.

Duodecimi.

(t) *Suidas* in Διονύσιος p. 714. (u) Vid. Edit. Corderiana p. 190. seqq.

10. Cum autem progressu temporis hæc doctrina magis magisque innotesceret, & alii ejusmodi Scriptores publici juris fiebant, qui Dionysium explicare & concinniorem reddere allaborabant: Inter Græcorum Doctores Georgius Pachymeres decimo tertio seculo, Paraphrasin in Opera ejus scripsit, quæ cum notis & Scholiis Maximi in plerisque editionibus extat. Apud latinos verò Thomas de Aquino explanationem Libri de divinis nominibus congerebat, & passim ejus testimonia in mysticis materiis adhibebat, quod in summa ejus theologica videre est. Scripsit etiam Thomas Vercellensis Abbas circa annum 1242. Commentarium in Dionysium, quem Prudentes ceu *facilem, intelligibilem & accuratum* commendant: (x) Ubi

Decimi tertii.

Decimi quarti.

etiam notant eum Johannis de Marisco Præceptorem fuisse, qui non minùs Paraphrasin in Dionysium conscripserit. Et paulò post Anno nempè 1250. *Robertus Grosthead*, vulgò ab Episcopatu suo Lincolniensis dictus, similem publicavit commentarium, qui unà cum antedicto superstes est. Hujus viri singularem Sanctitatem, Pietatem, Sapientiam & eruditionem Cave in Historia sua Lit. summoperè commendat, quæ tanta fuit, ut & ab omnibus Magus sit habitus.

(x) *Joh. Bona* de Script. ad Div. Psalm. Lit. A.
(y) *Pitseus* de Script. Angl. p. 336.

II. Posthæc plura in Dionysii gratiam prodiere scripta, cùm inprimis mystici & inter eos Dionysius Carthusianus, Albertus M. aliique specialibus tractatibus eum explanarent. Sequenti autem tempore hæc Opera contra adversarios eorum defenderunt, & simul multa ex parte enuclearunt, ac quidem seculo XV Cardinalis Bessario, quod Corderius narrat, (z) alii autem tacent. (a) Ambrosius Camaldulensis, sive Orator [quem Jacobus Thomasius fallò Calepinum appellat, qui tamen talia censere affectavit) eo tempore Interpretationem ejus prodidit, prout & alia antiqua explanavit. (b) Massilius autem Ficinus duos de divinis nominibus & Theol. mystica, libros elegantiori latinitatis stylo donavit, totumque in eos commentarium conscripsit, (c) Ioh. Picus Comes Mirandulanus non minus eum passim in suis scriptis commendavit, & Prudentibus svaviorem & acceptiorem reddidit. (d)

Decimi quinti.

(z) Disp. Apol. de Dionys. p. 490.

(a) Vid. *Bellarm.* de Script. Eccl. p. 224. *VVhartonus* Contin. Hist. Lit. Cavei p. 76.

(b) Vid. *G. J. Vossium* Lib. III. de Hist. Latinis cap. 5. pag. 556.

(c) Titulus est, *Dionysii Areopagitæ translatio, cum suis argumentis.* edit. Francof. 1502.

(d) Vid. inprimis Librum de Ente & uno.

Decimi sexti.

12. Plura autem hâc de re sequenti seculo prodierunt, quo Joachimus Perionius novam edidit Versionem: De quô hortantur prudentes, quod elegantiæ sermonis sese mancipans, verum ubique sensum non attenderit, pro more nempè Scholasticorum: (e) Jacobus Faber Stapulensis mox ab initio Seculi Notas in eum edidit, quæ admodum modestæ, elegantes & solidæ inveniuntur, non minus ac reliqua Viri hujus Scripta. (f) Gvilielmus Budæus Græcum quoddam Dionysii Manuscriptum, pro summa sua eruditione correxit, notasque addidit, quæ postea publici juris fiebant. (g) Etiamsi quoque eo tempore Laurentius Valla (h) & Erasmus [uterque literatus, & ideò spiritualia spiritualiter rectè discernere incapaces] scripta hæc in dubium vocare conarentur: (i) Nihilò minus multi tamen eruditorum contrariam defendebant sententiam, novasque editiones promovere allaborabant. Ut taceam alios ea copiosè citavisse, inter hos sunt Lilius Gregorius Gyraldus, Gilbertus, Genebrandus, Arnoldus Pontacus: L. Cælius Rhodiginus, Billius, Budæus, multique alii ejus ævi Scriptores; Imò & Lutherus eò ipso, quo theologiam teutonicam in præfatione laudavit,

vit, [quæ in 8. capite Dionysii, ceu Sancti Hominis ad Timotheum verba, ejusque Paraphrastem citat, & ex iis demonstrat, hominem supra omnes res & agnitionem venire posse] & Dionysium optimis quibusvis annumeravit theologis.

(e) *Carolus Hersentius* Comm. ad Dion. Th. M. Cap. I. pag. 74.

(f) Argentorati 1502. in 4to maj.

(g) Parisiis ap. Gvilielm. Morelium 1562. 8vo.

(h) Annot. in Act. Apost. c. XVII. p. 23.

(i) Annot. ad Act. Apost. 331. ad Cap. 17.

Dionysii editiones.

13. Ut verò horum scriptorum Historia aliquatenus sufficiat, quotquot mihi obviæ fuêre editiones eorum, suâ narrabo serie. Prima, quæ mihi ad manus venit editio, hoc titulo insignita est: *Opera Dionysii Veteris & novæ translationis, etiam novissimæ Massilii Ficini, cum Commentariis Hugonis, Alberti, Thomæ, Ambrosii Oratoris, Lincolniensis & Vercellensis.* Argentorati 1503. fol. min. Postea ex versione *Johannis Scoti* cum Commentariis *Dionysii Carthusiani* Coloniæ 1536. Quarta *græcè*, Florentiæ 1516. 8vo & Basileæ 1539. Venetiis 1539. Parisiis 1562. in 8vo per Gvilielmum Morelium, cum Scholiis Maximi & Pachymeris paraphrasi.

Latinæ

14. Latinarum editionum prima ab aliis asseritur *Ambrosii Camaldulensis* Argentorati 1498. & eodem anno parisiensis *Jacobi Fabri:* Iterum Coloniensis *Joh. Scoti Sarraceni, Ficini* & aliorum 1546. item *Peronii* Colon. 1557. ut & Paris. 1567. & Lugduni 1585. Item Argentor. 1546. per Conradum Clum-

ſerum. Pariſiis cum Sholiis *F. Daby* 1569. 8vo

& recentiores. Seculo decimo ſeptimo innotuerunt *Petri Lanſelii* Græca & Latina editio Pariſ. 1615. in fol. *Caroli Herſentii Theol. Myſt.* cum apparatu, interpretatione, Notis, Commentariis & Paraphraſi, Pariſiis. 1626. in 8vo. *Balthaſaris Corderii* elegans editio, cum græcis Maximi ſcholiis & Paraphraſi Pachymeræ cum notis theologicis, Iſagoge in Theol. Myſt. Scriptoribus vitæ, Operum Vindicus & verborum difficiliorum onomaſtico, Antwerpiæ 1634 fol. & tandem Pariſienſis cum *Joh. Chaumontii* Defenſione Areopagitæ. Pariſ. 1644. fol.

Judicia Proteſtantium de eis. 15. Copia hæc & multitudo editionum & Explicationum ſ. Commentariorum, ad minimum indicare poſſet, quantum myſtica hujus viri doctrina, quovis tempore ſit adamata & recepta. Reſtat autem paucis adhuc narrare, quod à Proteſtantibus Encomium retulerit. Primò autem, ſcitu opus eſt, hos (Proteſtantes putà) inchoata ſemel adverſus Romano-catholicos, lite, diſputationeque, partim pro intereſſe ſuo aliter non potuiſſe, quam hæc & ſimilia antiqua ſcripta poſthabere vel poſt ponere, ſolaque Biblia præ ſe ferre: partim etiam ob innumerabiles verbales literalesque diſputationes, parùm internæ & abſtractivæ huic docendi methodo attendere potuiſſe, quæ nempè quietam abſtractam & pacificam requirat vitam. Ne dicam ipſos plerumque ſeculari aut mundano externoque vivendi genere,

genere, his rebus minime quadrante, involutos esse.

16. Nihilominùs ad modum modestè eorum de his scriptis Confessiones inveniuntur, quibus frivola & invida multorum judicia pudefiunt & annihilantur, ipsemet quidem Lutherus, initio unà cum theologia teutonica Dionysium in eâ citatum approbavit, postea verò Librum Dionysii ideò commendare noluit, ne ingenia legentium inflarentur, & monet, neminem se ideò Theologum debere æstimare, quod librum hunc legat, intelligat, aut doceat. Addit tamen, *verum fieri Theologum, per veram vitam, imò per mortem & condemnationem :* Id quod omninò fundamentum & Principium Theologiæ Mysticæ est. (k) Sociorum autem ejus de hoc Libro judicium, inferiùs in Mysticis reliquis videbimus. *Martinus Chemnitius* promiscuè scripta Dionysii ad minimum ideò lectu necessaria æstimavit, ut videamus, eò tempore ceremonias nuda fuisse signa, (l) *Wolffgangus Seberus, Superintendens Schleusingensis* [cujus Hortulus Biblicus sæpissimè editus, & per Doctoris Hüllsemanni commendationem approbatus est] in præfatione expressè illud ex Dionysio testimonium ceu orthodoxum allegat, in quo hic sancti Apostoli Bartholomæi verba repetit. *Theologiam, nempè variam, atque Evangelium & prolixum & compendiosum esse.* (m)

Judicium Lutheri.

Aliorumque Lutheranorum.

(k) Tom. II. Altenb. p. 601. a.

(l) Orat. de Lect. Patr.

 (m) Præt.

(m) Præt. p. 3. Edit. Lut. 1664. Vid. *D. Joh. Hülsemanni* Meth. Stud. Theol. pag. 239. 248. ubi Hortulum hunc ad ungvem ediſcendum ſvadet.

Singulare Dionyſii encomium.

17. Inclytus alius Doctor & Superintendens generalis Lutheranus, *Dionyſium optimum, & ob antiquitatem ac pietatem æſtimandum Scriptorem, ejusque Scripta pretioſa, & quaſi multis fidei gemmis & coronis ornata judicat*, &c. (n) Alius verò Theologus ſic prodidit: *Argumenta aliorum tantum apud me valere non poſſunt, ut majeſtatem, ſublimitatemqae tantarum & tam ſublimium materiarum, quales divino actus Spiritu Dionyſius hîc ſtylo, viro magno & Apoſtolico digno expresſit, ullo modo rejiciam, mendaciique ſcriptorem hunc divinisſimum arguam, qui in ſeculo ſexto vivens ea, quæ Pauli & Chriſti tempore acta fuerint, oculis ſuis vidiſſe; tam effronti audaciâ aſſereret.* Ubi etiam ad objectiones ex ſilentio Euſebii & Hieronymi motas reſpondet, & Dionyſii Propoſitum, myſteria ſua nempè impiis occultandi approbat. (o)

(n) *D. Joach. Hildebrandus* Art. Mor. p. 91.
(o) *D. Joh. wilhelm. Peterſen* Nub. Teſt. Verit. Lib. II. p. 64.

apud Reformatos.

18. E Reformatis non minus multi nullâ oppoſitionis habita ratione, clari Authores ad minimùm confeſſi ſunt: *Dionyſium antiquisſimum & elegantisſimum, & lectu dignisſimum, multaque in parte abuſibus Pontificiorum contrarium.* (p) Item "Authorem hunc antiquisſimum eſſe, etiam ex "forma rituum eccleſiaſticorum apparere, in qui-

"bus

"bus nempè de Sacra Cœna orthodoxa probe-"tur opinio &c. (q) Hinc videre licebit unamquamque Sectam, ſua de Patribus Eccleſiæ effata, ſuis duntaxat præjudiciis coaptare, & ideò antiquisſima ſcripta priùs non recipere niſi quatenus diſputationibus & litibus eorum inſerviant. Cùm autem Dionyſius aliique hujusmodi nihil ad eas conferant, non poterunt non paucisſimis arridere.

(p) *Iſaacus Caſaubonus* in Myſtic. ap. *Cave* l. c. p. 125. & Exerc. XVI. ad Baron. p. 498. (q) *Abrahamus Scultetus* Part. I. Med. Pat. p. 437. 439.

19. Contradictiones autem duobus hiſce ultimis ſeculis publicatæ propoſito noſtro prolixiores ſunt, & unà cum reſponſionibus ſpecialem exigunt librum: Noſtrum autem non eſt, circa talia demorari, cum ſtatuerimus Hiſtoriam duntaxat ob oculos ponere, omni autem modo lites diſputationesque has vitare. Cupidus Lector, cui tempus non adeò carum aut rarum eſſe ſolet, evolvere poterit *Dallæi* contra talia ſcripta librum, [qui autem ab ipſis ſuis confratribus quantum ad tempus, refutatur, uti legitur apud Caveum] item *Rivetum*, *Whitakerum*, *Scultetum* & alios. Sequentes autem eum ceu orthodoxum defenderunt: *Petrus* nempè *Halloixius*, in Vita & in quæſtionibus, ſeu Apologia, *Martinus Delrio* in Vindiciis Areopagiticis, *Petrus Lansſelius*, Diſput. Apologetic. *Balthaſar. Corderius*, Obſerv. General. in Dionyſ.

Authores de Dionyſio, contra & pro

Argumenta probantia, pro libris Dionysii.

20. Jam Historicè tantùm memoratas utriusque partes rationes complectemur, ut illuminatus quivis & pius Lector per Spiritum Discretionis in amore Veritatis, ipsemet conclusum facere queat: cæterùm omni lite & disputatione supersedebimus. Illi itaque, qui Dionysii mysticam theologiam omnino primi Paulini Discipuli, juxta Act. XVII, 33. scriptum tradunt, sequentia producunt argumenta,

1. De Materia & Stylo.

21. 1. Quia omnis expressio & Stylus sublimis adeò & divini amoris motivis & mysteriis plenus sit, ut sæpiùs ille in Cælum quasi raptus, & præ amore divino ecstaticus factus fuerit, id quod viri hujus summam intimamque cum Deo communionem "denotet. Hoc autem sic explanant: Et verba "& materiæ autorem, magnum produnt Philoso-"phum, fervidum theologum, sublimibus his my-"steriis aptum, Pauli discipulum. Tam altè sur-"sum fertur, ut præ admiratione in nova & singu-"laria verba erumpat, quo ineffabilia hæc aliquan-"tum duntaxat exprimat, inque suis meditationi-"bus infinitè adeò elevatur, ut Hugo de S. Victore "non absque ratione existimet, ea, quæ de Sera-"phim scripserit, Angelum locutum fuisse, Svidas "autem verba illa sublimiori cuidam imputaverit.

2. De nominibus informatorum & Doctorum ejus, nempè

22. 2. Quia nullius Doctoris aliùs, qui fortè ævô post Apostolos vixerit, sed suorum duntaxat Præceptorum ejusdem Seculi mentionem facit, seque expressis verbis Pauli Apo-

Apostoli discipulum nuncupat, & ad Titum & Timotheum, non minus quoque ad Johannem, cui liberationem ex Pathmo & reditum in Asiam prædixerat, literas scripsit.

Apostolorum.

23. 3. Quia Dionysius Alexandrinus suo jam seculo Scholia in ejus librum scripserit, teste S. Maximo in Scholiis ad Cap. V. Cælest. Hier. & 4to. Quia hæc scripta à tot seculis retrò huic Dionysio addicta sunt, licèt quidam antiquorum, absque ratione tamen, conjecturam fecerint, eorum vel Dionysium Corinthium, vel Alexandrinum vel etiam Apollinarem Authorem fuisse, contrariam verò sententiam eruditi, dudum jam vindicavêre. 5. Quia & Gregorius M. eum ceu *antiquum & reverendum Patrem* citat, undè demonstratur, hæc scripta, post diuturnam suppressionem, Romæ tandem inventa esse, de quo supra. 6to tandem, Quia hic author aliàs manifestus mendax & Sycophanta esset, qui sub nomine ficto Sancta talia, divina, sublimiaque rationi prorsus ignota detexisset: Hæc autem sunt inter se pugnantia, cum notum sit, Authorem hunc ad modum diviné, pié & excellenter scribere.

3. De Paraphrasi in illum Veterum Authorem, &

4. de testimoniis Antiquorum.

5. Præprimis Gregorii Magni.

24. Nunc & contradicentia audiemus argumenta, & quidem breviter responsiones passim obvias attingendo. 1. Asserunt: Stylum non simplicem & planum, sed nimiùm affe-

Objectiones contra eum,

1. à Sublimi Stylo.

affectatum, inflatum & argutum & adeò minimè Apoſtolicum eſſe. Ad quod Myſtici ex primò ſuperiùs allegato argumento reſpondent. Non illuminatum, merè naturalem hominem, minimè aliter judicare poſſe: è contrario omnes Theodidactos confiteri, verbis Dionyſii nihil ſimplicius nihil clarius eſſe, & quidem, non ut humilia & vilia in materiis levibus uſitata, adhibeat, ſed ejusmodi ſimplicia, quibus ſublimia propriis, aptis, magnis, convenientibusque verbis dignè exprimi poſſunt. Cum enim Author hic divina & cœleſtia accuratè perſpexerit, ſuumque de iis conceptum aliquomodo publicare voluerit, ſufficientia tamen verba invenire non potuerit; neceſſario novis verbis in novis & incomprehenſibilibus rebus uti debuit: Stylum etiam minimè affectatum aut inflatum eſſe: cum materias ſecundum eſſentiam earum exprimere ſtuduerit, nullum autem in iis dolum quæſiverit. Si vilia, contemnendaque ſic delineaviſſet, Stylum omnino affectatum dici poſſe. In his autem Materiis ſublimibus, non alio modo locutum eum eſſe, ac ipſum Paulum in ſimilibus materiis, inprimis Epiſt. 2. ad Corinth. cujus ſtylus, quod notum eſt, præ reliquorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum, ſingulare quid præ ſe fert. Si præterea objicitur, Dionyſium duntaxat inſolentibus his verbis incœpiſſe: *O Supernaturalis, ſuperdivina, ſuperbona Trinitas;* reponuntur ab amatoribus ejus, verba Auguſtini, qui etiam ita loquitur, & nihilominus orthodoxus ſit habitus: Hæc autem ſunt verba ejus. Libro

ſoli

ſoliloquiorum Cap. 31. num. 10. *ô Trinitas! ſola tibi quidem nota es, o ſancta, ſuperadmirabilis, & ſuperinenarrabilis, ſuperinaccesſibilis, ſuper incomprehenſibilis, ſuperintelligibilis, ſuper eſſentialis, ſupereſſentialiter exſuperans omnem ſenſum, omnem rationem, omnem intellectum, quam neque dicere, neque cogitare, neque intelligere, neque cognoſcere posſibile eſt, etiam oculis ſanctorum* &c. Quæ & ſimilia verba minimè iis à Prudentibus exprobari queunt, qui abyſſum ſive profunditatem & ſublimitatem incomprehenſibilis divinæ eſſentiæ in Spiritu contemplantur, & ſic ſufficientia verba invenire non poſſunt, quibus conceptum ſuum libenter exponerent.

25. Secunda objectio eſt: Quod neque Patres primi ævi, neque Euſebius aut Hieronymus horum ſcriptorum mentionem fecerint. E contrario reſpondent hi: Illos eorum mentionem facere, nec voluiſſe, nec potuiſſe, Hoc, quia hæc ſcripta omnibus ad manum non fuêre, quod & cum aliis accidit. Illud 1. quia juxta ipſius Authoris monitum & deſiderium ea libenter occultarint; 2. Quia Doctores primævi non facile alios Authores, quam ſacram ſcripturam citare ſolebant; inprimis autem tales præteribant, qui controverſias non tractarunt, qualis & Dionyſius fuit. Antiquus Pater Maximus ſeptimo jam Seculo ſic ad hanc reſpondit objectionem: Origenes nunquam Authores citavit, & vix quatuor in omnibus ſuis operibus. Euſebius autem & alios emiſit,

de Silentio Patrum.

Hyme-

Hymenæum nempè Narcissum & reliquos; Interim multi è Nazianzeno, Athanasio, aliisque probarunt, eos Dionysium imitatos fuisse, & aliquid ex eo exerpsisse, prout supra num. 4. &c. videre est. Licet hunc non magis, quam Ignatium, Clementem, & alios nominaverint: Hinc Conclusionem istam falsam judicant: Dionysius primùm seculo quinto innotuit, ergò antea non exstitit. Cum & ipse Eusebius Lib. V. Hist. c. 26. fateatur, multos se scriptores prætermisisse, quos vel nesciverit, vel quorum nomina Libris suis præfixa non fuerint: Vice versâ idem hoc argumentum etiam in eos retorquent, qui Apollinarem quendam Authorem statuunt, cujus nec Eusebius, nec Hieronymus faciant mentionem, teste ipsò Erasmo.

26. Tertia objectio est: In Libro de Hierarchia Eccesiastica commemorantur ceremoniæ, multique ritus, qui primo ævo minimè in usu esse potuerunt. Ubi quidem Pontificii concedere nolunt, nullos ritus ex veteri testamento notos fuisse: Alii autem non negant, ceremonias has recentiores, & post primum seculum usitatas fuisse: Et ideò hunc librum vel depravatum judicant, vel ejus materiam spirituali & mystico modo explicandam & applicandam esse censent, ut interni nempè actus & effectus Spiritus Sancti iisdem denotentur. Quod autem in specie ad memoratam in eo libro defunctorum Christianorum unctionem attinet, eam ex moribus Hebræorum deducunt, cujus nempè & in Novo Testamento, in Historia Mariæ

3. de Ceremoniis.

riæ Magdalenæ & alibi mentio fiat. Intercessionem verò pro defunctis ex testimoniis Patrum probare nituntur, e. g. ex Tertulliano de Corona Milit. c. 3. Cypriano Epist. 66. &c. Materiam autem de Solitariis in illo libro delineatam ad primos solitarios sive Therapeutas referunt, quos à notis sequenti tempore monachis, longè alios fuisse asserunt; De omnibus autem hisce materiis suo loco fusiùs disputabitur. Reliquos ibi narratos actus, numerô adeò paucos esse tradunt, ut hunc librum ideò non magis condemnandum esse æstiment, ac Tertulliani, Cypriani aliorumque scripta, in quibus eò plura de ejusmodi Materiis leguntur, quo majus incrementum hi ritus indies ceperint.

27. Quarta objectio ab eadem materia petita est; & inprimis ab Abrahamo Sculteto admodum ridi-"culè & temerarie prolata. Sic enim in medulla "sua Patrum l.c. scribit. In Libro cælestis Hierar-"chiæ, narrat Dionysius cæli supellectilem, & sub-"sellia Angelorum admodum rarè & fallò, & ferè "inventarium de iis confecit. Circa has expressiones, Dionysii Amatores admodum admirati sunt cæcitatem & impudentiam hujus viri. Cum neque Supellectilis, neque Scamnorum in eodem Libro ulla mentio facta sit, sed tantum officiorum & ordinum Angelicorum, quibus nec supellectili nec inventario opus sit. Rursus eidem huic [Sculteto] falsam hanc de Angelis narrationem esse probare, conanti, Hi respondent, & qui-

4. De cælestibus materiis.

Præcipuè circa Angelos.

quidem 1. ad Locum 2. Cor. XII. v. 4. ubi Paulus verborum ineffabilium mentionem facit, quæ quidem audiverit, referre autem non potuerit: Dionyſius verò ejusmodi rerum, quæ omnino effabilia ſunt, & non ad ſummum illud profunditatis, ſive abysſi Deitatis myſterium pertinent, cum nomina Angelorum omnia in Sacro Codice commemorentur, & Johannes in Apocalypſi ſuâ longè ſublimiora ex Cælo myſteria revelaverit, ac Dionyſius, verba talia audiverit, quæ iterum effatus eſt. Cap. I. III. IV. V. VI. &c. Dionyſium autem nomina Angelorum etiam ex ipſa ſacra Scriptura enucleare potuiſſe, probant ex Loco Gregorii Magni Homil. in Evangelia XXXIV. qui idem hoc, eodem modo exhibuerit, prout alibi cum hanc tractabimus materiam, perſpicuum erit. Alios verò e. g. Bernardum in concionibus ſuis ordines obiter tantum commemoraviſſe, & hac in re Dionyſium non admodum imitatos fuiſſe, cum tantum homileticè, & non ex profeſſo & didacticè ea delineaverint, prout hic, & poſt eum Damaſcenus & Thomas Aquinas. Cum porrò Scultetus aliique Irenæum citant, acſi hic Lib. I. cap. 55. hierarchias has ſtolidas, judicaverit! Hi aſſerunt, verba hæc, non ita in eo inveniri, ſed ipſummet mentionem facere cap. 54. & 55. quorundam Angelicorum ordinum, eosque approbat, & juxta apertum textus ſenſum, Æonas duntaxat Valentinianorum & Marcionitarum damnat. Auguſtino quoque in Enchiridio ad Laurentium cap. 58. ſcribenti, ſe ordinem Angelorum non noviſſe; reſpondent amatores Dionyſii. Hoc non obeſſe,

ſed

ſed ſufficere, alios Doctores eum ſciviſſe, cum Auguſtinus omnia ſcire non potuerit.

28. Quinto objicitur. Dionyſium Timotheum (παῖδα) filium ſuum appellare, cum tamen ſine dubio æqualis ei fuerit. Hi autem reſpondent, Dionyſium omninò (teſtantibus Actis Apoſtolorum) ſenem venerandumque fuiſſe Senatorem, cum converteretur, quod & Maximus in Scholiis ad Cap. II. Hier. Cæleſti affirmat, è contrario ipſummet Paulum juventutis Thimothei mentionem facere, ut ita non ineptè in comparatione ad Dionyſium, pro illius ævi loquendi more παῖς, i. e. juvenis ſive filius nominari potuerit: Sextò objicitur, quod multos anteceſſores & Doctores indicaverit, cum tamen ſi Apoſtolos excipias pauci eò tempore fuerint: Reſpondent autem ad hoc; Dionyſium neminem indicare niſi Paulum & Timotheum, & in genere tantùm Theologos & Patres; hoc autem nomine ſacri Codicis Authores eum intelligere, quod ex omnibus ejus verbis aliisque circumſtantiis negari nequeat, inprimis ex libro de cœleſti Hierarchia. Cap. 2. 3.5.8. ubi veteres Prophetas, Moſen, Davidem, Ezechielem &c. τοὺς θεολόγους ſive Doctores Dei, Theodidactos nominat, quo nomine & Juſtinus Magiſtrum noſtrum, ipſum Jeſum Chriſtum inſigniat. Apol. ad Anton. Imperat.

5. de Deſcriptione Timothei.

6. de Mentione aliorum Doctorum factâ.

7. De Citatione Verborum Ignatii

29. Septimo opponitur: Illum Lib. de divin. Nom. c.4. Ignatii verba ex Epist. 7. ad Romanos citare: *Amor meus crucifixus*, cum tamen Ignatius tempore Domitiani jam mortuus fuerit. Ad quod 1. Respondetur. Ignatium Adone Viennensi una cum aliis Chronologis testante, Adriano imperante defunctum esse, atque ita Dionysium ipsi superstitem esse potuisse. 2. negant apertè, hæc verba à Dionysio scripta esse, sed affirmant, ab inscio quodam in describendo aliquando inserta esse, qui ea forte in margine nota invenerit. Hoc ex tota textûs connexione probant, cum inprimis hæc Ignatii Verba, inter duo dicta Biblica inserta extent, Quod Dionysius nequaquam fecisset, sed hoc testimonium illis postposuisset.

8. De interdictione cōmunicationis horum Scriptorum.

Octavam objectionem superiùs Cap. IV. n. 28. jam refutatam vidimus, quâ Libri hi ideò heterodoxi putantur, quia Author horum Cap. I. Hier. Eccl. interdixerit, eosdem omnibus communicare. Cum tamen alii ex Matth. VII. 6. probent, hanc eandem, Christum circa Mysteria habuisse, sententiam, quem reliqui Doctores imitati sunt. e. g. *Clemens* Alex. Lib. 1. Strom. Init. *Origenes* Hom. I. in Ezech. *Cyrillus Hieros.* In Procatech. *Basilius M.* de Spir. S. cap. 27. *Ambrosius* & alii.

9. De Pædobaptismo.

30. Nona objectio ex verbis Dionysii petitur, quibus in fine Hierarch. Eccl. *Pædobaptismum veterem*

rem traditionem vocat: Hæc autem dicta sic ex græco textu ab aliis explanantur: Apostolos infantes baptisari permisisse, hocque primam traditionem (ἀρχαῖαν παράδοσιν) 2. Thess. II, 14. *Deiformium Initiatorum & Ducum* esse. A quibus eam sequentes Doctores e. g. Hierotheus, Justus, Antipas, & alii didicissent & iterum docuissent; Hæ itaque sunt vulgò notæ objectiones contra Dionysii hujus scripta, unà cum refutationibus seu responsionibus, quas in Historia brevibus narrare necessarium esse duxi, avidoque Lectori dijudicandas committo. Non enim mens mihi est, cum ullo uspiam de iis ulteriùs controvertendi, seriò autem precor, ut omnes naturalem suam pertinaciam & hæreticam, impuramque rationem abnegent, divinæ autem veritati duntaxat locum dent, absque ullo Personarum respectu, quisquis etiam hoc vel illud dixerit. Sic enim vera Dei pax per simplicitatem fidei gubernare nosque in dulcissima cum Deo communione per Jesum Christum in virtute Spiritus Sancti conservare potest.

CAPUT XI.

De Ulteriori progressu Mysticæ theologiæ sequentibus seculis usque ad Annum MD.

I.

NUnc ad inceptum ordinem redeundum est, & videndum, mysticam theologiam etiam ipso a- Num & quomodo Theo- posta-

(m) Præt. p. 3. Edit. Lut. 1664. Vid. *D. Joh. Hülsemanni* Meth. Stud. Theol. pag. 239. 248. ubi Hortulum hunc ad ungvem ediſcendum ſvadet.

Singulare Dionyſii encomium.

17. Inclytus alius Doctor & Superintendens generalis Lutheranus, *Dionyſium optimum, & ob antiquitatem ac pietatem æſtimandum Scriptorem, ejusque Scripta pretioſa, & quaſi multis fidei gemmis & coronis ornata judicat.* &c. (n) Alius verò Theologus ſic prodidit: *Argumenta aliorum tantum apud me valere non poſſunt, ut majeſtatem, ſublimitatemqae tantarum & tam ſublimium materiarum, quales divino actus Spiritu Dionyſius hîc ſtylo, viro magno & Apoſtolico digno expreſsit, ullo modo rejiciam, mendaciique ſcriptorem hunc diviniſſimum arguam, qui in ſeculo ſexto vivens ea, quæ Pauli & Chriſti tempore acta fuerint, oculis ſuis vidiſſe; tam effronti audaciâ aſſereret.* Ubi etiam ad objectiones ex ſilentio Euſebii & Hieronymi motas reſpondet, & Dionyſii Propoſitum, myſteria ſua nempè impiis occultandi approbat. (o)

(u) *D. Joach. Hildebrandus* Art. Mor. p. 91.
(o) *D. Joh. wilhelm. Peterſen* Nub. Teſt. Verit. Lib. II. p. 64.

apud Reformatos.

18. E Reformatis non minus multi nullà oppoſitionis habita ratione, clari Authores ad minimùm confeſſi ſunt: *Dionyſium antiquisſimum & elegantisſimum, & lectu dignisſimum, multaque in parte abuſibus Pontificiorum contrarium.* (p) Item "Authorem hunc antiquisſimum eſſe, etiam ex "forma rituum eccleſiaſticorum apparere, in qui-"bus

"bus nempè de Sacra Cœna orthodoxa probe-
"tur opinio &c. (q) Hinc videre licebit unamquamque Sectam, sua de Patribus Ecclesiæ effata, suis duntaxat præjudiciis coaptare, & ideò antiquissima scripta priùs non recipere nisi quatenus disputationibus & litibus eorum inserviant. Cùm autem Dionysius aliique hujusmodi nihil ad eas conferant, non poterunt non paucissimis arridere.

(p) *Isaacus Casaubonus* in Mystic. ap. *Cave* l. c. p. 125. & Exerc. XVI. ad Baron. p. 498. (q) *Abrahamus Scultetus* Part. I. Med. Pat. p. 437. 439.

19. Contradictiones autem duobus hisce ultimis seculis publicatæ proposito nostro prolixiores sunt, & unà cum responsionibus specialem exigunt librum: Nostrum autem non est, circa talia demorari, cum statuerimus Historiam duntaxat ob oculos ponere, omni autem modo lites disputationesque has vitare. Cupidus Lector, cui tempus non adeò carum aut rarum esse solet, evolvere poterit *Dallæi* contra talia scripta librum, [qui autem ab ipsis suis confratribus quantum ad tempus, refutatur, uti legitur apud Caveum] item *Rivetum*, *Whitakerum*, *Scultetum* & alios. Sequentes autem eum ceu orthodoxum defenderunt: *Petrus* nempè *Halloixius*, in Vita & in quæstionibus, seu Apologia, *Martinus Delrio* in Vindiciis Areopagiticis, *Petrus Lanselius*, Disput. Apologetic. *Balthasar. Corderius*, Observ. General. in Dionys.

Authores de Dionysio, contra & pro

Argumenta probantia, pro libris Dionysii.

20. Jam Historicè tantùm memoratas utriusque partes rationes complectemur, ut illuminatus quivis & pius Lector per Spiritum Discretionis in amore Veritatis, ipsemet conclusum facere queat: cæterùm omni lite & disputatione supersedebimus. Illi itaque, qui Dionysii mysticam theologiam omnino primi Paulini Discipuli, juxta Act. XVII, 33. scriptum tradunt, sequentia producunt argumenta.

1. De Materia & Stylo.

21. 1. Quia omnis expressio & Stylus sublimis adeò & divini amoris motivis & mysteriis plenus sit, ut sæpiùs ille in Cælum quasi raptus, & præ amore divino ecstaticus factus fuerit, id quod viri hujus summam intimamque cum Deo communionem "denotet. Hoc autem sic explanant: Et verba "& materiæ autorem, magnum produnt Philoso-"phum, fervidum theologum, sublimibus his my-"steriis aptum, Pauli discipulum. Tam altè sur-"sum fertur, ut præ admiratione in nova & singu-"laria verba erumpat, quo ineffabilia hæc aliquan-"tum duntaxat exprimat, inque suis meditationi-"bus infinitè adeò elevatur, ut Hugo de S. Victore "non absque ratione existimet, ea, quæ de Sera-"phim scripserit, Angelum locutum fuisse, Svidas "autem verba illa sublimiori cuidam imputaverit.

2. De nominibus informatorum & Doctorum ejus, nempè

22. 2. Quia nullius Doctoris alliùs, qui fortè ævô post Apostolos vixerit, sed suorum duntaxat Præceptorum ejusdem Seculi mentionem facit, seque expressis verbis Pauli

Apo-

Apostoli discipulum nuncupat, & ad Titum & Timotheum, non minus quoque ad Johannem, cui liberationem ex Pathmo & reditum in Asiam prædixerat, literas scripsit.

Apostolorum.

23. 3. Quia Dionysius Alexandrinus suo jam seculo Scholia in ejus librum scripserit, teste S. Maximo in Scholiis ad Cap. V. Cælest. Hier. & 4to. Quia hæc scripta à tot seculis retrò huic Dionysio addicta sunt, licèt quidam antiquorum, absque ratione tamen, conjecturam fecerint, eorum vel Dionysium Corinthium, vel Alexandrinum vel etiam Apollinarem Authorem fuisse, contrariam verò sententiam eruditi, dudum jam vindicavêre. 5. Quia & Gregorius M. eum ceu *antiquum & reverendum Patrem* citat, undè demonstratur, hæc scripta, post diuturnam suppressionem, Romæ tandem inventa esse, de quo supra. 6to tandem, Quia hic author aliàs manifestus mendax & Sycophanta esset, qui sub nomine ficto Sancta talia, divina, sublimiaque rationi prorsus ignota detexisset: Hæc autem sunt inter se pugnantia, cum notum sit, Authorem hunc ad modum diviné, pié & excellenter scribere.

3. De Paraphrasi in illum Veterum Authorem, &

4. de testimoniis Antiquorum.

5. Præprimis Gregorii Magni.

24. Nunc & contradicentia audiemus argumenta, & quidem breviter responsiones passim obvias attingendo. 1. Asserunt: Stylum non simplicem & planum, sed nimiùm affe-

Objectiones contra eum,

1. à Sublimi Stylo.

affectatum, inflatum & argutum & adeò minimè Apostolicum esse. Ad quod Mystici ex primô superiùs allegato argumento respondent. Non illuminatum, merè naturalem hominem, minimè aliter judicare posse: è contrariò omnes Theodidactos confiteri, verbis Dionysii nihil simplicius nihil clarius esse, & quidem, non ut humilia & vilia in materiis levibus usitata, adhibeat, sed ejusmodi simplicia, quibus sublimia propriis, aptis, magnis, convenientibusque verbis dignè exprimi possunt. Cum enim Author hic divina & cœlestia accuratè perspexerit, suumque de iis conceptum aliquomodo publicare voluerit, sufficientia tamen verba invenire non potuerit; necessario novis verbis in novis & incomprehensibilibus rebus uti debuit: Stylum etiam minimè affectatum aut inflatum esse: cum materias secundum essentiam earum exprimere studuerit, nullum autem in iis dolum quæsiverit. Si vilia, contemnendaque sic delineavisset, Stylum omnino affectatum dici posse. In his autem Materiis sublimibus, non alio modo locutum eum esse, ac ipsum Paulum in similibus materiis, inprimis Epist. 2. ad Corinth. cujus stylus, quod notum est, præ reliquorum Apostolorum & Evangelistarum, singulare quid præ se fert. Si præterea objicitur, Dionysium duntaxat insolentibus his verbis incœpisse: *O Supernaturalis, superdivina, superbona Trinitas*; reponuntur ab amatoribus ejus, verba Augustini, qui etiam ita loquitur, & nihilominus orthodoxus sit habitus: Hæc autem sunt verba ejus. Libro
soli

soliloquiorum Cap. 31. num. 10. *ô Trinitas! sola tibi quidem nota es, o sancta, superadmirabilis, & superinenarrabilis, superinaccessibilis, super incomprehensibilis, superintelligibilis, super essentialis, superessentialiter exsuperans omnem sensum, omnem rationem, omnem intellectum, quam neque dicere, neque cogitare, neque intelligere, neque cognoscere possibile est, etiam oculis sanctorum* &c. Quæ & similia verba minimè iis à Prudentibus exprobari queunt, qui abyssum sive profunditatem & sublimitatem in comprehensibilis divinæ essentiæ in Spiritu contemplantur, & sic sufficientia verba invenire non possunt, quibus conceptum suum libenter exponerent.

de Silentio Patrum.

25. Secunda objectio est: Quod neque Patres primi ævi, neque Eusebius aut Hieronymus horum scriptorum mentionem fecerint. E contrario respondent hi: Illos eorum mentionem facere, nec voluisse, nec potuisse, Hoc, quia hæc scripta omnibus ad manum non fuêre, quod & cum aliis accidit. Illud 1. quia juxta ipsius Authoris monitum & desiderium ea libenter occultarint; 2. Quia Doctores primævi non facile alios Authores, quam sacram scripturam citare solebant; inprimis autem tales præteribant, qui controversias non tractarunt, qualis & Dionysius fuit. Antiquus Pater Maximus septimo jam Seculo sic ad hanc respondit objectionem: Origenes nunquam Authores citavit, & vix quatuor in omnibus suis operibus. Eusebius autem & alios emisit, Hyme-

Hymenæum nempè Narcissum & reliquos; Interim multi è Nazianzeno, Athanasio, aliisque probarunt, eos Dionysium imitatos fuisse, & aliquid ex eo exerpsisse, prout supra num. 4. &c. videre est. Licet hunc non magis, quam Ignatium, Clementem, & alios nominaverint: Hinc Conclusionem istam falsam judicant: Dionysius primùm seculo quinto innotuit, ergò antea non exstitit. Cum & ipse Eusebius Lib. V. Hist. c. 26. fateatur, multos se scriptores prætermisisse, quos vel nesciverit, vel quorum nomina Libris suis præfixa non fuerint: Vice versâ idem hoc argumentum etiam in eos retorquent, qui Apollinarem quendam Authorem statuunt, cujus nec Eusebius, nec Hieronymus faciant mentionem, teste ipsò Erasmo.

26. Tertia objectio est: In Libro de Hierarchia Eccesiastica commemorantur ceremoniæ, multique ritus, qui primo ævo minimè in usu esse potuerunt. Ubi quidem Pontificii concedere nolunt, nullos ritus ex veteri testamento notos fuisse: Alii autem non negant, ceremonias has recentiores, & post primum seculum usitatas fuisse: Et ideò hunc librum vel depravatum judicant, vel ejus materiam spirituali & mystico modo explicandam & applicandam esse censent, ut interni nempè actus & effectus Spiritus Sancti iisdem denotentur. Quod autem in specie ad memoratam in eo libro defunctorum Christianorum unctionem attinet, eam ex moribus Hebræorum deducunt, cujus nempè & in Novo Testamento, in Historia Mariæ

3. de Ceremoniis.

riæ Magdalenæ & alibi mentio fiat. Intercesſionem verò pro defunctis ex teſtimoniis Patrum probare nituntur, e. g. ex Tertulliano de Corona Milit. c. 3. Cypriano Epiſt. 66. &c. Materiam autem de Solitariis in illo libro delineatam ad primos ſolitarios ſive Therapeutas referunt, quos à notis ſequenti tempore monachis, longè alios fuiſſe aſſerunt; De omnibus autem hiſce materiis ſuo loco fuſiùs diſputabitur. Reliquos ibi narratos actus, numerô adeò paucos eſſe tradunt, ut hunc librum ideò non magis condemnandum eſſe æſtiment, ac Tertulliani, Cypriani aliorumque ſcripta, in quibus eò plura de ejusmodi Materiis leguntur, quo majus incrementum hi ritus indies ceperint.

27. Quarta objectio ab eadem materia petita eſt; & inprimis ab Abrahamo Sculteto admodum ridi-"culè & temerarie prolata. Sic enim in medulla "ſua Patrum l.c. ſcribit. In Libro cæleſtis Hierar-"chiæ, narrat Dionyſius cæli ſupellectilem, & ſub-"ſellia Angelorum admodum rarè & fallò, & ferè "inventarium de iis confecit. Circa has expreſſiones, Dionyſii Amatores admodum admirati ſunt cæcitatem & impudentiam hujus viri. Cum neque Supellectilis, neque Scamnorum in eodem Libro ulla mentio facta ſit, ſed tantum officiorum & ordinum Angelicorum, quibus nec ſupellectili nec inventario opus ſit. Rurſus eidem huic [Sculteto] falſam hanc de Angelis narrationem eſſe probare, conanti, Hi reſpondent, & qui-

4. De cæleſtibus materiis.

Præcipuè circa Angelos.

quidem 1. ad Locum 2. Cor. XII. v. 4. ubi Paulus verborum ineffabilium mentionem facit, quæ quidem audiverit, referre autem non potuerit: Dionysius verò ejusmodi rerum, quæ omnino effabilia sunt, & non ad summum illud profunditatis, sive abyssi Deitatis mysterium pertinent, cum nomina Angelorum omnia in SacroCodice commemorentur, & Johannes in Apocalypsi suâ longè sublimiora ex Cælo mysteria revelaverit, ac Dionysius, verba talia audiverit, quæ iterum effatus est. Cap. I. III. IV. V. VI. &c. Dionysium autem nomina Angelorum etiam ex ipsa sacra Scriptura enucleare potuisse, probant ex Loco Gregorii Magni Homil. in Evangelia XXXIV. qui idem hoc, eodem modo exhibuerit, prout alibi cum hanc tractabimus materiam, perspicuum erit. Alios verò e. g. Bernardum in concionibus suis ordines obiter tantum commemoravisse, & hac in re Dionysium non admodum imitatos fuisse, cum tantum homileticè, & non ex professo & didacticè ea delineaverint, prout hic, & post eum Damascenus & Thomas Aquinas. Cum porrò Scultetus aliique Irenæum citant, acsi hic Lib. I. cap. 55. hierarchias has stolidas, judicaverit: Hi asserunt, verba hæc, non ita in eo inveniri, sed ipsummet mentionem facere cap. 54. & 55. quorundam Angelicorum ordinum, eosque approbat, & juxta apertum textus sensum, Æonas duntaxat Valentinianorum & Marcionitarum damnat. Augustino quoque in Enchiridio ad Laurentium cap. 58. scribenti, se ordinem Angelorum non novisse; respondent amatores Dionysii. Hoc non obesse, sed

ſed ſufficere, alios Doctores eum ſciviſſe, cum Auguſtinus omnia ſcire non potuerit.

28. Quinto objicitur. Dionyſium Timotheum (παῖδα) filium ſuum appellare, cum tamen ſine dubio æqualis ei fuerit. Hi autem reſpondent, Dionyſium omninò (teſtantibus Actis Apoſtolorum) ſenem venerandumque fuiſſe Senatorem, cum converteretur, quod & Maximus in Scholiis ad Cap. II. Hier. Cæleſti affirmat, è contrario ipſummet Paulum juventutis Thimothei mentionem facere, ut ita non ineptè in comparatione ad Dionyſium, pro illius ævi loquendi more παῖς, i. e. juvenis ſive filius nominari potuerit: Sextò objicitur, quod multos anteceſſores & Doctores indicaverit, cum tamen ſi Apoſtolos excipias pauci eò temdore fuerint: Reſpondent autem ad hoc; Dionyſium neminem indicare niſi Paulum & Timotheum, & in genere tantùm Theologos & Patres; hoc autem nomine ſacri Codicis Authores eum intelligere, quod ex omnibus ejus verbis aliiſque circumſtantiis negari nequeat, inprimis ex libro de cœleſti Hierarchia. Cap. 2. 3. 5. 8. ubi veteres Prophetas, Moſen, Davidem, Ezechielem &c. τὰς θεολόγυς ſive Doctores Dei, Theodidactos nominat, quo nomine & Juſtinus Magiſtrum noſtrum, ipſum Jeſum Chriſtum inſigniat. Apol. ad Anton. Imperat.

5. de Deſcriptione Timothei.

6. de Mentione aliorum Doctorum factâ.

29. Se-

7. De Citatione Verborum Ignatii

29. Septimo opponitur: Illum Lib. de divin. Nom. c. 4. Ignatii verba ex Epist. 7. ad Romanos citare: *Amor meus crucifixus*, cum tamen Ignatius tempore Domitiani jam mortuus fuerit. Ad quod 1. Respondetur. Ignatium Adone Viennensi una cum aliis Chronologis testante, Adriano imperante defunctum esse, atque ita Dionysium ipsi superstitem esse potuisse. 2. negant apertè, hæc verba à Dionysio scripta esse, sed affirmant, ab inscio quodam in describendo aliquando inserta esse, qui ea forte in margine nota invenerit. Hoc ex tota textûs connexione probant, cum inprimis hæc Ignatii Verba, inter duo dicta Biblica inserta extent, Quod Dionysius nequaquam fecisset, sed hoc testimonium illis postposuisset.

8. De interdictione cōmunicationis horum Scriptorum.

Octavam objectionem superiùs Cap. IV. n. 28. jam refutatam vidimus, quâ Libri hi ideò heterodoxi putantur, quia Author horum Cap. I. Hier. Eccl. interdixerit, eosdem omnibus communicare. Cum tamen alii ex Matth. VII. 6. probent, hanc eandem, Christum circa Mysteria habuisse, sententiam, quem reliqui Doctores imitati sunt. e. g. *Clemens* Alex. Lib. 1. Strom. Init. *Origenes* Hom. I. in Ezech. *Cyrillus Hierosl.* In Procatech. *Basilius M.* de Spir. S. cap. 27. *Ambrosius* & alii.

9. De Pædobaptismo.

30. Nona objectio ex verbis Dionysii petitur, quibus in fine Hierarch. Eccl. *Pædobaptismum veterem*

rem traditionem vocat: Hæc autem dicta sic ex græco textu ab aliis explanantur: Apostolos infantes baptisari permisisse, hocque primam traditionem (ἀρχαίαν παράδοσιν) 2. Thess. II, 14. *Deiformium Initiatorum & Ducum* esse. A quibus eam sequentes Doctores e. g. Hierotheus, Justus, Antipas, & alii didicissent & iterum docuissent; Hæ itaque sunt vulgò notæ objectiones contra Dionysii hujus scripta, unà cum refutationibus seu responsionibus, quas in Historia brevibus narrare necessarium esse duxi, avidoque Lectori dijudicandas committo. Non enim mens mihi est, cum ullo uspiam de iis ulteriùs controvertendi, seriò autem precor, ut omnes naturalem suam pertinaciam & hæreticam, impuramque rationem abnegent, divinæ autem veritati duntaxat locum dent, absque ullo Personarum respectu, quisquis etiam hoc vel illud dixerit. Sic enim vera Dei pax per simplicitatem fidei gubernare nosque in dulcissima cum Deo communione per Jesum Christum in virtute Spiritus Sancti conservare potest.

CAPUT XI.

De Ulteriori progressu Mysticæ theologiæ sequentibus seculis usque ad Annum MD.

I.

NUnc ad inceptum ordinem redeundum est, & videndum, mysticam theologiam etiam ipso a- Num & quomodo Theo-

N posta-

logia Mystica etiam sequentibus tribus Seculis succreverit.

postasias initio, Doctoribus nonnullis notam gratamque fuisse. Postquam enim superiori IX. Capite, à Doctoribus secundi seculi didicimus, eos passim pro necessitate mysteriorum, ex sacra scriptura his & similibus sublimibus phrasibus usos fuisse; jam & in sequenti tertio seculo similia reperiemus. In genere hic notandum, primò hujus Seculi Doctores, hoc & sequenti tempore plerumque controversiis contra Judæos, Ethnicos, gentiles & hæreticos, sic sese accumulavisse, librosque suos implevisse, ut parùm mysteriorum, quæ jam ad corroboratos & exercitatos Christianos spectant, mentionem facere potuerint. Nihilominùs in scriptis eorum talia reperiuntur vestigia, quæ sensum eorum de sublimioribus his mysticis Christianismi gradibus, manifestò indicant.

2. Tacebo hìc, similia vestigia mysticarum expressionum & dogmatum in fragmentis Dionysii Alexandrini, Melitonis & reliquorum, apud Eusebium aliosque affatim extare, quorum quælibet suo loco occurrent; Sed tantùm de Clemente Alexandrino propria, adversariorum Theologiæ mysticæ judicia scrutabimur, num & in quantum iste Doctrinam hanc adamaverit. Primò enim hi statim palàm cum Antiquis illis Patribus fatentur, illum sacræ Scripturæ aliarumque Scientiarum experientissimum, omni ex parte catholicum & benè eruditum, sive informatum fuisse.

Inprimis Seculo tertio per Clementem

fuisse. (a) Nulla autem horum judiciorum habita ratione, tamen prodũnt, Clementem odio carnalis theologiæ, Simonis aliorumque Hæreticorum, christianos ad majorem Spiritualitatem sive Religionem ducere conatum esse, quam in hâc vita adipisci possibile sit. (b)

(a) *Hieron.* Catal. Script. Eccl. in Clem. *Rufinus* Apol. pro Orig. *Eusebius* Lib. VI. H. E. c. 13.

(b) *Jac. Thomas.* de Orig. Hist. Phil. & Eccl. num. 52. p. 201. *Colberg.* Platon. Christ. P. I. c. 1. p. 20.

(num fuerit Mysticus.)

3. Apprimè jam bonum hoc, de hôc viro est testimonium, quia ratio & naturalis homo hypocrita, de hujusmodi rebus judicare non potest, qui cum Paulo carnalem Sensum mortem, Spiritualem verò vitam & quietem agnoscunt & experiuntur. Quapropter & alii, Materiam hanc modestiùs proponentes, notant monentque eum theologiam mysticam non quidem methodice delineavisse, sed hinc inde nomine cognitionis (γνώσεως) explicavisse, nihilominus tamen & vocabulum *Mysticus* interdum usurpavisse: (c) Ex quibus patet, hanc doctrinam ab optimis & inclytissimis tertii seculi Patribus approbatam & propagatam esse: Quemadmodum etiam hâc in re Clementi multa in acceptis sunt referenda, item Origeni, Zenonique Veronensi, qui sæpiùs occultas ac profundas ad hanc theologiam spectantes materias explicârunt: de his autem infra pluribus.

Origenem. Zenonem.

(c) *D. Rechenb.* Sched. de Orig. Theol. M. §. 18. 19.

Status theologiæ Mysticæ Seculo IVto.

4. Quarto seculo hæc Theologia eo magis innotuit, quò certiùs constat, Dionysii scripta juxta numerum quartum & seqq. Capitis X. magis propagata esse. Attamen ab hoc tempore non tot ejus amatores erant, (Clerus enim jam in deterius degenerabat) inter Doctores, mundiformesque Episcopos, quam inter Solitarios (quibus nempè Mundus indignus erat, quique internum Christianismum, summo studio, serioque exercebant & continuabant) reperiebantur. Hinc etiam talia vestigia in antiquissimi Solitarii *Antonii* scriptis inveniuntur, qui & apud Protestantes in summis laudibus est; Quædam horum legi possunt, & in Historia ejus, in *Vitis Patrum*, & in Epistolis ejus, quæ germanicè unà cum reliquis *Veterum Epistolis*, publici juris factæ sunt. Habuit quoque Vir hic excellentissimus, Didymum Alexandrinum verum mysticum, dicendo; *Eum oculis suis Deum cernere, ac Lumen ejus capere posse ceu Seraphim:* (d) id quod in Libro ejus de Spiritu Sancto extat. Idem etiam de Ephræm Syro ex quibusdam ejus in germanicum idioma translatis Scriptis, quæ in *Monumento Veteris Christianismi* extant, cognosci poterit, licèt hic magis primos pœnitentiæ & mortificationis, quam reliquos sublimiores mysticæ Theologiæ gradus tractaverit.

perEremitas,

Antonium.

Didymum.

Ephræmum.

(d) *Theodoritus* Lib. III. Hist, Eccl. c. VI.

5. Ma-

5. Macarium in Scriptis suis Theologiam Mysticam, quàm maximè tractavisse, (quod & alii asseruere) nemo inficiabitur. (e) Inter reliquos hujus Seculi Solitarios hanc viam frequentavere, aliisque commendâre, Oresiesis, qui in Sacra Scriptura *ad perfectionem usque* exercitatus fuit, testibus antiquis Patribus. (f) Ex Scriptis ejus superstes est, Institutio monachorum: Item Jesaias, Abbas ejusmodi anachoretarum sive Solitariorum, cujus homiliæ lectu dignæ sunt: Tum & Evagrius Ponticus, familiaris intimus Basilii, Gregorii Nazianzeni, & Nysseni, qui ideò à quibusdam malè habitus fuit, quod carni parùm otii dederit, perfectamque Veteris hominis mortificationem imò enecationem exquisiverit: Quod in Libris ejus *de Liberatione ab omnibus affectibus*, it. *de Christianismo practico* & reliquis, evolvi potest.

Macarium.

Oresiesin.

Jesaiam.

Evagrium.

Basilium.

Gregorium.

(e) *Joh. Arndius* Epist. ad Gerhardum, *Quenst.* de Patr. Vir. Illustr. p. 659. *Petrus Possinus*, in edit. sua. *D. Rechenb.* l. c. §. 20.

(f) *Gennadius* de Scriptoribus Cap. 9.

6. Marcum quoque Eremitam hoc seculo mysticam calcavisse viam, spiritualia acutaque ejus scripta testantur, & inter hæc inprimis *Liber de Paradiso & Lege Spirituali: Salutares adhortationes & Consultationes Intellectus cum animâ. Quapropter & à Protestantibus ut vir sanctus, verusque & antiquus Doctor laudatur*, (g) imò

Marcum Eremitam

ceu Evangelicæ veritatis testis, (h) licet haud quaquam vulgaria, de divinis mysteriis in anima sese exerentibus verba fuderit: In genere ex Historia quarti hujus Seculi constat, multos tum Scriptores Dionysium ejusque mysticam theologiam collaudavisse & applicuisse, sicuti supra Cap. X de Gregorio Nazianzeno Andrea Cæsariensi, Juvenali, Philopono, aliisque cognovimus.

(g) *Christ. Kortholt.* Hist. Eccl. Sec. V. c. 4.

(h) *Samuel Schelwigius.* Edit. Libri de iis, qui putant operibus se justificari.

Seculo Vto. per Chrysostomum.

8. Ex modò dictis judicatu facile est, mysticam hoc docendi genus subsequentibus temporibus multò magis receptum esse ab iis, qui sub generali Doctorum depravatione, à mundo, â mundo incontaminatos se continere & custodire quæsiverunt. Num Chrysostomus Dionysium legerit, & noverit, superiùs est explanatum; Etiamsi quidam hoc negare conantur, alii tamen ultrò fatentur, in scriptis ejus innumeros sublimes & mysticos sermones latere, (i) ex quibus sensus ejus de hac theologia cognoscitur. Discipulum ejus

Cassianum.

Joh. Cassianum, in scriptis suis multa bona, eaque perutilia dogmata protulisse, & ipsi testantur Protestantes, (k) quorum pleraque communem Theologiam superantia, mysticam sapiunt.

(i) *D. Rechenb.* l. c.

(k) *Centur. Magdeb.* Cent. V. cap. 10. p. 1330.

8. In-

8. Inprimis quinto hoc seculo *Anastasius Sinaita*, Patriarcha Antiochenus Dionysio hoc frequentissimè usus est, eumque publicè commendavit, ceu *Mysticum & Apostolicum Doctorem.* (l) *Et Leontius Byzantinus* aliquoties eum pro Sententia orthodoxa citavit, ut *virum Apostolicum & mysticum.* (m) Non minùs idem fecit *Isaacus Syrus* in materia de S. Angelis. Ex quibus ad liquidum patet, hanc doctrinam ab omnibus ferè absque controversia ceu orthodoxam fuisse receptam. Reliqui autem, qui nomen Dionysii non expresserunt re ipsa tamen simili sublimium divinorum mysteriorum propositione usi sunt, testibus Scriptis *S. Nili*, *Chromatii*, *Eucherii*, *Diadochi*, *Isaaci Syri*, *Valeriani Cemeliensis*, *Cæsariensis* & reliquorum.

Anastasium.
Leontium.
Nilum, Diadochum Valerianum &c.

(l) Anagog. Contempl. in Hexäem. Lib. VII. init. (m) Lib. de Sectis Act. 3. & Lib. 11. adversus Nestor.

9. De sequentibus seculis, fusiori probatione non opus est, cum partim ex præcedenti capite manifestum sit, Gregorium M. Dionysium hunc, ceu *veterem & venerandum Patrem citavisse.* *Partim ex Johannis Climaci*, *Hesychii Presbyteri*, *Dorothei*, *Antiochi* & inprimis celebris illius *Maximi* aliorumque Scriptis Authoritas Dionysii clarissimè constet; Cum autem Historia sive narratio hujusmodi Doctorum & Scriptorum hoc quam luculentissimè proba-

Seculô VIto. per Gregorium M. Climacum, Dorotheum, Maximum.

re posſit: eos per omnium ſeculorum ſeriem, quoad maximè neceſſarias circumſtantias delineabo, judicioque ſapientis & moderati Lectoris committam, num & quo pactô omni ævo, myſteria Dei ejusque magnalia in eis, qui illum ſeriò timuere, fuerint & permanſerint. Quorum etiam unusquisque pro gradu ſuo, gratiæque acquiſitæ modio, in agnitione & praxi hâc excreverunt, & permanſerunt.

Seculis reliquis

10. Priusquam autem Hunc catalogum inchoem, neceſſè videtur, generales quasdam ad Propoſitum noſtrum quadrantes obſervationes de progreſſu & incremento Theologiæ myſticæ in medio ævo præfigere; hocque ideò, quia plerique diverſam & perverſam de ea tradiderunt hiſtoriam; egò verò nihil niſi publicationem & revelationem puræ veritatis Hiſtoricæ reſpiciens non demorabor circa controverſias & diſputationes.

Intervalla ſ. periodi Theol. Myſticæ

11. Duas itaque periodus cardinales perquiſivimus, in quibus Theologiâ myſtica inter chriſtianos primô progreſſum & incrementum ſuum ceperit. Prima ab Apoſtolorum tempore incipiens, cum inchoante Doctorum apoſtaſia à prima puritate, abſolvebatur. Cum primò Apoſtoli eorumque diſcipuli myſteria Dei propriis quidem & ſimplicibus, ſublimibus tamen & majeſtati hujusmodi materiarum convenientibus terminis proponebant. Poſtea autem, Doctoribus paulatim

Periodus prima,

latim ab internæ vitæ via ad externa, controverſias, mundanas cupiditates, & honores prolabentibus: ſummâ Dei providentia quarto ſeculo Scripta S. Dionyſii innoterunt. Quibus multi permoti & ad majus ſtudium incitati, à communi, latôque totius ad hypocriſin reverſi Chriſtianismi ad anguſtam arctamque viam vitæ deducebantur. Ad quod inprimis tot millium hominum vita ſolitaria multum incrementi & adminiculi conferebat. Quotquot enim confuſum & permixtum mundi ſtatum eorum, qui ad quæſtum ſeſe accommodaverant, effugere deſiderabant, ſolitudinem quærebant. secunda,

12. Cum autem progreſſu temporis non ſolùm apoſtaſia illa & deſolationis abominatio inter mundi formes Chriſtianos magis magisque accreſceret, ſed & ipſi ſolitarii, tam monachi, quam eremitæ à prima ſua ſimplicitate & fidelitate, in manifeſtum degenerarent hypocriſin, & traditionibus, externisque operibus operatis ſeſe onerarent; Iterum præter Sacram Scripturam, Scripta illa Sancti Dionyſii, quæ per longum temporis intervallum obliterata & amiſſa erant, in græca ſimul & in Latina Eccleſia innotuerunt, atque ita etiam ad Eccleſiam occidentalem in Galliam, Italiam & ulteriùs pervenerunt, prout ſupra Cap. X num. 7. & 8. narravi. Atque hic initium 4tæ Theologiæ myſticæ periodi poni poſſet, quâ myſtica ejusmodi ſcripta magis propagata & exculta ſunt. Vide loco citato nume- tertia, quarta,

rum 9. & 10. ubi de novis versionibus, Paraphrasibus, Commentariis & Scholiis græcorum Latinorumque aliquid dictum fuit, quæ in 16tum usque seculum multiplicabantur.

Ulterior ejus propagatio.

13. Causæ & occasiones, quod quartâ hac periodô theologia magis ac aliàs introduceretur, memorabiles ab adversariis ipsis hæ traduntur, qui & nolentes veritatem hâc in re confirmare adacti sunt: *Hunc theologizandi modum, partim ex odio corruptionis seculi ejus, partim ex fastidio sterilis & verbosæ illius ac rixosæ theologiæ, partim ex admiratione & experimentis contemplativorum*, quos theologi Scholastici ex rixosæ suæ theologiæ regulis, fallere & decipi dicunt.

(& causa hujus propagationis)

Ubi alii insuper monent, hæc omnia tantum de progressu mysticæ theologiæ intelligenda esse, quæ (ex sententia eorum) longè antea jam exorta fuerit. (o) Insuper alii hæc repetentes, observant, circa ea tempora theologiam mysticam magna dignitate floruisse, cum à Richardo de S. Victore *Theologia* κατ' ἐξοχὴν nominaretur, & hæc sola talis æstimaretur &c. Causis porrò annumerant, quibus boni hi viri commoti fuerint, mysticam imitari theologiam, argutas illas quæstiones, inutilesque Scholasticorum disputationes, quibus animi hominum talia quærentium magis à divina veritate veraque pietate abstrahantur, quam instituantur. &c. (p)

(n) *Gisb. Voët.* Ascet. seu de Exerc. Piet. c. III. p. 81.
(o) *Jac. Thomas.* Orig. Hist. Phil. & Eccl. 100. 101.
(p) *Colberg.* l. c. p. 57. & 60.

14. Hic

14. Hic notandum eſt, ſeculo 12mo Scholaſticam theologiam per Abelardum, Lombardum, alioſque floruiſſe. Ideò citati Authores non immeritò fatentur, multa ingenia à talibus litigationibus & controverſiis abhorruiſſe, eamque ob cauſam, melius quid à Deo quæſiviſſe & exorâſſe. Poſtquam etiam promisſio Dei firmata eſt, Patrem cæleſtem Spiritum ſuum Sanctum velle dare iis, qui de eo precarentur; Non potuit, quæ ejus æterna eſt fidelitas & veritas, ſeriò hiſce quærentibus noxii quid dare, ſed in eadem hâc theologia myſtica revelavit. Quod illos ad fruitionem & communionem ejus ceu ſummi boni poſtea promovit. Sicque calumniæ illæ pesſimæ ultrò evaneſcunt, dum quidam exiſtimant, myſticos hujus temporis, tædio Doctrinæ Scholaſticæ ad aliud extremum delapſos eſſe, Platonicisque Somniis ſe implicaviſſe. Quid autem mirum? Cum ratio miſerrima, corruptaque natura, de divinis rebus ob experientiæ fideique inopiam, non niſi leviter & contemptim judicare & loqui queat.

Unà cum theologia Scholaſtica.

15. Minimè quoque veritati conſentit, narratio illa, ac ſi *myſtica theologia*, eo tempore *in certam artem*, *diſciplinam*, ſive *artis formam* redacta eſſet. Cum ſcriptores ejusmodi partim ipſimet fateantur, ipſum jam Dionyſium certa methodo ſcripſiſſe, hancque theologiam explanaviſſe. (q) Partim jam ſupra Cap. VI. n. 1. prolixè monſtratum fuit, paucisſimos myſticos certam quandam methodum imitatos

Num tum temporis in artis formam redacta ſit.

eſſe,

eſſe, non obſtante, quod quidam tres illas vias myſticas explicaverint. Hinc neq; de 12mo. ſeculo neque reliquis temporibus verum eſt, Myſticam theologiam ullo unquam tempore certæ artis terminis incluſam fuiſſe. Hæc enim per hoc ipſum à Scholaſtica Doctrina reliquisque humanis artibus ex ſcientiis reapſe diſtingvitur, quod ab ipſo Deo ſumma ſimplicitate & puritate avidis animabus donetur, & à talibus aliis iterum monſtretur, prout Spritus ipſis effari dederit. Hanc verò vel illam diſpoſitionem à quibusdam doctoribus adhibitam non ſtatim certam efficere artem, ex eò liquidum eſt, quod nemo ei ſe obſtringat, ſive legem habeat, prout (quod dolendum) in ſcholis & templis omni etiam prædicandi arte turpis lucri ergo fieri ſolet.

aut alio unquam tempore fuerit.

(q) *Thomaſ.* l. c.

Prorogatio per Europam.

16. Nono itaque Seculo non duntaxat Johannes Erigena Scotus Dionyſium in Latinum transtulit ſermonem, ſed idem poſtea duodecimo ſeculo fecit Johannes Sarraceus, quorum hominum operâ Theologia myſtica inprimis in Gallia, Italia, aliisque locis, ſicut poſtea per Lincolnienſem in Anglia per Taulerum verò in Germania propagata fuit. In hoc Seculo celebris ille Bernardus inprimis myſticam Theologiam Sermonibus ſuis 86. in Canticum, ex quinque libris de meditatione, admodum excellenter explanavit, multosque hoc ſtudio ubique adhæc myſteria inquirenda iisque fruenda excitavit. Hinc maxi-

maxima mysticæ hujus Doctrinæ proruptio non tam Hugoni & Richardo de S. Victore, quàm Bernardo huic in acceptis referenda, qui ob magnam suam in tota oriente acquisitam autoritatem, mysticas materias propositione suà eò svaviores & acceptiores reddidit. Similì modo & in Græca Ecclesia illæ explicabantur à Simeone Theologo, Euthymiò Zigabeno, Philippo Solitario: In Latina verò ab Ailredo, Gvarrico, Gvilielmo Abbate & aliis, quod ex ipsorum scriptis constat.

& Orientem

17. Interea omninò certum est, utrumque Victorinum eo tempore ex professo de mysticâ Theologia scripsisse, & ille quidem Dionysium etiam explicavit, Librisque suis de *Arca animæ*, & *Arca Noæ* aliisque quamplurimis ansam præbuit Materias hujusmodi inquirendi. Hic autem Richardus subtilissimus *rerum divinarum contemplator* appellatur, quod sex ejus de hac materia Libri Mysticæque expositiones Veteris Testamenti fusè probant. Et ab hoc tempore Theologia Mystica magis magisque floruit, & quidem non solum verbis & Libris, sed etiam ipsa praxi & experientia: Ipsa etiam scripta illuminatum Lectorem evidenter edocere possunt, ex vivâ virtute & diuturnâ praxi collata esse & hinc multas animarum, inprimis solitariorum myriades ad hanc viam persvadere potuisse.

Inprimis per Hugonem

& Richardum de S. Victore.

18. Decimo jam tertio Seculo in Græca Ecclesia nova Pachymeris in

Porrò Seculo XIII.

Dio-

per Pachymerem. Dionysium Paraphrasis lucem vidit. In Latina verò Inclyti illi viri (quorum quisque ea quæ habuit contulit) Thomam. Bonaventura nempè, Albertus Magnus, & Thomas de Aquino se accingebant. Ultimus hic Dionysii Doctrinam ubique in suis scriptis commendabat, multa ex illâ allegando, & specialem, in Librum de divinis nominibus, ut & in Canticum Canticorum confecit commentarium; Ille, Albertus & Albertum M. M. nempè, itidem scriptis quibusdam specialibus Dionysium extricavit, & præterea elegantem illam de *adhærendo DEO* librum reliquit, quem & mysticæ Theologiæ osores ipsimet magni faciunt & summè commendant. Primus autem, Bonaventura nempè, totum ferè vitæ suæ tem- Bonaventuram. pus, omneque robur hoc studio trivit, & hinc perplurima mystica volumina publici juris fecit, inter hos autem præprimis tractatum de Theologia mystica. Ex quibus breviter enarratis, circumstantiis facilè judicari potest, quô studió, quâve virtute Materiæ hæ eo tempore publicè & ferè ubique tractatæ fuerint, qua duntaxat doctrina etiam *omne ferè illud, quid in Ecclesia sapidum sanumque perstitit, conservatum fuit:* testibus theologis. (r)

(r) *D. Spenerus* præf. ad Tab. Hodos. Danh.

Seculo XIV. per Cyparissiotam 19. Eodem quoque Seculo publicatis aliis adhuc quibusdam in Dionysium Commentariis, nempè Lincolniensis & vercellensis, rès

hæc

hæc ſequenti ſeculo eodem modo acta fuit: In græca quidem Eccleſia parùm hujusmodi Doctores inveniuntur, niſi quod Johannes Cypariſſiota decem ſuis Theologiæ Decadibus multas myſticas materias ex antiquioribus repeteret & exponeret. In Latina autem eò plures reperiebantur, & quidem non duntaxat in aliis regionibus, ſed & inprimis in noſtra germania: Cum præter notum illum HenricumSuſonem (Henrich Süſſe) & Magiſtrum Eckhardum præprimis Johannes *Taulerus* exſurgeret, hancque viam, eo tempore â multis adhuc, impiis verò, hæreſin dictam, tanta virtute, tantôque pondere vindicavit, ut innumeræ tum animæ, poſtea verò & prudenter omnes ex omni ſecta conſentirent, quod in Hiſtoria ejus videbimus.

Suſonem

Taulerum

20. Paulò poſt & in Belgio Gerhardus M. Gerhardus Zutphanienſis, & inprimis Johannes Rusbrochius exſtiterunt, qui ultimus ſingulari ſua vitâ, & inſignibus Scriptis, magnum huic Doctrinæ Lumen contulit. Quapropter poſteà ipſi Proteſtantes eum *viris ſanctis & Veritatis teſtibus* annumeravere. In gallia verò aut potius in omni Europa 15. Seculo floruit Johannes Gerſon, & quidem ſynceris ſuis actionibus non minùs, quam elegantibus Scriptis, quorum quibusdam myſticam theologiam explanavit & propagavit, præprimis autem Libro *de Myſt. theol. ſpecu-*

Gerhardum M.

Rusprochium

Seculo XV. per Gerſonem

speculativa, & secundo *de Theol. Myst. practica*, ut & *Explicatione Cantici Canticorum*, item in *Epithalamio Mysticæ Theologiæ*. Quibus testimoniis non tunc duntaxat temporis, sed & postea ad hunc usque diem, magnam inter Catholicos aliasque Sectas laudem meruit.

Duplex Mysticorum ejus temporis genus. eruditi

21. Duæ autem & hisce temporibus periodi sive gradus formari possent, quibus tum usque ad 16. Seculum Theologia Mystica exculta & docta fuit. Nempe, eam vel eruditi Theologi Scholastici, vel simplices & idiotæ Monachi aliique vulgò Laici dicti, proposuerunt. Ille eam methodo quâdam aliove eruditionem redolente modo & sermone adornaverunt. Hi autem directè absque ulla arte, aliave rationis subsidio contestati & confessi sunt, quicquid internè in se audiverint & viderint. Ad illos pertinebat seculo 15. Laurentius Justinianus, Dionysius Carthusianus, Bernardinus Senensis & Savonarola. Ad hos autem inclutus ille Thomas à Kempis, Author Theologiæ Teutonicæ, & Henricus Harphius ut & alii minùs noti, qui fortè circa ejus seculi finem vixere, e. g. Authores Libri *de cælesti conjugio*, *Sportæ Mercatoris*, (des Krämerkorbes) *Revelationis spiritualium gratiarum*, & cæteri.

& inerudititi.

Applausus Protestantium.

Modo dicti Authores, quorum explicita Historia subsequetur, abundè probant, mysticam theologiam eo tempore apprimè gratam acce-

acceptamque fuiſſe: cum tamen minimus eorum numerus ſit notatus, qui hâc Doctrina excitati, interno cordis homine absque multo ſtrepitu aut gloriatione, Deum colere allaboraverunt. Sicque in genere extra omnem controverſiam veriſſimum eſt illud, quod Catalogi Veritatis Teſtium, totque Proteſtantium Doctores ſemper urgent; Veram nempè ſapidamque Chriſti doctrinam ſub magnâ Scholaſticorum Doctorum & Cleri depravatione, apud Myſticos remanſiſſe. Cum Lutherus ipſe ſæpiùs profeſſus ſit, & in præfatione in theologiam teutonicam repetierit: *Se nihil novi incæpiſſe ſed & olim* [aut effluxis jam ſeculis] *homines fuiſſe, eorumque Theologiam non novam, imò teutonicos theologos optimos eſſe Doctores*; Teutonici verò hi erant, Taulerus ille, Rusbrochius & Harphius, qui omnes germanico idiomate ſcripſerant; ut adeò ipſo Proteſtantium quoque applauſu myſtica theologia, ſemper in ſua dignitate & authoritate permanſerit.

CAPUT XII.

De ſtatu Theologiæ Myſticæ ab Anno 1500. usque ad Annum 1700.

§. 1.

Quemadmodum ante & circa initium Seculi 16. inter eruditos ſcientiæ, arteſque, & inprimis Lingvarũ ſtudiũ creſcere & florere

Ulterior ejus Propalatio, Seculo XVI.

cæpit: Sic & multi eorum Myſticam Theologiam propalare & vindicare operam dederunt. Ita ut Catholici illi Scriptores, qui Scripta Dionyſii non adeò antiqua agnoſcere voluerunt, Doctrinam tamen ejus & rem ipſam in medio quidem ponentes, commendârint.

per editiones Dionyſii.

Suprà Capite X. num. 11. & 12. multi indicati ſunt, qui novis verſionibus, Paraphraſibus Commentariis & Similibus hoc Seculo Dionyſium illuſtrarunt, aut ſpecialibus ſcriptis illum defenderunt. Cumque tunc temporis Typographia ad propagationem Antiquorum Librorum multum conferret; ejusmodi ſcripta copioſè publici Juris facta ſunt, uti inferiùs in ſpeciali indice apparebit.

& aliorum Scriptorum myſticorum.

2. Hæc itaque quinta Myſticæ Theologiæ cardinalis periodus eſt, cum nempè circa finem 15. & initium 16. Seculi, myſtici veteres non ſolum ab eruditis & literatis in medium prolati, vindicati & explanati ſint, ſed & multò plures recentiores innotuerint, qui varias ſalubres obſervationes & ſublimiori principio & reali experientiâ addiderunt. Quanquam enim nonnulli ex quibusdam motivis, quæ mox referentur, eos non omni ex parte æquè ferebant; Victoria tamen Myſticis remanſit, ita, ut ubique magna æſtimatione & dignitate reciperentur. Hocque non tantum promiſcuè in Romana fiebat Eccleſia, ſed & primô ſtatim, ſic dictæ Reformationis initio, inter Proteſtantes Doctores.

Periodus theologiæ Myſticæ quinta.

inter Pontificios.

Siqui-

Siquidem *Lutherus* Anno 1518. *Theologiam Teutonicam* (singulari quodam Encomio) publicavit, *Tauleri Scripta* ceu puram & Evangelicam Doctrinam commendavit, suisque in Libris & Confessionibus promiscuè applicuit, & imitatus est.

per ipsum Lutherum

3. Cum autem *D. Joh. Eckius* eandem ob causam, quod Lutherus Taulerum laudavisset, eumque citâsset, hunc damnare aut reprobare vellet: tanto effectu alii & inprimis celeberrimus ille Mysticus (inter Romano-catholicos.) *Ludovicus Bloysius*, Tauleri Authoritatem vindicaverunt, ut ab eo tempore nullus de illo dubitaverit. Sicque Partes controvertentes, quoad fundamentum unanimes erant, & si veram pacem sectari affectâssent, in essentiali Evangelii & Sensûs Jesu Christi fundamento concordes & pacifici manere potuissent, si modò alius alium in rebus adiaphoris, ceremoniis & traditionibus tolerâsset, nec tot in Christiano orbe Sectas & proprias Ecclesias ædificavisset. Nihilominùs Partibus semel scissis; utriusq; tamen Partis de Theologia mystica Judicia in fundamento & ipso Principio satis probabilia & paria permanserunt; hæcque & Scriptis & praxi à multis Dei avidis animabus & inter Protestantes, & inter Romano-catholicos inquirebatur & applicabatur.

& alios.

Consensus Sectarum.

4. Mox ab initio Seculi XVI. Inter catholicos proruperunt Scripta *Nicolai Eschii* Mystici Theologi

Mystici inter catholicos. Eschius,

Blosius, Staupitius. Margarita Evangelica.

Theodidacti, *Ludovici Blosii*, *Johannis Staupizii*, qui & ab ipsis Lutheranis magnifiebat, *Henrici Norinbergensis*, *Authoris Margaritæ Evangelicæ* aliorumq; plurimorum. Floruit tum & innotuit Frater *Nicolaus Unterwaldensis*, non solùm singulari suo, mirabili & mystico vivendi modo, sed & parvulo, aureo tamen libello de *abstractiva vita*, quem & Romani & Lutherus ipse magni æstimabant. Romæ etiam hoc seculo multi & antiquorum & recentiorum Mysticorum in Catalogum Sanctorum recepti sunt, e. g. *Theresa de Jesu*, *Johannes à Cruce* aliique. Quo facto Theologia, hæc à multis longè majoris habebatur, ut silentio præteream, copiam illam permagnam antiquorum & recentiorum Mysticorum Scriptorum, quæ ubique Terrarum & in omni Europæ Idiomate, Seculo XVI. & XVII. publici Juris fiebant, & quidem tot censuris, approbationibus, & encomiis maximorum Episcoporum, Prælatorum, Doctorum & Magistrorum Ecclesiæ latinæ munita & confirmata.

Frater Nicolaus.

Theresa Joh. à Cruce.

Magnus inter eos Theologiæ Mysticæ progressus.

5. Tanta hujus Theologiæ Authoritas in Ecclesia Latina promiscuè ferè per biseculum hoc ultimum continuavit, cum non solùm Monachis aliisque plus Libertatis concederetur, occultam cum Christo, Spiritualem & abstractivam vitam vivendi & eligendi: Sed & illud, quod ab aliis vel ex ignorantiâ vel malitiâ rejiciebatur, à Prælatis tamen appro-

approbaretur. Id quod multis bonis huc illuc Diſtractis animabus, anſam dedit, interno Sancti Spiritus Ductui accuratiùs attendendi, Deumque ſub externa vulgari Eccleſiæ Statûs pompâ onereque dominantium traditionum Eccleſiæ, in ſpiritu ſequendi & colendi; ſive abſtracto in monaſteriis vivendi genere, ſive etiam inter externa muneris ſui officia. Ut minimè negari poſſit, primò & maximè, gratioſisſimo gratiæ Dei regimini, & poſt eam plerumque myſticæ Theologiæ tribuendum eſſe, ſi unus aut alter animam ſuam ſervet, & ad divinam ſapientiam, ſuamque redemtionem ſive ſalvationem perveniat.

Et ulterior ejus emendatio, Seculo XVI.

6. Quod ſi autem ulteriùs interrogaretur, Num ultimis hiſce duobus ſeculis Theologia hæc myſtica vel decreverit, vel accreverit? Summatim hæc valeat reſponſio: Quemadmodum homines universè non duntaxat creſcente ſtudio Scientiarum & Lingvarum prudentiores, ſed & ſpeciatim Pontificii tot objectionibus Proteſtantium multa emendare edocti ſunt, cautiusque mercari didicerunt: Sic & idem in hâc Theologia evidenter conſpicitur. Ita enim e.g. per *Thereſam à Jeſu*, juxta propriam eorum narrationem in Hiſpania continua cordis interna oratio, inprimis inter monachos reſtituta eſt: *Ludovicus Bloſius*, *Ludovicus de Ponte*, *Jacobus Alvarez*, *Lansbergius*, *Joh. à Cruce* & alii varias Satanæ illuſiones & fallacias, varia impedimenta & defectus animabus hanc viam calcantibus obvia detexerunt, & propria experien-

tiâ multa antiquis Scriptoribus addiderunt. Inprimis in fine ſeculi XVI. *Joh. à Cruce* obſervationes non vulgares de interna illuminatione, Diſcretione Spirituum, veroque Dei Lumine publicavit.

& XVII. 7. His multisque aliis myſticis Scriptis hæc doctrina magis magisque increvit, dum multorum Scandala & Scrupuli per eam ſoluti, oblatrantibus os obturatum, ſimplices verò in veritate corroborati ſunt. Decimo ſeptimo autem ſeculo permulti celebres viri hanc Doctrinam majore Authoritate & dignitate adornaverunt. Dum e.g. Cardinalis *Bellarminus* myſticos non ſolum commendabat & vindicabat, ſed & ipſe ejusmodi Scripta aliquando publicabat: Idem & Epiſcopus *Franciſcus de Sales* faciebat, qui poſtea inter Sanctos relatus eſt; Porrò circa & poſt medium ejusdem ſeculi Cardinalis *Joh. Bona* hanc Theologiam ad extremum vindicabat & excolebat, & tandem celebris ille & nobilis Doctor *Michael Molinos* talia ſummô ab initiô applauſu Cleri, Romæ imò per totam ferè Europam divulgabat. Licèt poſtea propriarum quarundam opinionum argueretur. Ut alios Scriptores ex omni regione, ſtatu & ordine taceam, qui eandem materiam vindicaverant, defenderunt, explanaverunt & propagaverunt. Ut ſunt: *Benedictus Canfeld*, *Vincentius Caraffa*, *Maximilianus Sandæus*, *Didacus Stella*, *Seraphinus de Firmo*, *Joh. de Samſon*, *Alphonſus Rodrigvez*, *Joh. Evangeliſta*, *Balth. Corderius*, *Thomas à Jeſu*, *Joh. à Jeſu Maria*, *Bernhardus*

bardus Rossignolius, *Antonius Monelia*, *Joh. Euseb. Nierenberg*, *Lud. Granatensis*, *Leonh. Lessius*, *Merlo-Horstius*, *Hersentius*, *Malberg*, *Gelenius*, *Fromondus*, *Surin*, *Barbanson Joh. Angelus*, *Malaval*, *Berniers*, *Louvigni*, *Fenelon* & multi alii anonymi Authores, quorum Scripta infra juxta Alphabetum, melioris documenti ergo recensebantur.

8. Lutheranos quod attinet, sequens inter illos theologiæ mysticæ status observatus est. De Luthero ipso jam audivimus & inferius in Historia Tauleri & Theologiæ Teutonicæ ex manifestis documentis videbimus, illum omninò hanc doctrinam magni fecisse, imò *veram & unicam theologiam* nuncupavisse. Prout & inprimis ex præfatione ejus in Theologiam Teutonicam patet, cum & mysticum hunc librum capitalem, & citatos in eo Doctores, S. Dionysium ejusqus Imitatores *optimos* reputavisse *Theologos*; Hinc & socii Lutheri expressè fatentur. *Micantes quasdam Stricturas pietatis inusitatas, nec in Scholasticâ theologiâ obvias commendabilem hâc certè sui parte Theologiam mysticam fecisse, ut dignum habuerit germanicæ theologiæ Libellum.* (a) item ejus consilio D. Georgium Majorem Vitas Patrum, à Scoriis repurgasse (b) in quibus tamen multæ res mysticæ obviæ sunt.

Inter Lutheranos per Lutherum

Testimonia & causæ hujus rei.

(a) *Jac. Thomas.* Orig. Historiæ Phil. & Theol. p. 138.
(b) ibid. & *Antonii* Diss. de Pathmo Lutheri noviss. edit.

9. Insuper ab aliis ejusmodi Scriptoribus monetur: *Quod cum in Mystica Theologia plus sani & Succulenti, quam Scholastica parùm quod cor afficeret habente, superfuerit, Lutherus nulli Scholasticorum tantum se debere professus sit, quam Taulero & id genus Scriptis aliis; Certe enim, qui in hisce hospes non fuerit, & Lutheri imprimis priora, quibus tamen Dominus maximam virtutem reformationis instituendæ indidit, opera legerint, minimè negaturos, toties illum cum Scriptoribus ejusmodi loqui, ut totos quasi devorâsse & concoxisse videatur, ex ipsis etiam, quando non cogitat scribens.* (c) Idem mox & ex propriis Lutheri Confessionibus probant (quas vide infra in Historia Tauleri) & ad Lectores Scriptorum talium provocant, *Lutherum præter Scripturam ex Taulero ea plerumque imbibisse*, quæ scivit. (d) Quod extra controversiam de primordio Reformationis & conversionis Lutheri certum, & ab ipsis Authoribus catholicis observatum est, qui Lutherum dictis Tauleri abusum esse, conquesti sunt. (e) Hinc nihil obest, quod postea excitatis controversiis vehementibus, prior gravitas, & emphasis, prius studium paulatim evanuerit & ejus in locum introducta illa rixosa Theologia Scholastica prævaluerit.

(c) *D. Spenerus* præf. ad Tab. Hodosoph. Danh. p. 4. (d) *Idem* præf. ad Taulerum Conf. *D. Zitrold.* de Nexu Comm. cum Deo §. 22, p. 9. & partim *Joh. Henricus Ursinus* Lib. IV. Meletem. cap. 2. seqq. (e) *Laurentius Surius* præf. ad Tauleri opera latina.

Theologia Mystica ob-

10. Cum autem per illusionem Satanæ & Lutherus & reliqui Protestan-

teſtantes in vehementisſimas lites & controverſias collaberentur: parùm aberat, quin veræ cordis Theologiæ oblivifcerentur. Niſi quod nonnulli cordati Doctores in concionibus ſuis & aliàs quodammodo eam inculcarent, quorum in *Hiſtoria Eccleſiaſtica* mentio facta eſt. Attamen inter maximas has turbas, quæ usque in ſeculum XVII. ſummo cum impetu inter Lutheranos & Reformatos continuabantur, alii quidam myſticæ Theologiæ operam dederunt, qui autem à Clero intractabili rejiciebantur & hæretici appellabantur, quod & in modo dicta Hiſtoria Eccleſiaſtica evolvi poteſt. Itaque ad XVII. Seculum usque Theologia hæc Lutheranis parum innotuit, niſi quod per creberrimas editiones Theologiæ germanicæ, Tauleri & aliorum, in quibusdam hominibus occultè aliquis bonus effectus ſecutus ſit, ut eos autem, qui hæretici audiebant taceamus.

fuſcatur diſputationibus.

11. Circa jamjam memoratum tempus autem, Theologia hæc majori ſucceſſu & in germania erupit, dum non ſolum multa, olim ignota & inſolita ſcripta copioſè promulgarentur, e. g. Jacobi Böhmii, Weigelii, Fratrum Roſeæ Crucis &c. Sed inprimis cum Johannes Arndius floreret, cujus Hiſtoria in ſecunda Parte Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & in Parte ultima Vitarum Patrum fuſiùs legi poteſt. Hic à Lutheranis illis annumeratur, *qui aggresſi ſunt myſticam theologiam magis magisque reſormare.* Inter quos *Arndius maximum ſibi ſumpſit negotium. Myſticæ theologiæ reſingendæ in faciem*

reſtauratur per alios.

ciem saniorem: in quo opere D. Major ei quodammodo prælusisse fertur, dum impellente Luthero Vitas Patrum ediderit. (e)

(e) *Jac. Thomas.* l. c. p. 145.

& defenditur.

12. Hoc igitur Opus permulti Arndii Defensores, contra omnes illi contradicentes solidè vindicaverunt, & demonstrarunt; *Plerosque celebres Scriptores Mysticos interdum de fide omninò orthodoxè disserere, qui non absque voluptate & summa cum certitudine legi possint.* (f) Postea & alii professi sunt; *Quod Mysticam viam frequentaturus, Johannem Arndium fidelem manuductorem reperturus foret:* Qui quidem à multis Enthusiasmi accusatus ab aliis verò solidè vindicatus esset. (g) Reliquos autem, qui è Lutheranis circa hæc omnia consenserunt, citare, tempus non permittit: Dum quovis tempore aliqui Concionatorum bono animo præditi, reperti sint, qui vel ipsimet theologiam hanc publicè docuerunt, vel aliis commendaverunt, vel ejusmodi scripta contra Antagonistas defenderunt, vel aliâ quadam opera de mystica hâc doctrina benè meriti sunt;

Alii adhuc Mysticæ theologiæ Cultores.

Quibus Varenius Emdenius, Stephanus Prætorius, Joh. Gerhardus, Martinus Mollerus, Joh. Valentinus Andreæ, Joh. Saubertus, Paulus Egardus, Joh. Michael Dilherr, Heinricus Müller; Grosgebauer, Geyerus, Lütkemannus, Mauritius, Spenerus &c. annumerandi, unà cum aliis, quorum in *Ecclesiasticâ Historiâ* mentio facta est. Qui etsi non semper & ubique hujus Theologiæ apicem

cem aut altiorem gradum attigerint, quædam tamen cjus capita & principia ventilaverunt: Ita ut mox in Historia Scriptorum Mysticorum, vix quendam Patrem nominaturi simus, quem Protestantantium unus vel alter non commendaverit, vel etiam ediderit & defenderit. Ne repetam, quæ jam superiùs Cap. VI. n. 5. &c. & Cap. XI. §. 16. commemorata sunt.

(f) *Varenius* Rettung Arnds W. C. p. 93.

(g) *D. Spenerus* Tab. Hodos. l. c.

13. Inter illa verò Judici, quæ ultimis his annis publicata fuere, notum est illud *Doctoris Speneri* (tum temporis Electori Saxoniæ à Concionibus aulicis) de Theologia Mystica Judicium. In quo eam omninò orthodoxam esse professus fuit. Non minùs & Lipsiæ Anno 1687. *D. Olearius* Theol. Professor, eandem hanc Doctrinam vindicavit, & triplicem ejus viam ceu orthodoxam, approbavit, adjectis licet quibusdam cautelis. (h) Alius quoque ibidem, Idem fecit, Anno quidem 1690. *dum veram puramque Theologiam mysticam* approbavit, & à calumniis inimicorum vindicavit, eamque in Scriptis Apostolorum & orthodoxorum Patrum fundatam esse testatus est. (i) Ut taceam, pro publica concione passim ejusmodi phrases mysticas, de summis etiam mysteriis recitatas esse auditas; e. g. de Deificatione, internâ unctione & similibus, usque tum post recentiores illas controversias, multi furore & impetu Zelotum falsorum, talia ulteriùs scripta legere & applicare absterriti sunt. Non

etiam annis ultimis.

minus

minus nuper adhuc Veritas *V.E.Löschero* Licentiato Theologiæ Wittebergensi hanc expressit confessionem: (quam evolve im Vorschlag 3. Schrifften p. 27.) *Præ cæteris semper mihi placuêre penetrantes & cor afficientes motivæ, ad veram devotionem & Pietatem, quæ cum judicio ex mysticis Scriptoribus excerpuntur, de quarum fructu, experientia & praxi ipsa, convictus sum;* Et post refutationem quorundam Mysticorum [qui Authori falsi visi sunt] sic pergit: *Non loquuntur (theologi Lutherani) de pura illa Mystica theologia, quæ in scriptis Augustini, Bernardi, aliorumque Ecclesiæ Patrum legitur, & in ipsa Scriptura fundata est.* Tandem concludit: Quod ex disputationibus, litibus & actis contra Archiepiscopum *Cameracensem* constet, *quantum Papatui damnum inferat theologia mystica*; & hinc ex illa adhuc majorem sperat *fructum*, si rectè & sapienter tractaretur.

(h) Dissert. de illuminat. §. 7.

(i) *D. Adamus Rechenb.* Sched. de Orig. Theol. Myst. §. 7. 8. 15. & ult. D. Pritii oratio de Fenelonii causa. D. Antonii diss. de discrimine praxeos Philos. & Theol. c. 1. §. 30. seq. p. 29. III. p. 132. sq.

Inter Reformatos.

14. Jam porro ex tota Reformatorum Historia certum est, eos, quemadmodum ante Schisma, cum Luthero ejusque Sociis in multis consenserunt, sic etiam æquè ac illum sublimiorem hanc sive Mysticam theologiam approbavisse & applicuisse. Quippe cum in Libris primævorum illorum Doctorum, *Zwinglii* nempè, *Oecolampadii*, *Capitonis*, *Hedionis*, inprimis

ab initio Reformationis.

mis

mis in aſcetis eorum ſcriptis multa myſticarum rerum veſtigia reperiantur. Imò eos doctrinæ de immediata illuminatione, adeò non puduit, ut & Carlſtadium ſuſceperint, Profesſionemque in templis ei ac ſcholis commiſerint, Schwenckfeldi quoque argumenta & theſes approbarint; de quibus vide *Hiſtoriam noſtram Eccleſiaſticam*.

Contradictio quorundam eorum.

15. Iſto autem tempore elapſo, cum nonnulli homines vehementioris animi, in hac ſecta exſurgerent, qui diſputationibus indignabundis & objectionibus contra alios decepti, officii ſui Chriſtiani, & ſanctificationis propriæ obliviſcentes, totam ferè vitam ſuam litibus, controverſiis, calumniis, ſuperbaque in alios prædominatione conſumerent: myſtica theologia varia pernicioſa, malaque ab iis experta eſt judicia. Ita (exempli gratia) *Theodorus Beza Caſtellioni* admodùm indignatus eſt, quia Hic *theologiam teutonicam* in Latinum transtulit ſermonem. (k) *Marnixius* Taulerum vocavit Enthuſiaſtam: (l) *Hornbekius* Lutherum ipſum præcipitabundus, levem & imprudentem culpavit, quia theologiam hanc germanicam adeò laudaverat. (m) Et hanc ob cauſam hujus aſſeclæ, illi admodum iraſcebantur. In genere hæc de Reformatis & Lutheranis non minùs ac Pontificiis, valet obſervatio: Amatores inter eos & Propagatores litium atque controverſiarum ſcholaſticarum & logomachiarum, promiſcuè inimicos myſticæ theologiæ fuiſſe, luto enim & cæno ſuæ carnalis coſmoſophiæ firmiter inhærebant.

(k) *Beza*

(k) *Beza* Epist. 46. ad Gratalor. p. 213.
(l) Libro de Enthus. ap. *G. Voetium* Ascet. Cap. 3. p. 75.
(m) *Joh. Hornbekius* Summa Controvers. Lib. VI. p. 385.

Approbatio aliorum.

16. E contrario, modesta tamen & notatu digna apud illos reperiuntur testimonia eorum, quibus aliquis adhuc divinæ efficaciæ & operationis, sensus, & hinc reverentia, timor & veneratio divinæ hujus doctrinæ inerat, Quorum aliquot speciminis gratiâ citabo. Celeberrimus *Gisbertus Voëtius* Anno 1637. Disputationem publicaverat, de Exercitiis Pietatis & devotione, in qua de mystica theologia cordatam hanc optimamque tulit sententiam: *Pars nobilissima praxeos pietatis, oratione mentali, aut meditatione, aut utraque absolvitur. Quia enim in illa est συνδρομὴ omnium partium theologiæ, omnium actuum creaturæ, seu novi hominis (quippe, qui illic aut præsupponuntur, aut formaliter exercentur) hinc theologia practica, affectiva, contemplativa, mystica, κατ᾽ ἐξοχὴν dici solet.* (n)

Sententia Voëtii.

(n) *Voëtius* l. c. proleg. de Exerc. Piet. p. 13.

17. Hanc expressionem, quidam & inprimis *Sam. Maresius* notus Vitiligator Scholasticus, in malam adeò partem acceperunt, ut publicè disputationem hanc traduxerit, de quo ipse conqueritur. (o) Quo facto jadeò exterritus fuit, ut postea pro solita, intempestivâ tamen cautela rationis, & ad ulteriora incommoda evitanda, multa in theologia mystica censuerit, & culpaverit: Non minùs

Tentatio ejus.

nùs tamen veritas sæpiùs optimas ipsi confessiones expressit: Dum non solùm mysticos promiscuè à suspicione Enthusiasmi, Libertinismi, aliorumque criminum vindicavit, ut supra vidimus: Sed etiam partes & qualitates modestè (attamen pro conceptûs sui modio) explicavit & confirmavit, quod suo loco clariùs videbimus. (p)

& explanatio.

(o) Vid. l. c. Cap. I. p. 11. (p) *Ibid.* Cap. III. p. 43.

18. Famigeratissimum Jacobum Usserium mente concepisse, Author quidam novus Gallicus asseverat, Librum de natura Sanctificationis conscribere, ob difficultatem autem materiæ non absolvisse: Causam verò inquirenti amico, hanc reddidisse responsionem: *Non possum non dicere, nos* [*Reformatos*] *Sanctificationem & novam Creaturam non observare. Ea autem nihil aliud est, quam cum homo ad perfectam propriæ voluntatis abdicationem, & ad perfectam deditionem in Voluntatem Dei provehitur: ut ita in continua animæ suæ consecratione & flammis amoris, coram DEO vivat, sicque se sacrificium sistat ceu perfectum in Jesu Christo holocautoma. Multi quidem christianismum profitentur, pauci verò hanc ejus efficaciam aut effectum, viva experientia sentiunt.* Quibus verbis prudens hic Vir nihil aliud expressit, & commendavit, quam scopum & summam Theologiæ mysticæ. Reperiuntur autem plures hujusmodi sententiæ in ejus scriptis, quas pro lubitu quisque evolvere poterit. (q)

Usserii testimonium.

(q) J. C. de la Crose Recueuil de diverses Pieces con-

cernant

cernent le Quiet. pref. p. 10. ex Authore *Bibliothecæ universalis* p. 224. 239. 240.

Item aliorum, tam Anglorum quam Belgarum & germanorum.

19. Inprimis è Reformatis, Belgæ & Angli, ut & germani quidam [inter quos clarus est *Theodorus Undereyck*] Mysticas has Materias, & scriptis & dictis professi sunt: e.g. *Robertus Wilkenson*, *Udemannus Teelingus*, *Whaleleys*, *Taylor*, *Scherlog*, *Schewen*, *Scheppart*, *Bolton*, *Abreneth*, *Baker*, *Rooke*, *Plik*, *Baxter*, *Hall*, *Meade*, *Huigens*, *Hoyward*, & alii, qui in subnexo Catalogo Mysticorum reperientur; Adhuc unum duntaxat proferre licebit: Celeber ille Anglus, *Doctor Franciscus Rous*, Mysticas materias non solum per experientiam (quod ipse in titulo fatetur) descripsit, sed & expressè professus est, hunc se Librum composuisse ad rationem humanasque Scholas pudefaciendas, homines verò ad meliora manuducendos. Observat quoque, *Deum etiam illis temporibus, cum theologiæ Mysteria insolentem humanæ rationis & ingenii admixtionem sustinerent, Luminis sui Principatum & Majestatem cum splendore maximo & gloria eminentissimâ retinuisse, dum eximii viri [mystici nempè] huic sese lumini subjecerint.* (r) Et alibi Mysticos Doctores in genere commendavit, qui nempè conjugium animæ cum Christo descripserunt. (s)

Præprimis Francisci Rous.

(r) Præf. ad Interiora Regni Dei, fine.

(s) Ibid. de Mystico matrimonio præf. p. 142.

20. Nu-

20. Nuperrimè adhuc Clarissimus *Petrus Poiret* Concionator olim Reformatorum, mysticas has materias ingenuè professus est & commendavit. Quippe cum non duntaxat in propriis suis Scriptis, & præprimis in gallico illo libello *l'œconomie divine*, & in vita Antoniæ Barignoniæ, mysticam hanc theologiam sapienter & solidè proposuerit; sed etiam mystica quædam scripta, licèt absque suo nomine ediderit; Vide *Historiam Ecclesiasticam* & superiùs, ubi ex præfatione ejus in Theologiam du cœur, aliquid citatum est. Unum tantum ex eo allegabo locum, in quo summam & finem totius hujus theologiæ Sapienter complectitur; Sic inquiens: *Illi veri theologi (qualis primùm conditus fuerat homo) evadebant, quia Christi Spiritu acti & docti, vitam quidem, quoad facultates supernas vivebant in cælestibus, absconditam cum Deo in Christo; quoad externas & superficiarias, spiritu carnis opera mortificabant, & sapientiam carnalem, inimicam Deo reputabant; dabant autem operam, ut ad theologiam eandem solidam, sive theologicum statum primævum, quotquot ex hominibus possent, adducerentur, eo modo iisque viis, quibus ipsi ad ejus adeptionem pervenerant, hoc est hortabantur homines, uti facultates intimas suas ad Dei amorem elevarent, externas crucifigerent, superficiariaque ratiocinia condemnerent, quo Spiritus Christi ipsis fieret sapientia. Atque hæc est summa theologia, omniumque eorum, quæ sola Pau-*

Petri Poiret Opera

& Confessio de Theologia Mystica.

P lus

lus animis hominum imprimere allaborabat, puta charitatem, sive amorem Dei. 1. Cor. XIII. &c. 1. Cor. II, 23. Rom. VI, 6. 2. Cor. X, 4. 5. (t)

(t) Lib. II. de Erud. Superf. p. 219. 220.

Cultores Theol. Mysticæ inter Sectas reliquas.

21. Alia ejusmodi testimonia prætermitto, quæ quippe ex scriptis omnium sectarum & Religionum in toto singulari opere obvia erunt: Hoc tamen non prætereundum, Mysticam theologiam & inter eos, qui maximæ hominum parti hæretici audiunt, promiscuè, amatores sui invenisse. Sic Valentinus Weigelius de Theologia germanica, Thoma de Kempis & Taulero confessus est, *ex iis sibi primùm mendacem & nebulonem in se ipso* (i. e. depravatam suam naturam) *innotuisse:* (t) Anabaptistarum, Schwenckfeldianorumq; multi veteres provocârunt ad Mysticos: Henricus Nicolai verò Thomam à Kempis in Belgicum idioma transtulit. Celeber autem ille Mysticus Hiel dictus, Thomam hunc præter S. Scripturam summè laudat, cum ille verum & solum audiendum monstret Concionatorem. (u)

VVeigelius.

Schwenckfeld.

H. Nicolai.

Hiel.

(t) Glaubens-Bekändnüsse Cap. XII. p. 101.
(u) Send-Brieffe im II. Theil p. 95.

Quakeri.

22. Quakerorum Apologeta sic de Mysticis scribit: *Quis inficiari potest, Bernardum, Bonaventuram, Taulerum, Thomam à Kempis multosque alios divinum amorem degustavisse, & efficaciam virtutemque Spiritus,*

tus, ipsis ad salutem eorum cooperantem percepisse? Quibus verbis indicat, non omnes, qui sub Papatu degerunt, condemnandos aut reprobandos esse. (x) Alibi quoque eosdem allegat & citat: (y) Christianus Hoburg, quem non minùs ægrè ferunt Lutherani, non tantùm Thomæ à Kempis Libellum, post Scripturam S. saluberrimum duxit & commendavit. (z) Sed & Theologiam mysticam in peculiari quodam tractatu simul & in Postilla mystica, explicare, aggressus est, qui lectu non indignus est. (a)

Hoburg.

(x) *Rob. Barcl.* Apol. T. XI. u. 16. p. 250. (y) Ibid. p. 520. & alibi (z) Theol. Myst. P. III. c. 17. p. 265.
(a) Editus Amstelodami 1658. & 1674. in 12.

23. Hoc ipsum quidem à rixosis Theologiæ mysticæ objicitur, quod non mirum, cùm his hominibus minus faveant, eosque rejiciant; Sed quemadmodum verum fundamentum modi hunc vel illum hæreticum proclamandi, in *Historia mea Ecclesiastica* traditum est, sic etiam paulatim hi prætextûs apud prudentes authoritatem suam amittent; & è contrariô unanimis hic omnium Partium consensus in divinis mysteriis, ceu verum fundamentum ad unionem & perfectionem Mystici Corporis Christi ponetur. Etiamsi quoq; hi homines erroris & hæreseos certissimè convicti essent, minimè tamen indè sequeretur, & mystica scripta esse erronea, quæ ab errantibus citentur, & adhibeantur. Quippe cum hæc multò magis ad scripturam provocent, imò ipsa ortho-

Annotationes quædam.

doxorum scripta, pro sua sententia allegent. Nos potiùs indè hoc capiamus: mysticam doctrinam in omni ferè populo, ab iis, qui Deum timuerunt, acceptam & exercitatam esse: Id quod Historiæ hujus Conclusio esse potest.

Reprobatio Mysticæ Theologiæ.

24. Sic pluta commemorare supervacaneum esset, præter Judicia quædam & rationes eorum, quæ contra theologiam mysticam duobus hisce ultimis seculis publicata sunt. Non autem omnes illas vanas objectiones & accusationes repetemus, multò minùs blasphemias & calumnias à cæcis quibusdam malèque dispositis ingeniis effusas: quarum refutatio magna ex parte superiùs Cap IIX. jam allegata legi potest. Sed tantum inquiremus, cur & quomodo Pontificiorum quidam ei contradixerint? Licèt enim tota de Quietismo controversia huc spectet, fastidio tamen esset, eam iterum repetere: Quam avidus Lector prolixè recensitam, & in *nova Molinosi Editione* germanica, & in III. *Ecclesiasticæ Historiæ Parte*, invenire poterit.

inter Catholicos.

Persecutio Mysticorum.

25. In genere. Ex omni Historia constat, mysticos promiscuè, dum viverent, multum contradictionis, accusationis & persecutionis sustinuisse & quidem à propriis suis consortibus. Defunctis verò iis sepulchra & Libri eorum ornata & veneratione tractata sunt, qui à Patribus vel spiritualiter, vel etiam corporaliter trucidati erant, quod & Prophetis à Judæis evenerat. Quanquam

quam feroces multi rationalistæ, nec ipsis antiquis venerandis pepercere, quin potiùs à nonnullis concionatoribus inter Protestantes & præprimis inter Lutheranos, cum nuperrimè controverteretur, abominanda admodum judicia & blasphemiæ promulgata sint, ut sinceri & prudentes homines impudentem Spiritûs mendacii (qui Christum, Christique Spiritum totum & integrum è corde extirpare conatur) barbariem & malitiam vix satis admirari queant. Cum autem abominationes has repetere non necessarium sit, quæ nempè recenti adhuc memoria volvantur, quasdam duntaxat Pontificiorum querelas, unà cum annexis causis & rationibus ejusmodi objectionum inquiremus.

26. Conqueruntur itaque nonnulli inter eos Authores: *Theologiam mysticam malè audire, & invidiosè de ea, varia mendacia spargi ab ignaris occultæ sapientiæ:* (b) Hostem quoque humani generis, nostræ salutis & spiritualis perfectionis, ex invidia semper conati, ut viam Orationis & contemplationis Dei, hominibus summè salutarem, fundamentumque omnis spiritualis boni, sive totam annihilet, sive in quibusdam variis commisceat malis, quo hæc postea omnibus suspecta, periculosa, & fallax reddatur, atque ita evitetur. (c) *Item, non deesse protervos Theologos*, qui existiment, hanc quam mystici ecstaticam & fruitivam unionem nuncupant, rem esse à Mysticis Doctoribus adinventam, non tamen ex Evangelio, aliisque Scripturæ Locis, sive Patrum Doctrinæ posse

Et querelæ hinc ortæ.

 proba-

probari: (d) Et hos qui theologorum nomine inaniter gloriantur, Mysticorum Doctrinâm hâc in parte, tanquam vanam & ineptam, seu potiùs phantasticam irridere solere &c. (e)

(b) *Maximil. Sandæus* præf. ad theol. Myst.

(c) *Nic. à Jesu Maria* Elucid. Th. M. Cap. IIX. p. 60.

(d) *Hersent.* Comment. ad Dion. Th. Myst. p. 113. 146. *Joh. à Cruce* P. II.

(e) *Thom. à Jesu* Lib. IV. de Orat. Divin. c. 7. p. 343.

Causæ judiciorum fuêre.

27. Causæ malorum horum judiciorum, in variis ingeniis variæ conjiciuntur. Proximam Author quidam reddidit; Causa principalis est, *quia paucissimi leviora peccata vitant, neque continuam cordis puritatem tuentur: Hæc enim si semper quæreretur, facile in cordibus puris Dei effigies cerneretur.* (f)

1. Cor impurum.

"Multi etiam sibi persvadent, se ad Theologiam "ineptos esse, fortè ob naturale tem-"peramentum, aut aliam mentis "qualitatem. Cum tamen gratia "Dei naturam facile cogere & im-"mutare possit, & credenti nihil im-"possibile sit. (g)

2. Increduli-tas sive infidelitas & infirmitas.

(f) *Joh. à Jesu Maria* Theol. M. Cap. III. & ex eo *Joh. Bona* Via compendii ad Deum cap. X. §. 5.

(g) *Franc. de Sales* de divino amore Lib. XII. cap. I.

3. Naturalis cæcitas.

28. Proxima ratio procul dubio est summa naturalis eorum cæcitas, qui Spiritui Sancto obedire recusant. Quemadmodum & Philosophorum Epicuræi miserrimi habebantur, qui nihil nisi quod manibus palpare possent verum esse statuebant: Sic & Scho-

Scholaſtici illi, templique Doctores, ſemper cæcisſimi ſunt, qui Spiritualem Chriſti doctrinam, craſſum, ſenſualem, & merè externam, neſcio quem cultum divinum eſſe fingunt, & hinc omnia quæ Dei ſunt, ejusque Spiritus operationes contemnunt & perdunt. Siquidem multi cæci ejusmodi Duces (inprimis inter Lutheranos Colberg, Bücher & iis ſimiles) ſummam ſuam & miſerandam cœcitatem, hactenus publicis ſcriptis, ad proprium ſibi dedecus, turpisſimè hanc doctrinam blaſphemando, adeò proſtituerunt & detexerunt, ut Poſteri, quibus hæc myſtica veraque via ſine dubitatione acceptior & beatior erit, hanc apoſtaſiam non ſatis admirare poterint; Inprimis cum nec literalis quædam & hiſtorica de his rebus, hisq; authoribus certitudo in promptu fuerit. Et hinc evenit, ut & ignorantiam ſuam hâc in re develaverint, cum e g. Jac. Thomaſius, Ambroſium Calepinum Dionyſii interpretem ſtatuit. (h) *D. Andreas Kühn*, Angelam de Fuligno, virum nominet, (i) & ſimilia.

4. Audacia & cordis durities.

5. Etiam externorum ignorantia.

(h) *Orig.* l. c. p. 99. (i) De Contempl. Myſt. Quiet. p 51. & præf. p. 61.

29. Hæc autem cæcitas omninò cum aperta malitia & nequitia conjuncta eſt, cum nempè cor depravatum, mortificationem & necem Veteris hominis extimeſcat, & hinc primo intuitu, à myſticis his materiis abhorreat. Conſcientia o-

6. Malitia & dolus rationis.

7. Horror à Christi doctrinâ.

nim & cogitationes se invicem accusantes, statim internè judicium ferunt, hanc unicam ad vitam esse viam. Et quoniam illa arcta nimis carnique intolerabilis videtur, quærit eam operationis serpentinæ suspectam reddere, ne confundatur aut commodis suis exuatur.

8. Cupidines & peccata dominantia.

30. His accedunt innumerabiles deceptiones miserarum ejusmodi animarum per illecebras ad voluptates honores & commoda, quibus affectibus dominantibus, haudquaquam Spiritui Sancto aures præberi possunt; cum plerique Concionatorum curis mundanisque se dederint negotiis, & innocenti abstractæque primorum Doctorum vitæ valedixerint. Etenim consideretur quæso, Concionator, Superintendens, Professor, aut Doctor, qui voluptatibus & curis hujus vitæ deditus, magnis Titulis, honoribus, reditibus donatus, amori carnali implicatus, uxore liberisque oneratus, terrenus, superbus & avarus existens, spiritualia tamen & divina mysteria dijudicare conatur. Quodnam ab eo decisum expectabis? Num aliter poterit ejusmodi abdomini suo natus, quin mysticam hanc theologiam, non minùs ac omnes divinas operationes ludibrio habeat & contemnat?

9. Invidia & Zelus.

31. Præterea multos ejusmodi protervos harum rerum contemptores aperta invidia ad ejusmodi judicia impulit, qui laudis & magnæ æstimationis Theologiæ mysticæ, à multis ejus divinitatis con-

victis,

victis, attributæ impatientes, torvis eam intuiti sunt oculis. Item alii jubare meridiano clarioribus Spiritus Sancti testimoniis ex ejusmodi scriptis miseriæ suæ convicti, in ruborem dati & consequenter exacerbati; non potuerunt non illusione Satanæ ad blasphemandam eam perduci.

10. Ira & bilis.

32. Interim facile etiam conjicitur, quædam non adeò procacia ingenia, malè- & præ-conceptis opinionibus, acceptoque scandalo ad contradicendum commota fuisse, dum unum vel alterum periculum aut incommodum metuerint, quod oppositionibus præcavere existimaverunt. Observant enim literati, nonnullos in quosdam insolentes impegisse terminos, cum omnis ferè eruditorum caterva vulgaribus latinæ scholæ loquendi generibus, jam assveta fuerit. Item falsis opinionibus, spuriorum mysticorum, veram theologiam ignaris suspectam esse redditam. (k) Contra quod scandalum, explicationes, suprà Cap. IIX. propositæ & responsiones ad scrupulos tales, ut & accurata distinctio, inter veram & falsam theologiam, probatissima sunt remedia. Sicuti etiam hâc in re Spiritus Sapientiæ & Intelligentiæ in corde uniuscujusque diligentis & obedientis indagatoris optimum præstabit officium, suumque conferet auxilium; ut ita nemo falsis querelis in

11. Præjudicia & opiniones Spuriæ.

12. Scandalum acceptum.

13. Confusio veræ Theologiæ Mysticæ cum falsa sic dicta.

divinam peccaret veritatem, dummodo quisque divinum hunc Doctorem seriò sequeretur.

(k) *D. Rechenb.* l. c. §. 27. 28.

Malæ hinc Consequentiæ in omni Secta.

33. Sed hoc (proh dolor!) ultimis seculi XVII. annis ab omnibus Sectis parùm observatum est, quod perversæ illæ inter Romano-catholicos, ad versus D. Molinosium, & Archiepiscopum Cameracensem, Franciscum de Salignac Fenelon actiones; inter Lutheranos pessimæ illæ turbæ quorundam contra Pietismum sic dictum; inter Reformatos autem, recentissimæ & adhuc continuantes actiones in Hessia & Helvetia, testantur. Quæ hic fusiùs ut prosequamur, nec tempus, nec locus, nec opus est: affatim enim scripta hisce actibus impleta, publicata reperiuntur, quæ abundè satis testantur, quàm malè degenerantes Scholæ Doctores, incrementum veræ Theologiæ in omni secta ferant. Quamobrem hàc vice ulteriùs nihil addam, præter Historiam præcipuorum Scriptorum Mysticorum, qui per omnia secula floruerunt; Sic enim Historia Historiam explicabit.

CAPUT XIII.

De Mysticis & Asceticis primorum trium seculorum Scriptoribus.

Inprimis de Clemente Alexandrino, Origene, Zenone Veronensi & Methodio.

1. Hic

I.

HIc itaque, juxta factam superiùs admonitionem, non tantum propriè & strictè sic dictos mysticos, sed & reliquos Ascetas & Authores, narrabo, qui principaliter veram intenderunt pietatem. Eos tamen, qui à Maximo cætu hæretici habentur, prætermittam, quippe qui in *Historia Ecclesiastica* copiosè enarrati exstant.

2. Cum autem in Introitu ad *Delineationem primævorum Christianorum*, multi antiquorum horum Patrum commemorati sint: aliorum quoque mentio & in *Historia Ecclesiastica* facta sit; jam reliqui non adeò noti & rariores recensebuntur.

3. Ordo juxta Seculorum seriem, quantum illa ex relationibus constat, observabitur, non tamen ullibi in enarrationibus vitarum & historicis circumstantiis aut editionibus, multò minus controversiis aut confusis quæstionibus Criticorum aut Chronologorum implicabimur, sed necessaria tantum documenta de rebus & materiis ipsis unà cum nervosis & solidis judiciis, ventilabimus, in quantum ad scopum nostrum spectant.

4. Illis autem Scriptoribus, qui ante 16. floruere seculum, recentiores subnectam Mysticos: Quo hæc historiæ hujus mysticæ pars, aliquomodo iis, qui eâ indigent, sufficiat; Tametsi illos jam lubens prætereo, qui extra & supra hosce fines sese in profundissima rerum Physicarum, Magicarum, Cabbalisticarum, & aliarum haud vulgarium immiserunt. Quales fermè sunt, *Picus Mirandula*, *Marsilius Ficinus*, *Johann. Reuchlinus*,

nus, *Joachimus Abbas*, *Gvilielmus Postellus*, *Petrus Bongus*, *David Georgius*, *Paulus Riccius*, aliique plures recentiores, quorum alia occasione mentio fit.

5. Primò autem hæc narratio eò spectat, ut cuique constet, ex quibus fontibus antecedentes materiæ derivatæ & deductæ sint. Id quod iis inprimis meliorem certitudinem & quietem conciliabit, qui de hâc aut alia prolata veritate dubitant, aut etiam in eam impingunt. Hi enim ex allegatis primævorum Patrum locis videbunt, quo fato antiqua & communis veritas paulatim oblivioni tradita sit & ferè evanuerit.

6. Interim, etsi descriptio hæc multùm ad certitudinem conferre possit: seriò tamen opto, ne ullus in naturale perversum desiderium rapiatur, multos ejusmodi Libros habendi eosve perlegendi, atque in eô Christianismum suum constituendi, aut etiam vanam librorum aviditatem suam alendi. Siquidem & hæc non minùs fructus est originalis peccati, quàm desiderium aliarum visibilium & caducarum rerum, quæ in verô librorum usu, inprimis eorum, quæ materias spirituales tractant, omninò abnegari & extirpari debet, si quis scopum divinum, quem Deus & Author in uno aut altero Libro intendit, in se effectui datum experiri desiderat. In Summa, omnia conducunt ei, qui omnibus rectè utitur: Impuris verò nihil licitum aut purum est.

Sequun-

Sequuntur itaque Myſtici aliique Patres Aſcetæ & Doctores primi & Secundi Seculi.

HI prout numero pauci ſunt, ita jam *in Delineatione* & *Hiſtoria Eccleſiaſtica* ad ſatietatem eorum mentiò facta eſt, ut hoc loca plura de iis addere opus non ſit, præter obſervationes, quæ licèt ſupra in Capite de Origine & progreſſu Theologiæ Myſticæ, ſeculis prioribus exſtent, huc tamen referentur. Sunt itaque Seculi tertii Patres.

I. *CLEMENS ALEXANDRINUS.*

Clementis Momi.

1. Præter ea, quæ citatis in locis de celeberrimo & diligentisſimo hoc Patre enarrata ſunt, hoc inſuper, quoad noſtrum propoſitum de eo commemorandum. Nonnulli quidem Scriptores, varia in eo deſideraverunt, acſi non ubique ſenſu orthodoxo ſcripſiſſet; contra quos tamen eum *Bellarminus* & alii quam Plurimi excuſaverunt, dubia ſcil. ejusmodi loca per alios inſeri potuiſſe. [*Bellarm.* de Script. Eccl. n. 204. *Baronius* Anno CXCVI. & poſt alios *C. S. Schurtzfleiſchius* in Prælect. Hiſt. Eccl. Sec. III. h. v.]

Laus ejus apud antiquos.

2. Veteres quoq; non minùs eum concordi optimoque ornaverunt teſtimonio, quod fuerit *vir & Sacræ Scripturæ & aliarum eruditionum*

expe-

experientissimus [*Hieron.* de Scr. Eccl. h. v.] ἀνὴρ δεδοκιμασμένος, *probatus Doctor. Omni ex parte Catholicus & optimè eruditus* (*Rufinus* Apol. pro Origine) qui veram Philosophiam optimè calluerit. (*Eusebius* Lib. VI. Hist. Eccl. c. 13.) Alios prætermittimus.

Novosque Scriptores.

3. E recentioribus consensu quamplurimorum hæc testimonia repetiverunt, & quidem è Pontificiis, *Antonius Possevinus*, Apparat. S. hoc tit. *Baronius* Anno CXCVI. n. 22. *Lindanus* Lib. II. Panopl. c. 4. & 20. *Gentianus Hervetus* ap. *Possevinum* l. c. &c. E Protestantibus verò, *Centuriatores* illi *Magdeburgici*, Cent. II. c. 20. *Joh. Gerardus* in Patrol. p. 125. *Danhauerus* Christeidos pag. 449. (qui eum contra alios vindicavit) *Bebelius* Antiq. Eccl. Sec. III. Art. I. pag 472. *Is. Casaubonus* Exerc. I. ad Baron. pag. 2. (qui illum *virum in exhaustæ Doctrinæ* nuncupavit) *Josephus Scaliger* præf. ad Euseb. Chron. &c. &c.

Mystica ejus theologia.

4. Ad materias theologiæ Mysticæ proprias quod attinet, jam dudum à multis observatum fuit, eum quibusdam in locis *allegoricè & homileticè* loqui, atque ita non ubiq; in eo phrases & theses sequentium post illum Theologorum scholasticorum reperiri. (vid. *Joh. Maldonatus*, Comment. in Evang. Joh. cap. VI. §. 113.) Item Mysticam eum Theologiam, non ceu Systema artificiale, sed passim & fortuitò explanavisse, & quidem promiscuè

& doctrina de γνώσει.

ferè, sub nomine *veræ agnitionis* (γνώσεως) prout ea falsò, laudatæ

Scien-

Scientiæ, γνώσει ψευδονύμως dictæ opponitur (*D. Adamus Rechenbergius* Sched. de Orig. Theol. Myst. §. 18.)

5. Hæc mysticæ Theologiæ fundamenta Vir ille in suis stromatum Libris, in oratione adhortatoria ad gentiles, τὰ κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ὑπομνήματα, i. e. Observationes ex vera Philosophia, appellavit, eumque in finem quasdam Platonicorum terminos, usurpavit, quô ethnicos eò citiùs convinceret, & quidem talium veritatum, quæ verbo Dei consentaneæ habentur. Prout & vocabulum *mysticus* sæpè adhibuit, monente *D. Rechenbergio* l. c. §. 19.

item de Philosophia occulta.

II. *ORIGENES.*

De Hoc in prima & IV. *Historiæ Ecclesiasticæ* Parte, magna veterum & recentiorum Scriptorum turba recensita est, quæ partim eum excusaverunt, vindicaverunt aut approbaverunt, vel ad minimùm tolerabilem censuerunt. Quapropter non est, quod hic illos repetamus; quippe, cum quædam ex illo, loca relative tantum afferenda forent, hic autem Vir ob ineffabilem suum laborem, fidelitatem, aliaque non vulgaria sua merita, omninò dignus sit, ut ejus in Doctrina Patrum mentio fiat.

Origenis Historia & Doctrina.

III. *ZENO VERONENSIS.*

1. Hinc Vir ceu Martyr JesuChristi laudatur, qui multas virtutes, multaque ediderit miracula, quod cùm

Laus Zenonis.

aliis

& Scripta.

aliis & *Centuriatores Magdeburgici* repetunt. Cent. IV. Cap. 10. p. 1196. Magnus quidem variorum Sermonum numerus, ſub nomine ejus prodiit, qui tamen à pleriſque & maximè vulgaribus Criticis huic Authori abjudicantur. Quemadmodum etiam oculis judicari poteſt, Sermonem in verba: *Attende tibi ipſi* ex *Baſilio* petitum eſſe, item & alium de invidia, qui incipit, *Bonus eſt Deus*: item Sermones in 126, 127, 128, & 130. Pſalmum ex *Hilario* ſumtos, neque ipſi Pontificii inficiantur, qui tamen nihilòminus Zenonem *Antiſtitem acumine ingenii*, *ſtyli præſtantia*, *rerumque divinarum peritia clarisſimum* eſſe teſtantur. (*Bona Cardinalis* Notit. Script. ad Pſalmod. append. fine.)

Num Sermones ipſi proprii ſint.

2. Interim memorati jam ſermones veris ſuis Authoribus ſic reſtituti ſunt, reliqui Stylum plerumque habent æqualem, ut & exercitatus ille Criticus *Caſpar Barthius* eos ab antiquisſimo Doctore elaboratos cenſuerit, cujus *eruditum*, *ingenioſum acutum & concinnum* ſtylum ſatis admirari haud potuit. Lib. XLIII. Adverſ. c. 20. & in Notis ad Statii Silv. Lib. II. p. 390. & V. p. 446. Cujus judicium probaverunt *Bebelius* Antiquit. l. c. p. 502. *Chriſtianus Daumius* præf. ad Homiliam P.P. in Nat. n. 3. & *Auguſtus Buchnerus* in programm. Anni 1632. qui de frivola illa refutatione & editoribus hujus Libri meritò dubitat. *Cum cenſores non adverterint (quod & Raphael Bagata & Baptiſta Perettus Editio-*

ditionis secundæ Curatores, rebus idoneis docuerunt) formam sive charactera sermonis plerumque sibi esse similem, & mirum in modum respondere, posthæc attingi plura in istis sermonibus, quæ non nisi antiquissimæ Ecclesiæ temporibus, cum inter medios gentiles jactaretur & quibus Zeno martyr vixisse traditur, congruere possunt.

quæ eorum conditio.

3. Si itaque incluto huic Wittebergensium Doctori credendum, necessariò sermones hi cum iis, quas continent materiis Martyris hujus proprios esse fatendum est. Ad minimum alii concedunt, Authorem eos tempore *Ambrosii* circa Annum Christi 440. conscripsisse, cujus nempè hic in 64ta sua Epistola mentionem faciat. (*Phil. Labbeus* Tom. II. Ser. Eccl. p. 509. *Daumius* l. c. *Cave* Histor. Lit. pag. 124.) Tot autem insolentes in his sermonibus reperiuntur veritates, ut facilè conjiciatur, Authorem earum omninò illuminatum & mystici Christianismi experientissimum virum fuisse, quocunque etiam tempore vixerit: Plura de his vide in narratione ad secundam Partem *Monumenti veteris Christianismi*, p. 29.

IV. *METHODIUS.*

Laus Methodii.

1. Episcopus Tyri, antiquis admodum gratus, ut *Hieronymus* eum *Scriptorem genuinum & nitidum* (De Script. c. 83.) *Epiphanius* verò *disertissimum virum, qui pro veritate valdè dimicaverit*, appellet. (Hæresi Lib. LXIV. Add. *Menolog.* Græc. d. 20. Junii *Martyrolog.* Rom. d. 18. Sept. *Suidas* in Μεθόδιος *Photius* Cod. CCXXXV. seqq.) Imò

& recentiores de eo testantur, veritatem ipsum admodum perspexisse & intellexisse, (*Joh. Gerh. Vossius* Lib. II. de Scrip. Gr. c. 16. *Bebelius* l. c. p. 506. *Henricius Valesius* Not. ad Euseb. Lib. VI. cap. 24. *Bellarminus*, *Labbeus*, *Dupinius* &c.

& Scriptum de Virginitate.

2. Cum autem hic ex Scriptis ejus præter Convivium X. Virginum, nihil sit allegatum, non ulterius de controversiis Doctorum circa Viri hujus Doctrinam & Scripta soliciti erimus; in memorato autem illo Libro *Rivetus* pro more suo (qui unà cum *Roberto Coco* pleraque antiquorum scripta in dubium vocare delectatur) impegit', cum eum ideò suppostititium statuerit, quia *Gregorii Nazianz.* in eo mentio fit: (Lib. I. Crit. S. c. 20.) Hoc enim nomen non in proprio Methodii textu, sed in *Photii* subnexo discursu extat, qui eum excerpsit, quod vel oculis dijudicari poterit. Codice CCXXXIV. seqq.

3. Hic autem Liber complectitur Colloquium decem Virginum, quæ de vera Castitate compositè & sapienter confabulantur, testibus Autoribus. (Cave Hist. Lit. p. 75.) Et simul monentibus, nihil in eo Arianorum hypothesium immixtarum inveniri, quod quidem *Photius* aliquando asseruit.

CAPUT XIV.

De Mysticis Authoribus & Ascetis Seculi Quarti.

V. AN-

V. *ANTONIUS.*

HUjus & reliquorum Solitariorum eorumque Scriptorum, & in nuperrimè editis *Vitis Patrum* & in *Selectis* Veterum Epistolis duabus præfationibus, sufficiens mentio facta est, uti etiam fide digna documenta allegantur, hæc scripta & à Protestantibus æquô animô esse accepta.

Antonius.

VI. *MACARIUS.*

Discipulus Antonii itidem in *germanica* ejus inprimis *secunda editione*, copiosè adeò delineatus est, ut ulterioribus hic circumstantiis carere possimus. Hoc duntaxat hic observandum esset; Theologum hunc principaliter ab omnibus ferè, *Mysticis Scriptoribus* annumeratum esse. Videatur *Rechenbergii* Schediasma de Origine Theol. Myst. §. 20. probabunt hoc quoque allegatæ hic orationes & materiæ.

Scripta Macarii Mystica.

VII. *EPHREM SYRUS.*

Et hic in modo dicta secunda Macarii editione, sive *Monumento veteris Christianismi* in præfatione Partis II. pag. 29. sufficienter vindicatus est, ceu sanctus & præstantissimus Ecclesiæ Doctor, qui ab omnibus hodiernis Christiani orbis Sectis orthodoxus & candidus habetur.

Scripta Ephræmi.

IIX. *DIDYMUS ALEXANDRINUS.*

1. Vir summæ sapientiæ, quanquam ab ipsa infantia lumine oculorum cassus: quâ de re Antonium,

Laus Didymi.

Q 2 cum

cum sapientiam ejus audivisset, illum sic consolatum esse ferunt: *Ne te tua commoveat Caecitas, talibus enim oculis es privatus, qualibus & culices & musca utuntur; Gaudeas verò, qui oculis ejusmodi frueris, quibus Angeli vident, Deus conspicitur, & lumen ejus capitur.* (Vid. *Theodorit.* Lib. III. H. E. c. 27. *Hieronym.* Epist. ad Castrutium. Tom. I. op. p. 93. approbante *Jac. Thomasiô* Histor. Spruch-B. p. 723.)

Scripta

2. Vivebat autem Alexandriae (quâ Patriâ gaudebat) Solitarius, & juvenes catechisabat, inter quos Hieronymum & Rufinum quoque informaverat in Theologia, quam ille ab Origene didicerat, & circa Annum Christi 392. octogesimo tertio jam suae aetatis anno gaudebat. Ex scriptis autem ejus (praeter Librum illum contra manichaeos) restat, *Liber de Spiritu S.* Cujus Latina Versio in Operibus Hieronymi extat: Item, *Explicatio Epistolarum Apostolicarum*, quae primùm ab Henrico Canisio & postea in Bibliotheca Patrum edita est.

& Testimonia de iis.

3. Ob magnam, quae in ipso erat, Dei agnitionem magno ab Antistibus habitus est honore & Laude, licèt illi qui Origini malè cupiunt, non omnia in eo approbare voluerint. Recentiores verò Scriptores, memoratos Libros non tantum fovent, sed & in testimonium contra Arianos citant, quibus seriò contradixit, imò inclutissimus sui aevi Doctoribus eum annumerant *Bellarminus* de Script. Eccl. p. 86. *Miraeus* Bibl. Eccl. Parte I. pag. 32. *Hottingerus* Hist. Eccl. Sec. I. pag. 165.

Secken-

Seckendorffius Hist. Eccl. Lib. II. c. 3. p. 336. *Cave* Hist. Lit. pag. 143. *Olearius* Abacô Patrum pag. 124. &c.

IX. *ESAIAS ABBAS.*

1. Hic à quibusdam ad quartum refertur seculum, alii autem e. g. Editores ultimæ Lugdunensis *Bibliotheca Patrum* Tom XII. fol. 384. ad Septimum, quà in re *Bellarminum* imitatur, qui unà cum aliis fatetur, ex scriptis ejus, quo tempore vixerit, indagari non posse. Conf. *Gerhard.* l. c. p. 489. Jesaiæ Historia.

2. Statim autem defuncto Patre (qui Mercator fuerat) Ægypti solitudines petiit, bona sua vendidit, ibique cum aliis Solitudinariis Pietati, Sacræ Scripturæ & Hospitalitati operam dedit; Vide *Palladium* in Hist. Lausiaca. Cap. XV. & XVI. ubi multas de eo narrat circumstantias.

3. Viginti novem adhuc ipsius Sermones sive Homiliæ superstites sunt, quos ad fratres suos in deserto habuit, in quibus multa ejus dicta ore prolata leguntur. Ex his promiscuè serium Deo placendi eoque fruendi desiderium effulget, ut & bonum interni Christianismi fundamentum, ita ut scripta hæc de cordata & simplici vitæ ratione hominum illius ævi testantur. & scripta.

X. *EVAGRIUS PONTICUS.*

1. Præter ea, quæ de hoc viro in præfatione ad *Vitas Patrum* commemorata sunt, de scriptis duntaxat ejus hic aliquid notare restat, ea plerumq; praxin Solitariorum, imò Christianorum promiscuè in- Evagrii Scripta.

tendere. Sunt autem illa consentientibus Eruditis.

100. Capita περὶ τῆς πρακτικῆς sive de Christianismo practico, apud *Cotelerum* Tom. III. Mon. Eccl. Gr. p. 70. seqq.

Aliæ *centum Orationes sive precationes.* 600 προβλήματα γνωστικὰ, sive *quæstiones ad cognitionem inservientes.*

Liber περὶ ἀπαθείας, sive de *Liberatione ex omni affectu.*

Ἀντιῤῥητικὸν, sive *contra 8. peccaminosas cogitationes.*

Liber unus de genere sive modo vitæ solitariæ.

& eorum conditio.

2. Hos Libros inter alios *Nicephorus* laudat, *quod mirabiles, & in verbis & sensu apti sint ad persvadendum; ex quô cognosci possit, qualis fuerit Vir hic.* Testatur etiam *Sozomenus*, in verbis & factis innocentem se exhibuisse. Lib. VI. c. 3. Et hinc à *Basilio M. Gregorio Nysseno* & *Nazianzeno* admodum adamatus est, & ab illo Ecclesiæ Lector, ab hoc autem circa Annum Christi 380. Diaconus & Archidiaconus constitutus est. Posthæc ab Angelo admonitus, certum Constantinopoli evitavit periculum, & sic in Palæstina solitariam elegit vitam, discipulusque Macarii in Ægypto fuit. Postea Episcopatum oblatum recusavit, & multos sibi, dum Originem defenderet, conciliavit inimicos, quorum *Hieronymus* eum sæpiùs vehementer traducit: Vid. *Sozomenus* l. c. Palladius Hist. Lausiac. Cap. LXXXVI.

De

De quâ Controversia plura vide in Loco de Apathiâ.

XI. *ORESIESIS sive ORIESIS.*

1. Vir solitarius & ideò prorsus ferè ignotus, nisi quod Libellus ejus, *Institutio Solitariorum* insignitus, supersit, qui una cum Libro *Prosperi* de Vita Contemplativa Coloniæ Agrippinæ Anno 1530. & postea in *Bibliotheca Patrum* editus est. Tom. IV. fol. 92. seqq. Antiquus ille *Hieronymus*, & ex eo *Gennadius*, hoc de illo Judicium reliquerunt, Lib. de Script. Eccl. Cap. IX. *Vir fuit in sanctis Scripturis ad perfectum instructus; composuit librum, divino conditum Sale, totiusque monasticæ disciplinæ instrumentis constructum, & ut simpliciter dicam, in quo totum penè vetus & novum testamentum compendiosis dissertionibus, juxta monachorum duntaxat necessitatem, invenitur expositum: quem vice testamenti propediem obitûs, suis fratribus obtulit.*

Liber Oresiesis.

2. Adhuc aliud extat opus, quod hujus nominis Authori adscribitur, nempè *de sex Cogitationibus Sanctorum*, quod in Henr. Canisii Tom. V. Lection. Antiqv. pag. 951. evolvi potest; Meritò autem dubitatur, num hic vir illud congesserit. Præterea nota est, *Pachomii Regula pro Solitariis*, qui *Pachomius*, hujus & Theodori Socius in loco *Tabennensi*, & Fundator Solitariorum ibi fuit, quem & ipse Hieronymus summis extulit laudibus, *Athanasius* quoque

Et Scriptum Anonymi cujusdam de cogitationibus.

Pachomii Regula.

que permagni fecit. Vid. *Hieron.* Epist. ad Principiam. *Palladius* Hist. Lausiac. Cap. XXXIIX. *Gennadius* de Script. Cap. VII.

XII. *MARCUS EREMITA,*

Laus Marci apud veteres Patres.

Sive Asceta (Ἀσκητὴς) & *Exercitator Pietatis* dictus, in Nitria cum aliis solitariis vixit, & magnam ubique laudem fidelitate, mansvetudine, & temperantiâ sua meruit, ita ut promiscuè ferè crediderint, Angelum sanctum ipsi communionem ministravisse, præter alia miracula, quæ de eo legi possunt in *Sozomeno* Lib. VI. c. 29. *Nicephoro* Lib XXIV. c. 54. *Zonarâ* in Vitâ Leonis Aug. *Constantino Manasse* Annal. num. 41. *Joh. Antiocheno* Orat. de Donat. Monast. num. 5. *Palladio* Cap. XX. & seqq. Hinc & à recentioribus Autoribus, *Sanctus Vir & Monachus*, *imò antiquissimus & sanctus Doctor* appellatur. (*Kortholtus* Hist. Eccl. Sec. V. c. 4. p. 177. *Sam. Schelgvigius* in edit. Libri de iis, qui putant se operibus justificari, in tit. *Gedan.* 1688. in 8vo. *Gruterus* Chron. Eccles. Lib. II. pag. 978. &c.)

& Novos Scriptores.

2. Celebris illius *Chrysostomi* Discipulus & Sancti *Nili* consodalis fuit, ideò scripta eò majoris æstimantur, ut & ipsi Protestantes eum ceu *testem Evangelicæ Veritatis* citent, quia fundamentum falsæ ex opere operato justificationis clarè detexit. (*Seckendorff.* Hist. Eccl. Lib. II. c. 4. Sect. 2. p. 540. *Schelvigius* l. c.) quamobrem *Bellarminus* etiam illum suspectum habuit, ac si scriptum ejus

à re-

à recentioribus hæreticis excogitatum & inventum esset.

3. Hoc autem facto multi non tantum in hoc puncto, sed & in omnibus reliquis eum defendere, & variis argumentis explicare commoti sunt. Non obstante, quod non tantùm phrases in reliquis hujus viri scriptorum materiis, sæpiùs à communi orthodoxia declinent, sed etiam à *Centuriatoribus Magdeburgicis* jam dudum tanquam erroneæ notatæ fuerint, prout in memorata *Schelgvigii* editione legere est. Certus est, si semper ejusmodi mansvetæ adhiberentur explicationes, aut ad minimùm aliis concederentur, facilè verus Jesu Christi sensus & pax cum omnibus hominibus summâ cum svavitate sequeretur.

4. Scripta autem hujus Marci sequentia indicantur, quæ *Photius* Codice 200. commemoravit, excerpsit & commendavit. Scripta ejus.

Libellus de Paradiso & Spirituali Lege: cujus introitus trigesimâ septimâ homiliâ Macarii continetur: vide Monumentum primævorum Christianorum P. I. p. 423.

Libellus de iis, qui ex operibus se justificari putant.

---- *de Pœnitentia.*

---- *de Baptismo.*

Salutares admonitiones ad Nicolaum & ejus pulcherrima *responsio.*

Capita *de temperantia, sive verô jejuniô.*

Colloquium cum Advocato.

Consultationes intellectus, cum propria sua anima.

CAPUT XV.

De Ascetis & Mysticis Seculi quinti.

XIII. *CHROMATIUS.*

Chromatii Opera.

EPiscopus Aquilejensis in Italia, *Rufini* & *Chrysostomi* familiaris, à quô etiam summoperè laudatus, inprimis 155. epistolâ. Supersunt quidam ejus tractatus & Homiliæ in 5. & 6. caput Matthæi, de *octo beatitudinibus*, qui & à Pontificiis & ab aliis sæpiùs publicati & approbati sunt, licet utraque pars suppositas ipsi ad Hieronymum *de Nativitate Mariæ* literas, meritò refutet. Aliàs & ab *Ambrosio* & *Hieronymo* ceu probatus Doctor adamatus est.

XIV. *THEODORITUS.*

Theodoreti Mystica.

De hoc viro ea quæ scitu necessaria sunt, in *Ecclesiastica historia* jam relata exstant; Hic indicare sufficiet, eum in scriptis suis, præprimis autem in 12. Libris *de curandis græcorum affectibus*, mystica adhibuisse loquendi genera, quod nuperrimè & *D. Rechenberg*. Sched. de Orig. Theol. Myst. §. 20. observavit.

XV. *CASSIANUS.*

Accusatio Cassiani.

1. Itidem in modò dictis Libris commemoratus est, hic singularis ejus

ejus laboris mentio fiat, quem adhibuit in annotandis doctrinis & exercitiis solitariorum; Cum inprimis iracundi quidam & antiquiores & recentiores authores ejus Scripta Semi-Pelagianismi arguant, & ita sine ulla discretione reprobare conentur.

2. Alii enim fide digni Viri testantur & *judicant*, *Libros Cassiani de Vitæ genere Solitariorum perutiles esse, inprimis verò iis, qui agonem & Pietatis exercitium aggressi sunt; cum divini quid iis insit.* &c. *Photius*, Biblioth. Cod. CXCVII. Imò & *Cassiodorus*, qui *Prosperi* contra illum Judicio consentit, cordatè tamen sic scripsit: *Cassianum Presbyterum, qui scripsit de Institutione fidelium monachorum, sedulò legite & libenter audite; Qui inter ipsa initia sancti Propositi octo principalia vitia dicit esse fugienda: Hic noxios motus animorum ita competenter insinuat, ut excessus suos hominem penè videre faciat, & vitare compellat, quos antea confusione caliginis ignorabat.* Divin. Lect. Cap. XXIX. Nec ipse Prosper Cassiani *Sacræ Scripturæ experientiam*, & *penetrantes Discursus negare potest.* Libro de gratia Dei. Et in Chron. Add. *Joh. Antiochenus* de Donat. Monast. ap. *Cotelerium* Tom. I. Mon. Eccl. Gr. p. 167.

Defensio.

& Commendatio apud Veteres.

3. Et ex his rationibus *Centuriatores Magdeburgici* admirati sunt, cur veteres hi Zelotes omnia Cassiani Scripta, *nulla habita discre-*

Consensus Protestantium.

tione

tione, reprobaverint, cum tamen in Libro suo de *Incarnatione* sanctè & clarè scribat, imò neque reliqui ejus Libri extra doctrinam de Libero Arbitrio, *ab ullis unquam culpati sint*, *qui utiles admodum & salutares tradunt Doctrinas*, &c. Vid. *Centur.* Cap. X. pag. 1330. Add. *G. J. Vossius* Lib. I. Hist. Pelag. c. 7.

& Catholicorum.

4. Non minùs & Sequentes, Semi-Pelagianismo contradicentes Autores fatentur, Cassianum magna cum utilitate & securè legi posse, absque suspicione aut periculo erroris, cum Viri illius Pietas & innocentia admodum nota sit. *Joh. Climacus*, *Bernhardus*, *Thomas Aquinas*, & alii, quos nominat *Herib. Rosweydus* proleg. ad Vitas P. P. pag. 51. & *Aloysius Lipomannus* Tom. IIX. Vit. S. S. Præf. ad Excerpta Cassiani. Conf. omninò *Francisc. à S. Augustino Macedus*. Comment. pro S. Vincentio Cap. XIIX. p. 288. & *Henricus de Noris* Lib. II. Hist. Pelag. cap. 1. pag. 102. *Joh. Baptist. Gvesnajus* in Cassiano illustrato, Lib. I. c. 52. & 64. *Elias du Pin* Tom. III. P. II. Bibl. Eccl. p. 14. seqq. &c. Sicque hæc Scripta & hoc in Opere absque contradictione & dubio allegari possunt.

XVI. *EVCHERIUS.*

Eucherii Vita.

1. Primò Eremita in Insula quâdam, postea Episcopus Lugdunensis in Gallia circa annum Christi 434. *Salviani* familiaris, prout ex secunda & ultima ejus Epistola patet. Post eum autem alius ejusdem nominis Lugduni Episcopus fuit, quod Miræus

ræus Biblioth. Eccleſ. p. 28. & 192. & *Raynaudus* in Indic. Sanctorum Lugdun. p. 227. *Voſſius* de Hiſt. Lat. Lib.II. c.17. contra Baronium probant.

2. De primo illo Eucherio certæ homiliæ & ſermones ſuperſunt, qui ſub nomine quidem *Euſebii Emisſenii* editi ſunt, ſed tamen illi adjudicantur, quia *Claudianus Mamertus* Lib. II. de Statu Animæ c. 9. eorum mentionem facit, qui Authorem hunc, ceu *acutum*, *ſapientem & diſertum Doctorem* commendat: Ad minimum nec Rivetus ſibi confidit, homilias has Eucherio noſtro abjudicare; Lib. IV. Crit. S. cap. 20. fin. Conf. *Iſ. Caſaub.* Exerc. ad Baron. Annal. pag. 429. Summus ille Criticus *Caſparus Barthius*, *commendat eorum ſuavitatem*, *ſapientiam*, *& permagnum uſum*, *ad ſanctificationem & inſtitutionem*, & fatetur, *in brevibus & nervoſis ejus locutionibus plus ineſſe*, *quam multis aliis magnisque voluminibus* Lib. LIV. Adverſ. cap. 9. pag. 2539. Alibi *Chriſtianum* illum appellat *Senecam*, in Notis ad Eucherii Paræneticon. Interim ab aliis diu obſervatum fuit, quasdam Homiliarum harum omninò *Cæſario*, *Maximo Rhegienſi*, *Fauſto & Brunoni* proprias eſſe, qui non minùs probati fuerunt Doctores, de quibus *Elias du Pin* Tom III. Bibl. Eccl. P. II. fuſè differit.

& Homiliæ.

Laus & utilitas earum.

3. Reliqua Eucherii Scripta ſequentia indicantur.

Reliqua ejus Scripta.

Liber

Liber de Formula Spiritalis Intelligentiæ (quem Clavi suæ Scripturæ præfigere *Flacius* dignatus est.)

Epistola adhortatoria de contemptu Mundi & mundanæ Philosophiæ (quam *Erasmus* admodum commendat in Scholiis edit. Basil. 1531.)

Epistola commendatitia de via Solitaria.

Duo Institutionis Libri ad filium suum Salonium.

Commentarii in Genesin & priorem Regum Librum, non ejus sunt, quia in illis *Cassiodorus* & *Gregorius* M. citantur.

XVII. *NILUS.*

Nili Historia.

Hic Pater non minus in Delineatione Christianorum (Abbildung) quàm in præfatione ad II. Partem *Monumenti primævi Christianismi* p. 32 affatim vindicatus est: Et quidem consentientibus etiam Protestantibus Scriptoribus: Ut hìc Scripta ejus recitavisse sufficiat. Sunt autem sequentia.

& Scripta.

1. 229. *Admonitiones*, quæ in jam memorato *monumento* germanico idiomate evolvi possunt.
2. *Explicatio Cantici Canticorum.*
3. *Narrationes de Necationibus Solitariorum & captivitate filii sui.*
4. *Liber de octo malis cogitationibus.*
5. *Alius adhuc Liber de iisdem.*
6. 355. *Literæ* (à Possevino editæ.)
7. *Alia adhuc* 657. *Literæ* (ab Allatio editæ.)

8. 153.

8. 153. *Capita de Oratione.*
9. *Liber de Exercitio Pietatis* (qui etiam in *monumento* germanicè habetur.)
10. *Scriptum quoddam de Vita Virtutis & Vitatione Vitiorum.*
11. *De Spontanea Paupertate.*
12. *Spirituales admonitiones.*
13. *De commodo Solitariorum in urbibus & desertis.*
14. Alius *de Pietate tractatus* ad Eulogium.
15. De *vitiis* virtutibus contrariis.
16. *De variis malis cogitationibus.*
17. *Proverbia Spiritualia, secundum alphabetum.*
18. *Pia Solitariorum institutiones.*
19. 33. *Capita* juxta gradus distributa.
20. *Adagia ab inanitate absterrentia.*
21. *Homilia* in verba: jam qui habet crumenam accipiat eam.
22. Epicteti Enchiridion à Nilo contractum & emendatum.

XIIX. *CHRYSOSTOMUS* & *AUGUSTINUS.*

Chrysostomi & Augustini mystica.

Hi licèt alibi jam fusa eorum mentio facta sit, minimè tacendi sunt, quia in Scriptis eorum, multa effata & elucutiones theologiæ Mysticæ propriæ inveniuntur, de illo testante *D. Rechenbergio* l. c. de hoc verò loquentibus ejus *Confessionibus* &c.

XIX.

XIX. *ISAACUS SYRUS.*

Liber Isaaci Syri.

Antea Eremita, postea Antistes & Presbyter Antiochiæ in Syria, multa Syriaco idiomate congessit, quorum nihil ferè superest, nisi libellus in latinum translatus sermonem de *contemtu mundi*, qui etiam in hoc nostro opere citatus est ex XI. Tomo *Maximæ Patrum Bibliothecæ* p. 1019. seqq. Editores ejus Scriptum hoc juniori cuidam *Isaaco* (cujus *Gregorius M.* Lib. III. Dialog. circa VI. Seculum mentionem fecit) vindicare student, quia *Gennadius*, *Gelasius* & *Trithemius* illud inter alia Prioris Scripta non commemorant, quod & *Cave* ex illis & ex *Miræo* repetit. p. 246. Nostrâ autem quid refert, cum Materias tantum respiciamus, & contenti simus, si modo Author, quisquis etiam sit, orthodoxus habeatur? *Joh. Bona* Librum hunc de contemptu mundi *utilem & pium vocat*, sed conqueritur, quod habeat phrases difficiles, & modum loquendi obscurum. Notit. Aut. p. 587.

XX. *DIADOCHUS.*

Laus Diadochi.

1. Episcopus Photiensis, in Epiro circa medium quinti seculi, quem *Victor Vitensis* in præf. ad Lib. I. de Persec. Vandal. *celeberrimum Doctorem* appellat, *cujus permulta Scripta, ceu micantes stellæ supersunt.* Et *Johannes Antiochenus* itidem Libros ejus commendat, ceu Θεοπνεύστους, sive à DEO inspiratos. Epist. de Monast. Donat. ap. *Cotelerium* Tom. III. Mon. Græc. p. 167.

2. Scripta autem ejus sunt. *Centum Capita de perfectione Spiritali*, & 10 *descriptiones Virtutum*. De quibus *Photius* in Biblioth. præstans hoc judicium tulit: *Librum hunc eis qui Pietatem exercent, quam aptissimum esse: & iis qui in perfectificantibus Exercitiis probati sunt, nihil obscuri proponere: Cum genus ipsi loquendi & propositio inculpabilis sit, ac sensus Sapientiam ex ipsa praxi & experientia indicet.*

Scripta & judicia Antistitum.

3. Favorabilia hæc Veterum testimonia etiam à recentioribus Authoribus confirmantur, non tantum accuratis hujus Libri editionibus, sed etiam publicis Encomiis. *Bellarminus* hunc Librum appellat *præstantissimum*; de Script. Eccl. pag. 90. *Bona*, *doctum & sublimem*, Notit. Author. p. 582. Lit. D. Conf *Casimirus Oudinus* in supplem. p. 91. Et *Gerbard.* idem ex *Bellarmino* repetit. Patrol. pag. 331. Quod & Cave cum multis aliis facit. Et omninò certum est, oculum illuminatum, si Librum hunc perlegerit, facilè experturum, Authorem hunc internum fidei & totius Christianismi opus & effectum proponere, ut necessariò magnam ejus experientiam habuisse necessum sit.

& recentiorum.

XXI. *CÆSARIUS ARELATENSIS.*

1. Abbas primùm Cænobii Lirinensis, postea autem, Anno 502. Episcopus Arelatensis in Gallia, qui ob sanctitatem & sapientiam suam, magnis fuit

Cæsarii Historia.

evectus laudibus, quod *Eunodius Ticinensis* ejusque Discipulus *Cyprianus* in Vita ap. *Surium* Vit. S. S. d. XXVII. Aug. testantur; alia ejus acta & tentationes tacebimus. Hinc & Protestantes Doctores conqueruntur: *Tanti Viri Scripta, magno Ecclesiæ detrimento intercidisse. Rivetus* Lib. IV. Crit. S. c. 28.

Homiliæ. 2. Attamen quadraginta sex variarum materiarum Homiliæ supersunt, quarum quædam aliorum Authorum sunt: e. g. *Eusebii Emisseni, Augustini & Ephræmi*, quod neque *Labbæus* Tom. I. ad Bellarminum: v. Cæsar. neque Editores ultimæ Lugdunensis Bibliothecæ P. P. Tom. IIX. p. 819. inficiantur. Hoc non obstante & Protestantes tamen reliquas plerasque Cæsario omninò proprias esse, libenter concedunt; *Rivetus* l. c. *Gerhardus* p. 459. Præter has & aliæ 18. ejus Homiliæ in *Bibliotheca Patrum* leguntur. Tom. XXVII. pag. 324. seqq. Ad hæc etiam conscripsit.

& alia Scripta.

1. *De decem Virginibus.*
2. *Literas ad adolescentes vitam Monasticam agentes.*
3. *Exhortationem ad custodiendam charitatem.*
4. *Regulas Sanctimonialium.*
5. *Regulam Monachorum.*
6. *Testamentum suum:* qui tractatus omnes in memorato Tom. VIII. Bibl. P. P. exstant, variasque ad praxin conferunt admonitiones, & lectu svaves ac devoti sunt, teste *Bonâ* pag. 581. Opp.

XXII.

XXII. *VALERIANUS CEMELIENSIS.*

Episcopus in Gallia eodem loco tempore *Leonis M.* cujus totam Historiam *Theophilus Raynaudus* ab initio operum ejus, peculiari quadam apologia, complexus est, eumque ab accusatione Semi Pelagianismi vindicavit. Sunt adhuc 20. Ejus *Homiliæ* & Epistola ad Monachos *adhortatoria*, quas primùm *Jac. Sirmondus* Anno 1612. & postea *Raynaudus* ac demùm Lugdunensis Biblioth. P. P. Tomo IIX. p. 498. luci donaverunt.

Valeriani.

Homiliæ.

CAPUT XVI.

De Ascetis & Mysticis Doctoribus Seculi VI.

XXIII. *ANASTASIUS.*

I.

DIctus *Sinaita*, à monte Sinai, in quô vitam vixit solitariam; Postea Patriarcha Antiochenus, & à candidis quibusvis ingeniis magni habitus, atque ob constantiam suam ab Imperatoribus Justiniano & Justino maximè infestatus, â Mauritio autem iterum restitutus. *Evagrius* Lib. IV. Hist. Ecc. c. 40. & Lib. V. c. 5.

Anastasii Historia.

2. Innocens & durum vitæ ejus genus, Scriptoribus hoc extorsit testimonium; *Quod rerum divinarum exercitatissimus* fuerit, ita ut etiam minimas

magna commendatio.

mas res observaverit, nec unquam à constantia sua recesserit, multò minus autem in rebus divinis. Inter seria graviaque colloquia multum audiverit locutusque fuerit, & ad propositas quæstiones sapienter & cogitabundè responderit, vanas verò confabulationes nec audire nec loqui voluerit. *Evagrius* Lib. IV. c. 40. Hinc alii eum ἐυλαβεστέροις ἀνδράσι, i. e. piis doctissimis & experientissimis Doctoribus annumeraverunt. *Theod. Balsamon.* Epist de Jejuniis num. 3. ap. Coteler. Tom. II. Mon. Gr. p. 494. quæ Encomia & recentiores Autores probant. *Joh. Bona* Notit. Aut. pag. 529. *Kortholtus* Hist. Eccl. Sec. VI. 2. pag. 228.

& Scripta. 3. Scripta ejus sunt.

(a) Οδηγὸς, sive *viæ Dux* qui Liber à Criticis bonus, imò optimus, ab aliis tamen interpolatus censetur. Vid. *Elias du Pin* in Tom. V. Bibl. Eccl. pag. 96. *Cave* Hist. Lit. p. 296.

(b) *Quæstiones & responsiones circa varias materias Scripturæ*, quæ etiam ab aliis amplificatæ videntur, cum multæ in iis res & Personæ nominentur, quæ post *Athanasium* demum innotuerunt.

(c) *Meditationes Anagogicæ in Hexaemeron*, duodecim Libris conscriptæ, quorum duodecimus ab *Alixto* Londini editus fuit) vid. Acta Erud. Lips. A. XXCIII. p. 25.

(d) *Quinque Homiliæ.*

(e) *Homiliæ quædam*, duæ nempè de Annun-

ciatione

ciatione Mariæ, una in Pſalmum ſextum, &c. Vid. *Labbæus* ad *Bellarm.* To. I. h. v. & in Appennd.

XXIV. *JOHANNES SCHOLASTICUS.*

1. Sive *Climacus* à Libro ſuo, item *Sinaita*, à Domicilio, quod in monte habuit. Hic non minùs ac antecedens teſtimonium ſanctæ & inculpatæ vitæ acquiſivit, quodque inter alios ejus temporis Aſcetas præprimis doctrina & vita ſua aliis præluxit, (vid. *Daniel Monachus* in Vita. *Menolog. Græc.* 30. Mart. *Trithemius* de ſcript. p. 203. *Bellarminus*, *Baronius* &c. Quod teſtimonium & Proteſtantes approbant & repetunt. *Gerhardus* l. c. p. 474. *Cave* l. c p. 297. Quapropter ille ab omnibus ejus Montis Solitariis Abbas electus eſt.

Climaci laus eximia.

2. Principale ejus Scriptum eſt Liber, qui inſcribitur: *Gradûs Paradiſi*, triginta capita, ſive gradus complectens, quem Librum Antiqui κλίμακα (i. e. *Scalam*) κατ' ἐξοχὴν appellaverunt, διὰ τὴν κατὰ τάξιν τῶν ἀρετῶν ἀνάβασιν, propter concinnum virtutum aſcenſum; prout *Baſilius Imp.* in Menologio. d. XXX. Martii loquitur. Hocque Scriptum Græci τοῖς θεοπνεύστοις annumerant. (*Joh. Antiochenus* de Donat. Mon. n. 5.) Authorem verò θεοφόρον τῆς οὐρανοῦ κλίμακος ἀρχιτέκτονα, i. e. Divino numine afflatum cœli ſcalæ fabricatorem, (*Barlaamus Monachus*, Lib. de Purgat. & *Theophanes Cerameus* homil. XIV.)

& Scriptum.

Adſunt etiam Scholia in illum *Eliæ Cretenſis* & Annotationes Abbatis *Johannis de Raithii*, Viri illuminatisſimi (ut *Bona* eum vocat, Not. Script. p. 587.) & Abbatis, ad quem liber hic datus erat.

3, Præterea reliquit etiam hic Author Librum *ad Paſtorem*, *ſive de officio animarum Curatoris*, vitam autem ejus Monachus, humilis dictus deſcripſit, in quibus voluminibus varia notatu digna occurrunt.

XXV. *MARTINUS DUMIENSIS.*

Martini Dumienſis Hiſtoria.

1. Epiſcopus Bracarenſis & olim Abbas etiam apud Antiquos laudem ſancti, ſapientis & optimi Doctoris meruit, quale teſtimonium eo tempore rariùs & ideò majoris momenti fuit, prout videri poteſt ex *Iſidoro* de Script. Cap. XXII. & de Vir. illuſtr. Cap. XXXIII. *Sigeberto* de Vir. illuſtr. Cap. CXIIX. item ex *Toletano Concilio*, *Trithemio* de Script. Eccl. &c.

& Scripta.

2. Scripſit autem.

Formulam honeſtæ vitæ, ſive modum rectè vivendi, ſive de quatuor virtutibus cardinalibus, quod opuſculum in X. Tomo *Bibl. P. P. Lugd.* p. 382. elegantibus admonitionibus repletum exſtat.

Item *Collectionem Canonum*, & quædam Proverbia Patrum Græcorum, quæ Latino dedit ſermoni, vid. *Rosweydum* in Vitis Patrum.

XXVI.

XXVI. *GREGORIUS MAGNUS.*

Gregorii Magni laus.

1. De hoc, cum alibi ea, quæ necessaria sunt, jam retulerim, non est, cur plura addam, præter judicia Protestantium, de Scriptis ejus, quò quisque videat, eos in illis acquiescere, atque iis uti, licèt immixtas superstitiones probare nequeant.

inter Lutheranos.

2. *Centuriatores Magdeburgici* & Protestantes promiscuè *humilitatem* ejus collaudant, inprimis, quod Titulum *Catholici Episcopi sive Papæ* improbaverit; Laudant item charitatem ejus & fidelitatem in Pauperes, castitatem, & alia cordis, ingeniique ejus ingenui indicia, Cent. VI. Cap. X. p. 655. quæ judicia *Bellarminus* ex Luthero, Chronologia *Bibliandri* Chron. Tab. 10. & aliis repetit. Lib. III. de Rom. Pont. c. 23. Tom. I. Controvers. p. 303. Fatentur etiam, *quod neque fidelitate & diligentia* neque doctrina quendam tunc temporis sui similem habuerit, etiam Scriptorum suorum gratia nomine Magni, omninò dignus sit. Seckendorff. Lib. II. H. E. c. 2. p. 434. *Kortholtus* l. c. p. 247.

3. Conciones ejus Lutherus quidem aliquando ne obolo dignas judicavit, ob odiosam duntaxat materiam de apparitionibus & purgationibus animarum: Contrà tamen alii Theologi Lutherani veritate coacti, expressè scripserunt; *Neminem veterum Doctorum illo præstantiorem fuisse* (*Joach. Hildebr.* Arte benè mor. Cap. IIX. pag. 126.) Item: *perutiles eum scripsisse libros*, quorum homiliæ in Ezechielem & Evangelia,

item Moralia, Pastorale, & Psalmi pœnitentiales præstantissimi sint; (Kortholt. l. c.)

Et Reformatos.

4. E Reformatis, Casaubonus *magnum, imò re ipsa magnum & sanctum* illum *virum*, & *Phœnicem sui temporis* vocavit, (Exerc. XV. n. 15. pag. 308. Exerc. XVI. n. 144. p. 657.) & *Cave* demùm fatetur, quod laude Pietatis & eruditionis minimè privari possit. (Hist. Lit. p. 304.) E Criticis verò, *Barthius* prodidit; *Mirificè bonis rebus plenas homilias, ipsum autem doctissimùm Præsulem & exemplar sequentium seculorum Doctoribus fuisse.* (Lib. LV. adversar. c. 14. & Not. ad Stat. Theb. II. p. 447.) Promiscuè etiam mystici multa ex moralibus, aliisque ejus scriptis citant, quod non magis, ac alius Spiritus Sancti effectus reprobandum est, etsi fœnum & stipula, prout omnibus promiscuè hominum, ita & ipsius Lutheri Scriptis immixtum esset.

CAPUT XVII.

De Mysticis Doctoribus Seculi Septimi.

XXVII. *ISYCHIUS.*

I.

Hesychii scripta.

SIve Hesichius Presbyter, & Episcopus postea Hierosolymitanus, tempore *Gregorii Magni* floruit: qui etiam literas ad illum dedit, quos vide Lib. IX. Epist. ep. 40. Multo quidem hoc nomine

nomine prodierunt Epiſtolæ, aſt quia plures *Heſychii* fuerunt, Critici inter eos diſcernere allaboraverunt, vid. *Edmund. Albertinus* Lib. II. de S. Euchar. & *Labbeus* Tom. 1. Script. p. 632. Hinc etiam editores *Bibliothecæ Patrum Maximæ*, ſermonem de temperantia & ratione reluctandi & precandi, huic adjudicare confidunt. Tom. XII. p. 195.

2. Scripta quæ ei tribuuntur, ſunt ſequentia.

1. 200. *Dicta ad Theodalium, de temperantia & virtute*, (græcè ἀντιρρητικὰ καὶ ἐυκτικά) quorum permulta ex *Marci Eremitæ* Aſceticis petita ſunt, quod Photius Bibl. Cod. CXCIIX. aſſerit.

2. *Octo Libri in Leviticum*, de quorum Authore magna inter eruditos eſt diſſenſio, vid. *Cave* l. c. p. 312.

3. Κεφάλαια, *ſive Capitula, in 12. Prophetas minores.*

Ut & alia minuta opuſcula, quæ hîc non allegantur. De omnibus verò his ſcriptis hoc certum eſt, quod vivam agnitionem & communionem Jeſu Chriſti exquirant, in qua omne pietatis fundamentum ponunt, quod in Scriptoribus hujus ævi rarius & ideò tantò majoris æſtimandum eſt.

XXIIX. *DOROTHEUS.*

1. Abbas in Palæſtina, antea Diſcipulus & miniſter erat celebris illius Prophetæ Johannis in diutur- Dorotheus.

R 5 na e-

na ejus ægritudine, non autem Presbyter Tyri circa III. Seculum, quod notum est.

2. Ille autem ex opinione editorum, quarto jam seculo secundum *Guilielmum Caveum* septimo, floruit, librumque hoc titulo reliquit.

Doctrina sive Homiliæ de justa piaque vita. Quem Antistites antiqui, ceu θεόπνευστον scriptum commendaverunt & citaverunt, (*Joh. Antiochenus* Don. Mon. num. 5.) Sed & recentiores Lectu dignum censuerunt; hinc & in *orthodoxographis* invenitur; & postea sæpiùs editus est, productus quoque testimonii loco à Protestantibus sæpius, præsertim *à D. Bebelio* aliisque.

3. Sunt præterea breves quædam Epistolæ variarum materiarum spiritualium, e. g. de *tentationibus*, *de vanis cogitationibus & actionibus*: in quibus realia non minus ac in illis, pro ejus ævi modio, ad excitandam fidem & agonem spiritualem perutilia sunt.

XXIX. ANTIOCHUS.

Antiochi Homiliæ.

Et hic Monachus in Judæa, circa initium septimi seculi fuit, supersunt de ipso:

130. *Homiliæ*, quæ titulum gestant, *Pandectæ Scripturæ Sacræ*; Sive *Epitome Doctrinæ Christianæ*, item:

Liber de peccaminosis cogitationibus ad Eustathium, qui tamen ipsa octogesima octava inter supra memoratas est homilia: Utrumque opus invenitur in ultima editione Biblio-

bliothecæ P.P. Tom. XII. p. 214. & 293. & est salutare, nervosi etiam & concisi styli, notante *Joh. Bona*, Notit. Aut. p. 579. *Opp.*

XXX. *JOHANNES MOSCHUS.*

Moschus.

1. Primò eremita ad Jordanem erat, postea (ad alios solitarios invisendos) per Ægyptum & occidentem, tandem Romam proficiscebatur. Hinc omnia quæ vidit & audivit, scripta reliquit, Titulo:

Λειμὼν, *Pratum*, sive *viridarium Spirituale*, quod *Cotelerius* demùm, unà cum restituto græco textu publico dedit. Tom. II. Mon. Gr. p. 341. *Rosweydus* autem Latino sermone, juxta *Ambrosii Camaldulensis* versionem latinam p. 647. publicavit.

2. Scriptores Librum hunc perutilem tradunt, (*Aloysius Lipomannus* Vit. S.S. Bellarminus de Script. p. 253.) fatentur tamen, non omnibus narrationibus fidem præbendam esse, cum admodum credulus fuerit, & multa ex auditu narraverit. (*Baronius* Annal. ann. CDVII. p. 261. *Antonius Possevinus* Appar. Tom. II. p. 426.) quod unicuique statim apparebit. Sed plura de hoc vide in Præfat. ad *Vitas Patrum*. Hic nihil absque discretione ex eo allegatum est.

XXXI. *THALASSIUS.*

Thalassius.

1. Et hic Abbas Cænobii in Deserto Libyæ, *S. Maximo* admodum familiaris, ut & Episcopo *Theophilo*. Quod vide apud *Svidam* in v. *θεόφιλος*; Sed cum

cum alio ejusdem nominis, Arianô nempè non confundendus eſt. (vid. *G. J. Voſſium* Lib. IV. Hiſt. Græc. c. 20. p. 497.)

2. Scripſit quatuor Hecatontades, ſive centurias Dictorum, *de puro amore, abſtinentia in vita*, & *regimine mentis*. Quæ etiam à Proteſtantibus inter orthodoxographos & ab Oecolampadio latinè editæ ſunt, item a *Frontone Duceo*, græcè in Auctario Tom. II. p. 1279. & in *Biblioth. Patrum Lugdun.* Tom. XII. p. 377. ſeqq. Materiæ ipſæ ſaluberrimæ ſunt, & introverſam DEO deditam vitam poſcunt; quamobrem ſine dubio, multis Deiavidis animabus profuerunt, & adhuc proſunt.

XXXII. *MAXIMUS*.

S. Maximi Scripta.

1. Hic præcipuum inter Myſticos Doctores Locum ſortitur, quia non ſolum *Dionyſii* opera ſingularibus illuſtravit notis, ſed & in cæteris ſuis ſcriptis, hanc theologiam principaliter tractavit. Quare & veteres *Scripta* ejus commendaverunt, quod *theologia & decens vitæ ratio* (ἠθῶν διακόσμησις) *admodum ex illis effulgeat*. *Photius* Bibl. Cod. CLXIV. Item tradiderunt, omninò à Deo inſpirata, & ideò lectu perutilia eſſe: *Joh. Antiochenus* ap. Coteler. Tom. I. Mon. Gr. p. 161.

& Laus apud Veteres.

2. Antiqua Eccleſia Græca Martyribus eum annumeravit, ob certamen ejus cum Monothelitis, ob quod multa paſſus, tandem in carcere obiit: vide curriculum vitæ ejus To I. operum, Edit. Gr.

Lat.

Lat. *Combefisium* p. 2. seqq. Add. *Gennadius* Lib. de Vir. Illustr. Latina itidem memoriam ejus festiva celebrat solennitate. (vid. *Martyrol. Rom.* d. XIII. Aug.) Protestantes locum ipsi inter *Doctores Ascetas* concedunt, & *celebrem atque excellentissimum* eum appellant *theologum* atque *Philosophum*, quibus Encomiis simul & scripta ejus approbant. *Kortholtus*, Hist. Eccl. Sec. VII. c. 4. p. 273. *Rechenb.* Sched. de Orig. Th. M. §. 25. *Spanhemius* Hist. Eccl. auct. Sec. VII. p. 637.

3. E Latinis *Joh. Picus* hoc de eo tulit Judicium (Epist. dedic. ad Episc. Paris. in Capit. Oeconom.) *Lecturus hos* Libros, illud maximè commodum habebit, ut discat discernere inter animam & corpus, quid unicuique conveniat; purgabit etiam omnes sensus cogitationesque ab affectibus impuris, qui intellectum obscurant, & ne Deus purè videatur & ametur, impediunt. Add. *Baronius* Anal. Tom. IIX, An. DCLVII. p. 31. *Bellarmin.* de Script. h. v. *Phil. Labbe*, Contin. Tom. II. h. v. *Bona* Notit. Script. p. 589. — atque novos Scriptores.

4. Primaria ejus Scripta huc spectantia, sunt sequentia (Disputationes enim nihil ad nos.) — Scripta ejus

1. Quatuor Centuriæ *de perfecta charitate & aliis Christianis virtutibus*, ad Elpidium.
2. 500. Capita de *virtute & vitio.*
3. 213. Capita de amore.
4. Liber *de vera Pietate*, in forma *Colloquii.*
5. 65. *Quæstiones de difficilibus Scripturæ locis* ad Thalassium.

6. *Quæ-*

6. *Quæstiones & responsiones* circa 79. puncta.
7. *Explicatio Orationis dominicæ.*
8. *De injusto judice* ad Theopemptum.
9. *De Mysterio Christi* ad Gregorium.
10. In verba: *Hæc à me prætereat Calix.*
11. *De exitu Spiritus* seu ad Marinum.
12. Liber de anima.
13. 46. Literæ.
14. *Capita theologica*, sive Homiliæ ex variis authoribus congesta.
15. Scholia in Dionysium.
16. Scholia in Gregorium Theol.

CAPUT XVIII.

De Ascetis & Mysticis Scriptoribus octavi, noni, decimi & undecimi Seculi.

XXXIII. *JOH. CARPATHIUS.*

Carpathius.

Episcopus Insulæ ejusdem, qui *scriptum consolatorium*, ad Monachos Indiæ (πρὸς τȣ̀ς ἀπὸ Ινδίας προστρέψαντας μοναχȣ̀ς, παρακλητικὰ κεφάλαια) 100. capita complectens, reliquit, testante *Photio* Cod. CCII. cui etiam Joh Antiochenus l. c. *inter sanctos & divinos Libros* locum dedit. Præterea de eo superstites sunt, ex versione Jacobi Pontani 98. *Puncta admonitoria*, seu *Spirituales institutiones* Tomo XII. Bibliothecæ P. P. novæ p. 355. & alia adhuc 94. Capita, p. 542. quo-

quorum numerus tamen in Manuſcriptis ad 317. excurrere fertur.

Alius interim *Philo Carphatius* fuit, cujus *Explicatio Cantici Canticorum Salomonis* reſtat. vid. Critica *Photii* Bibl. p. 270. *Bellarm.* de Script. p. 73. *Rivetus* Crit. S. p. 307. & alios, ſed hæc nihil ad nos. Plures Myſtici Authores & Aſcetæ, neque in hoc, neque in ſequentibus ſeculis reperiuntur, ob horrendam Cleri ad Ceremonias, imagines & umbras apoſtaſiam, quibus omnem internam virtutem & veritatem amiſerunt.

Noni ſeculi.

XXXIV. *SMARAGDUS.*

Abbas Cænobii S. Michaelis, ad S. Michaelis, qui circa initium hujus, non autem in fine decimi vixit ſeculi, teſte Cave, Hiſt. Lat. p. 358. Sequentia ipſi à *Sigeberto*, *Honorio Auguſtodunenſi* & *Trithemio* ſcripta adjudicantur (quorum primum etiam Tomo XVI. Bibl. P. P. pag. 1305. &c. exſtat.) Smaragdus.

1. *Diadema Monachorum*, ex proverbiis Patrum.
2. *Via Regia* Capitibus 32.
3. P*oſtilla* in Epiſtolas & Evangelia.

Contenta eorum pro ratione ejus temporum ſic ſatis bona ſunt & proficua, licèt verum Evangelii fundamentum non omninò attingant: Interim tamen B*ona* (Not. *Script.* p. 593.) eum, *divinæ ſapientiæ lumine imbutum Doctorem* appellat.

XXXV.

XXXV. *PASCHASIUS RADBERTUS.*

Paschasius.

Primùm monachus, postea Abbas Cænobii Corbejensis, hic tantum commemoratur, propter 12. ejus Libros, quos in Matthæum scripsit, in quibus elegantes quædam ad praxin admonitiones obviæ sunt. Reliqua disputatoria in Historia Ecclesiastica enarrata sunt. *Johannes* Bona appellat illum, *virum in divinis scripturis valdè eruditum.* Not. Aut. ad Psalm. lit. P.

Decimi seculi.

XXXVI. *MOSES BARCEPHA.*

Moses Barcepha.

Et hic tantum ob tres *suos de Paradiso Libros* commorandus, in quibus passim elegantes materiæ occurrunt; primùm ab *Andrea Masio* latinè & Syriaco sermone (erat enim Episcopus Beth-Ramanensis in Syria) editi & postea B*ibl.* P. P. *Maximæ* inserti Tom. XVII. pag. 456 seqq. Vide & *Gerhard. Vossium* dedic. Ephrem Syri ad Sixtum V. B*ona* appellat illum virum doctum, sed interdum à vera theologia dissentientem. Not. Aut. p. 589.

Seculi Undecimi.

XXXVII. *FULBERTUS CARNOTENSIS.*

Ob sermones & Epistolas quas scripsit notandus est, quæ per *Carolum de Villiers* editæ, varias, præ aliis ejus ævi libris, bonas admodum materias complectuntur. Fulbertus.

XXXIIX. *ANSHELMUS.*

1. Præter ea, quæ de hoc viro in *Ecclesiastica Historia* observavimus, hic tantum ascetica ejus Scripta indagabimus, quæ sequentibus titulis insigniuntur. Scripta Anshelmi.

1. *Soliloquium.*
2. *Decem meditationum Libri.*
3. *Manuale* de Salute Animarum (quæ vulgò Augustino adscripta fuere.)
4. Meditatio *circa beneficia Dei.*
5. Meditatio *passionis Christi.*
6. Alloquia cælestia, sive *Facula piorum affectuum ad Deum, Christum, Mariam, & Sanctos.*
7. Meditationes & Orationes, quinque Partibus.
8. *Exhortatio ad contemptum temporalium, & desiderium æternorum.*
9. Admonitio pro moribundo.
10. Parænesis ad virginem lapsam.
11. Liber de Beatitudine.
12. Homiliæ in quædam Evangelia.
13. Epistolæ.

2. Favorabilia Catholicorum de hoc Doctore judicia nota sunt: non Judicia de iis.

minùs & Protestantium, quamvis hi nævos quosdam notent: *Centuriatores Magdeburgici* curam ejus Religionis laudant, quam, præ tot millibus sui ævi Episcopis præstitit, & sacram scripturam admodum exercuit. Cent. XI. Cap. X. p. 616. In Lutheri Tom. VII. Altenb. iu præf. *Georgii Majoris*, a. 5. f. a. exstat. *Anshelmus pius Ecclesiæ Doctor fuit, quem Deus ad verbum suum conservandum dedit*; ubi etiam illum citat. fol. 650. a. u. Tom. IX. f. 309. a.

3. Alii etiam confirmant & repetunt *Bellarmini* de eô Encomium, quod fuerit *Vir admirandæ Sanctitatis, magnæ sapientiæ, nec minoris modestiæ* (D. *Joach. Hildebrandus*, Arte Mor. Cap. VII. p. 101.) Laudant quoque ejus in scriptura rimanda diligentiam, (*Kortholtus* Hist. Eccl. Sec. XI. p. 439) quod libri ejus inprimis morales probant, & ipsemet præf. Soliloq. fatetur se *Augustinum* assiduè legisse, ejusque docendi genus imitatum esse. Hinc fieri potuit, ut postea, quædam scriptorum ejus sub nomine Augustini publicarentur. Qui autem perspicit, quousque Augustini Doctrina de Principiis Christianismi pertingant, etiam Anshelmi scripta judicare poterit.

XXXIX. *BRUNO.*

Brunonis Historia.

1. Astensis dictus, quò minus cum Fundatore Carthusiæ confundatur, Episcopus erat in Gallia, abdicavit primùm, sed postea coactus, munus suum recepit, quod tamen iterum exuit, & Abbas Cænobii

nobii Cassinensis Anno 1107. factus est. Attamen postea Anno nempè 1111. Episcopatum suum rursus repetere adactus, tandem verò An. 1125. defunctus est. Vid. *Petrus Diaconus* in Chron. Cassinensi.

2. Multa ejus in Biblia Commentaria, profecto non spernenda, supersunt. e. g. & Scripta.

Comment. in *Pentateuch.*
- Hiobum.
- Psalmos.
- Canticum κατ' ἐξοχήν.
- Apocalypsin Johannis.

Item 145. Sermones sive Homiliæ;
Liber in Hymnum Zachariæ.

Et alia quædam opuscula, quæ etiam inter Opera *Carthusiani Brunonis* reperiuntur. Homiliæ præprimis notabiles sunt, quod sub nomine *Emissenii* sæpiùs editæ huic eas vindicavit. Venet. 1651. Tom. II.

CAPUT XIX.

De Ascetis & Scriptoribus Mysticis seculi Duodecimi.

XL. *BERNARDUS.*

I.

JAm Ascetæ ejusmodi & Mystici Scriptores, majori occurrent numero, cum Celeber ille Bernardus doctrina & vita sua permultos excitaverit, Bernhardi Historia.

 qui

qui eum vel summo studio & in veritate secuti,
vel etiam (quod sæpius fit) tantùm phrases &
formulas ejus imitati sunt.

2. Hujus viri Historia & in *Delineatione Chri-*
stianorum, & in Historia Ecclesiastica explicitè
enarrata est; Hic de scriptis ejus commemora-
re restat, quanquam & in Delineatione momen-
tosa multa de eo testimonia allegata sunt, præ-
primis favorabile illud judicium ex *Davide Chy-*
træo, Orat. de Melanchthone & aliis.

& Laus apud Lutheranos.

3. Ipsemet *Lutherus* de eo Tomo
II. Altenb. p. 810. fatetur, eum fu-
isse *virum generosi & magni Spiri-*
tus, ita ut *omnibus & recentioribus & antiqui-*
oribus Authoribus eum anteponere voluerit. Et
Tomo IX. p. 308. b. testatur, *religionem illum opti-*
mè intellexisse. Add. Kirchen-Postill. Part. IV.
p. 425. Licet etiam varios in eo interdum obser-
vaverit defectus, eos tamen depravato ejus ævo
attribuit, cæterum verò multoties ejus allegat
testimonia.

ac alios

4. Alii Doctores Protestantes non
minùs eum nullo habito dubio ad-
modum collaudant, & expressè fa-
tentur: *Illum Sanctissimis Patribus, etsi non æ-*
tate, Sapientia tamen, Sanctitate & Authori-
tate omninò æquiparandum esse, qui fuerit Vir
Apostolicus, sapientia & miraculis celebris. Scri-
pta autem ejus (inprimis *meditationes*) appel-
lant *fluentum Paradisi, Animæ Manna cæli, cibum*
Angelorum, medullam Pietatis &c. qualia judi-
cia affatim in Libris eorum obvia sunt. (vid.
vel

vel *Centur. Magdeb.* Cent. XII. Cap. X. p. 641. *Joh. Gerhardus*, Confess. Cathol. p. 10. *Hildeb.* l. c. Cap. I. p. 9. & Cap. VII. p. 100. *Kortholtus* l. c. Sec. X. Cap. IV. p. 473. *Jacob. Thomas.* in præf. n. 84. *Hist. Eccl. Goth.* Lib. II. p. 609. *Acta Eruditorum Lips.* Supplem. Tom. I. Sect. XI. p. 556. 560. & 566. *Cave* Hist. Lit. p. 449. *Joh. Schopfius* Accad. J. Chr. p. 174. *Dan. Heinsius* & ex eo *Christ. Daumius* præf. ad. Homil. in Nat. Dom. n. 23. & plures.) Romanos præteribo Scriptores, qui majoribus illum efferunt laudibus, & incipientibus christianis svadent, ut ejus scripta legant. (*Henr. Sedulius* Hist. Seraphicâ Comm. in Cap. XI. Vit. Franc. pag. 136.) Idem faciunt & Quakeri, (*Rob. Barclay* Apol. p. 250.)

Scripta ejus Mystica.

5. Jam Scriptorum ejus asceticorum & mysticorum mentionem faciamus quia ab Authoribus sæpè citantur, & interdum adeò strictè exquirunt christianismum, ut, si alius similibus scriberet terminis, facilè ab imprudentibus Enthusiasta appellaretur. Sunt autem ea sequentia.

1. *Sermones in Diebus Dominicis aliisque festis.*
2. *17 Homiliæ in Psalmum 91mum.*
3. *Homiliæ tres de variis Materiis*, & aliæ 17 Homiliæ breves.
4. *86 Homiliæ in tria priora Cantici Salomonæi capita* (quæ ferè omnes ad Theologiam Mysticam pertinent, & à *Gilberto de Hollandia* 48 Sermonibus continuatæ sunt, hæ autem eodem ferè spiritu ac Bernardi conflatæ æstimantur. p. 584. Bona.)

 5. Quin-

5. Quinque *de Meditatione Libri* ad Papam Eugenium. (qui multas easque profundas materias complectitur.)

6. Adhortatio ad Clerum, *de Contemtu Mundi*.

7. Liber de *Amore Dei* ad Haymericum & alius, de *interiore domo*, qui à quibusdam *Hugoni de S. Victore* tribuitur.

8. Liber *de Conversione* ad Clerum.

9. Notus ille *Jubilus* Jesu Christi.

10. Epistolæ 444 numero, juxta editionem novissimam.

6. Reliqua scripta partim sequenti occurrent numero, partim in aliis Authoribus inveniri possunt, quibus jam à Criticis adjudicata sunt. Prout nupertimè adhuc Celeberrimus *Johann. Mabillon*, cum aliis S. Benedicti Patribus, juxta *Jacobi Merlonis Horstii* editionem (Paris 1645. 5. Tomis) alienos & suppositos libros, accuratè discrevit & exterminavit, ut & ipsi Protestantes in ejus libris vix amplius quid desiderare possint (Paris. 1666. & 1690. fol. & in IIX. Vol. in 8vo. Conf. Cave p. 540. *Acta Erud.* Lips. l. c.)

XLI. *GVILIELMUS ABBAS.*

Gvilielmus Abbas.

1. Primùm Bernardi Discipulus, postea in Cænobio S. Theodorici Rhemensi Abbas erat, Bernardo autem defuncto Abbatia hac abdicavit, & cænobium Cistercienſe ingressus, diem obiit supremum.

2. Quidam ejus Librorum falsò Bernardo imputantur, hisque titulis extant.

1. *Epi-*

1. *Epistola* ad Fratrem de Monte Dei de vita solitaria.
2. Libri tres *de Amore Dei.*
3. Liber *de Contemplando Deo.*
4. *Speculum Fidei.*
5. *Ænigma Fidei.*
6. *Meditationes.*
7. *De Natura & dignitate amoris divini.*
8. *Explicatio Cantici Salomonis.*
9. Vita S. Bernardi.

XLII. *GUERRICUS.*

Et hic Bernardi Discipulus & Imitator fuit, postea verò Abbas Rhemensis exstitit: Hinc Sermones ejus in utraque recentiori editione *Bernardi* Tom. VI. ut & Tom. XXIII. *Bibl. P. P. Maxima* pag. 169. etiam separatè editi sunt; in veteribus quibusdam exemplaribus. Materias pertractat elegantes, juxta Sensum & Principia Bernardi, ut multas ad vitam piam admonitiones & constitutiones conferre valeant, si cum discretione & spiritualibus oculis legantur. *Cardinalis Bona* Autorem hunc appellat *suavem, pium & abundantem cælesti doctrinâ.* Not. Auct. p. 555. lit. G.

Gverricus.

XLIII. *ARNOLDUS GARNOTENSIS.*

Itidem intimus Bernardi amicus, minime tamen sanctum ejus scribendi modum & virtutem assecutus est, Scripta ejus plus verborum, quàm Spiri-

Arnoldus.

tus & vitæ ſpirant. Interim tamen Eruditionis Encomium ipſi manet. Vid. *Bona* Not. Aut. pag. 580. Scripta ejus ſequentia extant.

1. Liber *de Cardinalibus Christi operibus.*
2. Alius Liber, *de Operibus ſex dierum.*
- de Septem Chriſti in Cruce Verbis.
4. *Meditationes* variæ.

XLIV. *ALREDUS.*

Alredus. Monachus Ciſterrienſis, tempore Bernardi, nobilis eſt, ob tres ſuos libros quos *Speculum amoris* appellavit, & tres alios adhuc, de *Spirituali amicitia* item aliquos ſermones, qui in hoc noſtro opere raro adhibentur. *A Bona* appellatur vir *Sanctiſſimus & Suaviſſimi Eloquii* Not. Aut. p. 578. Opp.

XLV. *POTHO.*

Potho. Presbyter, ſeu Sacerdos & Monachus in Cænobio Prumienſi hic ob ſcriptum ſuum commemorandus, quod 5. voluminibus complexus eſt, de *Statu Domus Dei*, & aliud quoddam de *Domo Sapientiæ*, in quibus elegantes in varia Dei opera obſervationes, paſſim obviæ ſunt.

XLVI. *HONORIUS AUGUSTODUNENSIS.*

Honorius. Hic notandus eſt, ob Sermones ſuos, de *Tempore* & Sanctis, quos *Speculum Eccleſiæ* inſignivit, & ipſe ſuis ſcriptis annumerat, è quibus *Daumius* unum

num edidit Sermonem, item ob *Explicationem trium Salomonis Librorum* & tres de *Imagine Mundi* Libros.

XLVII. *EUTHYMIUS ZIGABENUS.*

Hujus *Panoplia adversus hæreses*, interdum hic allegatur, quæ è græcis Patribus congesta est; præter eam & Explicationes ejus in Psalmos, Evangelia & omnes Apostolorum Epistolas. Promiscue ejus animæ cura & studium laudatur, licet durus admodum in latinam fuerit ecclesiam, à quâ eam ob causam Schismaticus culpatur. *Stephan. le Moyne* proleg. ad Var. seu *Cave* H. tr. p. 451. *Thomas Ittigius* de Hæresiarch. præf. p. 17. *Allatius* Lib. II. de consensu Eccl. c. 10. *Bona* Not. Aut. p. 583.

Euthymius.

XLIIX. *PHILIPPUS SOLITARIUS.*

Solitarius Græcus, unde forte nomen sortitus, quatuor conscripsit Libros, titulo, *Dioptra* seu *Regula Christianismi*, in specie Colloquii corporis cum anima, qui cum Notis *Jacobi Gretseri* editi sunt, & pro ejus ævi genio salutares, dum passim ex antiquioribus Mysticis aliquid adfert.

Philippus.

XLIX. *SIMEON JUNIOR.*

Hic græcis tanto post mortem fuit pretio, ut absolute eum νεὸν Θεόλογον appellarent, & quidem ob

Simeon junior.

ascetica ejus scripta. Vid. *Leo Allatius* Diatribe de Simeonibus. *Carolus du Fresne* Glossar. Græc. p. 490. Multa etiam ob sinceram suam confessionem contra Impietatem Imperatoris, sustinuit, & (quia alius criminis convinci non poterat) heterodoxiæ accusatus est.

2. Scripta hac spectantià sunt.

1. 33. Sermones de *fide & vita Monachorum & Christianorum*.
2. Liber de *divino amore*, seu de Sancta laude.
3. 228. Capita *de variis Christianismi practici doctrinis*.
4. Tractatus *de transformatione animæ & corporis*, qui novissimè à Petro Possino luci datus est.

Ex lectione & allegatis hujus viri patebit, virum hunc pro modio suo, benè & candidè animatum; variisque à Spiritu S. donis potitum fuisse, quæ publico bono prodesse possunt.

L. *HILDEGARDIS.*

Hildegardis

Hic quidem non allegata, tamen commemoranda est, quia à plerisque, mysticis annumeratur, & non tantum à Romanis, sed & à Protestantibus commendatur & approbatur, *Centuriatores* enim *Magdeburgici* recitant & repetunt, à Deo ipsi infusas revelationes, & præcipuè ejus *Contestationes* contra Clerum, & *Prophetias* de futura reformatione citant. Cent. XII. Cap. X. p. 1700. seqq. Alii scribunt, *quod raris animi dotibus prædita, & egre-*

& egregia erga Deum Pietate, erga religionem Zelo insignis, visionibus divinitus concessit & prophetiis inclaruerit, quæ & à Papis & Conciliis approbatæ fuerunt. *Bona* Not. Aut. p. 586. *Cave* l. c. p. 476. Evolve Historiam vitæ ejus, in secunda Parte *Vitæ Patrum*. Revelationes ejus, tribus continentur voluminibus & triginta octo literis & Responsoriis, quæ Anno 1566. Coloniæ Agrippinæ, ut & XXIII. *Bibliotheca P. P. Max.* p. 535. seqq. edita sunt.

LI. *HUGO DE S. VICTORE.*

Hugonis Victorini Historia &

1. Bernardi intimus, Natione Saxo, Stirpis Comitum Blanckenburgensium, quod nuperrimè Dominus *Leibnitius* probavit, præf. Accesf. *Hist. Act. Erud. Lips.* An. 98. p 354. Abbas aliàs fuit Cænobii sancti Victoris, Parisiis, ubique bona gaudebat fama, bonoque testimonio, non minùs eruditionis, quam Pietatis.

Laus apud Protestantes,

2. Hoc & Protestantes concessere, quod suo ævô *vir celeberrimus in Docendo* habitus sit; *Centur. Magdeb.* l. c. p. 1625. testantur etiam: virum illum ejus seculi doctum & in scriptis Augustini exercitatum, ut alter *Augustinus* sive *lingva Augustini* sit appellatus: observante *Dionysio Carthusiano*. Tract. II. de Donis Sp. S. artic. 13. vid. *Cave* l. c. p. 456.

atq; catholicos.

3. De Mysticis ejus Scriptis hoc „fertur judicium; quod sensum ab„ditum exprimere conetur, & ma-

teria$

„terias suas ad mysticam theologiam declina-„verit. (vid. *Max. Sandaeus* Lib. III. Th. Myst. Comm. V. p. 649. *Gisb. Voët.* de Exerc. Piet. Cap. III. p. 45. Sunt autem sequentia.

Scripta ejus.

1. Liber de arrha animae.
2. 5. Libri de arcae Noae mysticae descriptione.
3. Liber de modo orandi.
4. *De Medit. animae.*
5. 4. Volumina de *Claustro animae* (quae Hugoni Folieto tribuuntur.)
6. De amore Sponsi & Sponsae.

it. Explicationes in Dionysium.

4. Praeter quae ad theologiam practicam pertinent:

Explicationes allegoricae in totam sacram Scripturam.
Institutiones in Decalogum.
Liber de Medicina animae.
Liber de nuptiis carnalibus & Spiritualibus.
4. Libri de vanitate mundi.
De Sapientia animae Christi.
De Verbi Dei efficacia.
100. Sermones & quaedam Epistolae.

LII. *RICHARDUS DE S. VICTORE.*

Richardi laus.

1. Hugonis & Bernardi familiaris, idemque Prior Parisiis, Laudem viri suo aevo eruditi & vitae inculpatae meruit, licèt Protestantes allegoricas ejus Commentationes in Scripturam non approbent. *Centur. Magdeb.* l. c. p. 1626.

2. Alii

2. Alii Contra *dignum Authorem censent, qui ab omnibus nocturnâ diurnâque manu versetur, ejus ingenii subtilitatem & eloquii medietatem, quod etiam scriptis suis sensum erudiat, affectum, & Lectoris studium ad majus incrementum promoveat, atque ita divinæ Contemplationis subtilissimus Magister fuerit*; *Bona* Notit. Autor. p. 593. *Sandæus* l. c. Librorum autem ejus sequenter præcipuè ad Mysticam theologiam petinent.

De Sacrificio Abrahæ.
De Tabernaculo Fœderis. & Scripta.
De Templo Salomonis.
Explicatio Cantici Canticorum,
Explanatio in Prophetam Danielem.
De Præparatione animæ ad Contemplationem, sive *de 12. Patriarchis*, (in eo scripto, per experientiam docet, qualiter contemplationis gratia assequi possit.)
Sex de *Contemplatione Libri* (de quibus *Sandæus* testatur, quod in hoc genere nihil accuratius & ingeniosius legerit; cum in iis exprimat omnia, quæ ad Mysticam spectant, acsi in Libro experientiæ legisset omnia.

3. Reliqui Libri morales & Ascetici sunt:
De exterminatione mali & promotione boni.
De Statu interioris hominis.
De eruditione hominis interioris.
De gradibus charitatis.
Mysticæ annotationes locorum in Psalmis.
Decisio aliquot Dubiorum.
Explanatio in Apocalypsin Johannis, 7. voluminibus.

CAP.

CAPUT XX.

De Mysticis & asceticis Authoribus Seculi decimi tertii.

LIII. *NICETAS CHRONIATES.*

Nicetas. Hujus duntaxat *Thesaurus orthodoxæ* fidei hic interdum allegatus est, in quo ferè ac *Euthymius* Patrum Græcorum loca ad certos titulos retulit, & quasdam veritates theologicas explanavit.

LIV. *GVIBERTUS sive GVILBERTUS TORNACENSIS.*

Gilbertus. Librum *de quiete animi scripsit*, qui hic aliquoties allegatus, dum admodum internam veramque hominis felicitatem docet; Licet genii ejus seculi vestigia inserta legantur.

LV. *HUMBERTUS.*

Humbertus. A Gallico quodam vico, de Ramanis dictus, ne cum *Humberto Cardinali* confunderetur, primum Monachus Dominicanus, posteà ejusdem Ordinis Generalis, elegantem scripsit Libellum, *Speculum Religiosorum*, *sive Spiritualis institutionis*, quem 6. Voluminibus complexus est, & à *Bona* utilissimum opusculum appellatur. Not: Aut. p. 586. Scripsit præterea *200. Sermones* & 2. Libros de informatione prædicatorum.

LVI.

LVI. *BONAVENTURA.*

1. A Græca Ecclesia *Eutychius* sive *Eustachius* cognominatus, natione Italus ex ditione Florentina, ab ipsa juventute insolentibus animi dotibus nobilis fuit, ut facilè ubique magnam authoritatem sortitus, & ejus doctrina permagni habita sit. Non minus & innocentis suæ vitæ & conversationis testimonium meruit, fatentibus ipsis Protestantibus. *Centur. Magdeb.* Cent. XIII. Cap. X. p.1022. ab antiquioribus autem fusius confirmatur vid. vel *Platina* in *Vita Clementis IV.* Paulus Æmilius Lib. VII. Hist. *Antonius* P. III. Hist. Lit. 24. c. 8. *Job. Gerson* Lib. de Examinat. Doctr. & Epist. de Laude D. S. *Bonaventura.* it. de Libris leg. Consid. V. Parte 2. *Tritbemius* de Script. in Bonav. *Sabellicus* Ennead. IX. Lib. 7. & omninò *Petrus Gallesinius* in vitâ Bonav. ap. *Henr. Sedulium* Hist. Seraph. p. 218. seqq. inprimis Cap. V. *Waddingus* Annal. Minorit. Ann. MCCXI. seqq.

Bonaventuræ magna laus.

in omni Secta.

2. De Doctrina & Scriptis ejus Protestantes itidem modestè & benè judicarunt. *Lutherus* ipse expressis verbis ita scripsit Tom. I. Altenb. p. 708. a. *Homo Strenuus fuit, qui non facile ulli secundus, Vir NB. magni Spiritus, imò majoris ac omnes alii in Academiis enutriti.* Et alibi; *Monachorum sanè sanctissimus fuit.* Tom. IX. f. 780. b. Allegat etiam passim ejus testimonia & consensum,

Singularia de eo judicia.

sensum, interdum tamen & nævos ejus notat: interim encomia hæc & ab aliis repetita extant. vid. *Joh. Gerhard.* Patr. p. 614.

3. Tales autem de illo ab aliis latæ sunt sententiæ. Si *quæratur à me, quis inter cæteros plus videatur idoneus, respondeo sine præjudicio, quod D. Bonaventura, quoniam in dicendo solidus est, & securus, pius & justus & devotus, recedit à curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas, vel doctrinas seculares, dialecticas theologicis terminis obumbratas, more multorum. Sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem & religiositatem affectum.* "Unde factum est, ut ab indevotis "Scholasticis, quorum proh dolor! major est nu"merus, ipse minùs extiterit frequentatus, cum "tamen nulla sublimior, nulla divinior, nulla sa"lubrior atque svavior pro theologis sit doctri"na, de quo verè dicitur illud Christi de Johan"ne erat lucerna ardens & lucens *Joh. Gerson* Lib. de Exam. Doctr. Idem hic eum vocat Doctorem Seraphicum, eo quod intellectum illuminet, affectum incendat, & omnes per excitantem amorem cum Deo uniat. Epist. de Laud. Bonav.

4. Alius ita de eo testatur: *Vir erat in divinis Scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, vita & conversatione devotus & sanctissimus. Cujus ingenium dotem naturæ, & vitæ puritatem præceptor ejus Alexander ab Ales contemplatus dicere solebat.* In Fratre Bonaventura Adam peccasse non videtur. Scripsit multa

&

& profunda & devotisſima opuſcula, quibus ardentia verba proferens, non minùs affectum legentis, in Chriſti amore accendit, quam intellectum Doctrinis Sanctis illuminat, omnes enim ſui temporis Doctores, utilitate operum facile præcellit: Si Spiritum divini amoris, & Chriſtianæ devotionis in eo loquentem attendas. Profundus eſt, non verboſus, ſubtilis, non curioſus, diſertus, non vanus, flammantia, non inflantia verba proferens: undè & ſecuriùs legitur, utiliùs frequentatur, dulciùs & fructuoſius retinetur. Joh. Trithemius l. c.

5. Alia ejusmodi Encomia prætermitto, cum in Lectione Scriptorum horum, obvia erunt. (Conf. *Sedulius* l. c. Cap. VI. & VII. p. 226. Notatu dignum autem eſt, quod *Franciſci annales* de eo narrant; illum *Thomæ de Aquino* advenienti, & Bibliothecam, undè claros adeò libros congereret, videre percontanti, nihil niſi crucifixum oſtendiſſe, & dixiſſe. *Ex fonte hoc* (Jeſu Chriſto) *ſe omnia, quæ legat aut ſcribat, haurire.* Part. II. Tit. 2. c. 2. Myſtica autem ejus Opuſcula ſequentia à Sandæo enarrantur, & commendantur. Th. Myſt. p. 650.

Fons undè Libri ejus promanârunt.

Myſtica eorum Catalogus.

1. *Itinerarium Mentis in Deum.*
2. *Breviloquium*, it. Centiloquium.
3. *Pharetra amoris.*
4. *Stimulus divini amoris* (etiam germanicè Coloniæ editus eſt.)
5. *Incendium amoris.*

6. *De Processu Religionis.*
7. *De Septem gradibus Contemplationis.*
8. *De 7. Donis Spiritus Sancti.*
9. *De Theologia Mystica.*

Sunt præterea.

10. *De quatuor virtutibus cardinalibus.*
11. *De resurrectione ad gratiam.*
12. *Diæta Salutis.*
13. Meditatio de vita Christi.
14. Liber Meditationum.
15. De Passione Christi.
16. De 7. Christi in cruce verbis.
17. *Institutio vitæ Christianæ.*
18. Speculum disciplinæ in usum novitiorum (quod & germanico idiomate impressum est.)
19. Regimen animæ.
20. Speculum animi.
21. De Decalogo.
22. Gradûs virtutum.
23. Septem itinera æternitatis.
24. Liber Amatorius.
25. *Exercitiorum Spiritualium Libellus.*
26. De sex alis Cherubim.
27. De sex alis Seraphim.
28. De contemtu Mundi.
29. De Reformatione mentis.
30. De Perfectione vitæ.
31. Alphabetum parvum boni monachi.
32. De Paupertate Christi.
33. Apologia Evangelicæ Paupertatis.

Et

Et multa alia scripta theologica, quæ magis ad theologiam Scholasticam & monasticam pertinent.

LVII. ALBERTUS M.

1. Ob magnam, quâ excellebat, sapientiam, Magnus cognominatus, & à Protestantibus clarissimis Philosophis adscriptus (*Centur. Magdeb.* l. c. p. 1072. *Gerhardus* l. c. p. 602. *Seckendorffius* H. E. Lib. II. c. 4. pag. 647. *Kortholtus*, *Spanhemius*, *Cave*, *Micrælius*, aliique) Imprimis Libellus ejus *de adhærendo Deo*, à *Gisberto Voëtio* laudatur. Cap. III. Asc. p. 37. Alii jam dudum eum à falsis insimulationibus Magiæ & vanitatum Libri, de Secretis Mulierum vindicaverunt, sed hæc alibi evolvantur.

Alberti M. laus apud Protestantes.

Quod autem contemtus Mundi & desiderium summi boni curæ ipsi, cordique fuerit, ex vita ejus concluditur, dum Anno 1260. nolens ad Episcopatum Ratisbonense adactus fuit, quem tamen postea resignavit, & Coloniæ Agrippinæ vitam solitariam egit, ad fatalem usque Diem. (*Paulus Jovius* Elog. Doct. Vir. p. 15.)

Defensio.

2. Scripta ejus huc pertinentia hæc sunt:

& Scripta Mystica.

1. Libellus, *de adhærendo DEO* (qui sæpissimè editus e. g. Antwerpiæ 1581. 8vo. & 1612. 8vo. & 1621. Colon. 1638. 8vo. & germanicè, sub titulo: *S. Alberti M.* güldenes Büchlein / wie man GOtt an-

hangen soll. Cöln. 1638. in 18vo. Qui ab omnibus abditæ Sapientiæ amatoribus non satis laudari potest.

2. *Paradisus animæ* sive *de virtutibus* quod opusculum cum præcedenti, eodem ferè tempore prodiit.

3. *Explanatio in Dionysium Areopagitam.* Reliqua tota ferè Scholastica & Philosophica, nostro instituto parum conferunt.

LIIX. *THOMAS DE AQUINO.*

Thomæ Historia.

1. De hoc Alberti M. Discipulo non èst, quod hic commemoretur, præter ea, quæ hujus sunt materiæ. Capax ejus ingenium diligentia & studium theologiæ notum & inter omnes partes extra controversiam est, licet quidam non omnes ejùs Libros approbent. Notatu verò dignum est antistitis cujusdam de eo effatum: Antequam vel discurrendo, legendo, dictando vel scribendo quid præstarent *semper orationem præmittebat*: Ut solita de eô fama extiterit. *Illum eruditionem suam non diligentia sua, sed oratione tantum a Deo adeptum esse.* *Henr. de Herphordia* Chron. Cap. XCV. *Centur. Magdeb.* l. c. p. 1196.

Laus apud Veteres.

2. Veteres promiscuè *Seraphicum* eum appellaverunt *Doctorem*, & per magni fecerunt. vid. omninò *Bzovius* Annal. Eccl. Ann. MCCLXXV. num. 19. seq. Vita Beati Thomæ per *Andr. Maurocenum.* Volateranus Lib. XXI. p. 758. *Nic. à Jesu Maria* Elucid. Th. Myst. P. I. c. I. §. 5. &c. Habetur

quippe

quippe à Romano-Catholicis non duntaxat Pater Scholaſticus, ſed & *præſtantisſimus Theologus Myſticus, quem frequens meditatio & communio Dei docuit, quid intellectus ſit. Joh. à Jeſu Maria* Tract. de Theol. Myſt. Dub. 10. *Sixtus Senenſis* Lib. IV. Bibl. S. p. 308. "Qui ut in "omni alia parte Theologiæ, ita in ea, quæ My-"ſtica dicitur, excelluit, ut tum pleraque illius "opuſcula oſtendunt, tum ſubtilisſimæ de hôc "titulo diſputationes in ſumma, ſecunda ſecun-"dæ, quibus quicquid de contemplatione, via "contemplativa, ecſtaſi, raptu aliisque ad myſti-"cam Theologiam ſpectantibus theologicè diſ-"quiri poſſet, præclarè & copioſe exequitur. San-"dæus Th. M. p. 650. Interim alii obſervaverunt, quod myſticam theologiam, cum Scholaſtica confuderit.

3. Scripta ejus huc ſpectantia ſunt. & Scripta Myſtica.

1. Secunda ſecundæ in ſumma Theologiæ (quam græca Eccleſia græcè verſam, legere ſolet, *Dav. Chytræus* de Statu Eccl. Gr. p. 18.) & moralia quædam opuſcula. e. g.
2. De duobus præceptis charitatis & Decalogi.
3. De vanitate Intellectus.
4. De Perfectione vitæ Spiritualis.
5. De amore Dei & proximi.
6. De beatitudine.
7. De vitiis & virtutibus.
8. Explanatio in Canticum, quam in ipſo Mortis articulo conſcripſit: Multa ejus in Biblia Commentaria tacemus.

CAPUT XXI.

De Scriptoribus Mysticis Seculi decimi quarti.

LIX. *JOHANNES CYPARISSIOTA.*

Cyparissiota. Græcus Doctor, de quo nihil ferè constat, nisi quod Librum reliquerit *Expositionem* (nempè) *Materiarum earum, quæ à Theologis de Deo dicuntur.* X. Decadibus. In quo scripto, pia multa sunt, inprimis abdita quædam mysticæ Theologiæ, ut & Symbolicæ mysteria, judicante *Iohanne Bona in Not. Aut. p. 587. Opp.*

LX. *IDIOTA.*

Idiota. 1. Et hic fortè circa hoc seculum commemoratur, quia parum de eo constat, cum Author nomen suum reticuerit *Vid. Joh. Baptist. Ricciolius.* Chronol. Reform. Tom. I. Lib. IX. c. 10. p. 403. *Raynaudus* verò nuperrime adhuc in nova ejus editione demonstrare conatus est, Authorem vix ante biseculum floruisse, *nomine Raymundum Jordanum.*

2. Quicquid sit liber tamen ejus locum inter Mysticos meretur, & summopere commendatur: complectitur verò quinque volumina Meditationum. *Bellarminus* & *pios eos*, & *admodum doctos appellat.* de Script. p. 215. *Bona* illi

nomen

nomen dat *pii Scriptoris* p. 586. Not. *Sandæus* laudat Authorem, quod *abditæ Sapientiæ & Theologiæ experientissimus fuerit*. Lib. III. Th. Myst. p. 564. Quod & illuminatus quisque facile videbit.

LXI. *HENRICUS SUSO*.

1. Et hic circa hæc ferè tempora floruit, vel etiam paulò ante: Ipse indicat in Libro de novem petris, p. 241. annum 1352. Vid. Historiam vitæ ejus Parte secunda Operum ejus. Protestantibus *Vir Pius audit*, *cujus Scripta Papatum nequaquam sapiunt*: item, *præstantissimus theologus*, &c. quod Prudens quisque experietur, si scripta ejus legerit, licèt multa in iis de statu animæ post mortem, & communione cum Sanctis occurrant. *Joh. Henr. Ursinus* Lib. II. Analect. Sacr. n. 26. p. 143. *Gvil. Cave* Hist. Lit. pag. 520. *Bellarminus* quoque consentit, & commendat eum ceu *virum pientissimum*, l. c. p. 221. alii, ceu *celebrem* prædicatorem, *Surius* in præf. Edit. Susonis laus

2. Alii observant, quod *gratiâ Contemplationis & Scriptis suis aliquod nomen inter Mysticos meruerit*, & maximo Libro germanico composito, cui titulus, Horologium Sapientiæ. *Sandæus* l. c. pag. 654. Scripta ejus germanicè composita à *Laurentio Surio* autem latino sermoni data, & ex hoc iterum per *Anshelmum Hoffmannum* in germanicam lingvam translata, sunt sequentia. & Scripta.

1. *Elegantissimum Colloquium Sapientiæ cum famulo suo.*
2. *Perutiles quædam Conciones.*
3. *Epistolæ quædam.*
4. *Colloquium cum veritate.*
5. *Tractatus de novem petris.*
6. 100. *Meditationes de passione Christi.*
7. *Horologium sapientiæ.*
8. *Vita Autoris.*

Exstant hi tractatus & italico idiomate, titulo: *Vita & opere Spirituali del Beato Enrico Susone.* in Padova. 1686. 4to.

3. "Præcipuus Propositionis ejus character hic "esse posset: Studet Lectorem ad crucis & totius "vitæ Christi amorem excitare, quâ anima pur-"gatur, & consequenter vera Theologia & Sapi-"entia, per experientiam acquiritur. Expressio "ejus simplex, sed pura, ab omni simulatione, do-"lo, amore sui, libera; & tenerum atque filia-"lem affectum ad communionem & internam "fruitionem Domini nostri Jesu Christi, sapiens: "Ut abundans evangelica in illo reperiatur gra-"tia, cum multum temporis à lege, sub illorum "temporum caligine vexatus fuerat, quod ex vi-"ta ejus videmus.

LXII. *S. GERTRUDIS.*

S. Gertrudis.

1. Quanquam hujus & subsequentis Mechthildis Scripta, hic allegata non sint; præterire eam tamen nolui; quia à Pontificiis Scriptoribus Mysticis annumeratur: Refertur autem una cum illâ

illâ à quibusdam ad ſeculum 13. ab aliis verò ad initium 14. Licèt alii prodant eam Anno 1290. jam defunctam fuiſſe: Vixit autem in Cœnobio Rodelsdorff ad Islebiam, poſtea verò Helftæ, cum memoratâ modò Mechthildi, multisque monialibus, ut Abbatiſſa, vitam egit, ſingulari ſanctitatis & devotionis laude.

2. Scriptum ejus germanicum hoc titulo teritur.

Offenbahrung und Leben der Heil. Jungfrauen GERTRUDIS, in fünff Büchern: Als Influß göttlicher Gütigkeit und Andacht / begreiffend den Inhalt der gantzen Christlichen und geistlichen Vollkommenheit: von vielen hochgelehrten / der heiligen Schrifft Doctoren / zum höchsten gepriesen. Cöln 1657. & 1674. 8vo.

Hic liber latinè verſus hunc habet Titulum: *Inſinuationes divinæ pietatis* S. Gertrudis Abbatiſſæ (translatæ per Johannem Juſtum Lansbergium) Coloniæ Agrippinæ 8vo. De hiſce revelationibus, vel inſinuationibus, eruditi judicant: *Quod Myſticum ſenſum præ ſe ferant, & legi poſſint in ſchola adfectus non omninò rudibus: Quia Authrix Dei familiaritate eximia & hinc illi ſapientia ex alto conceſſa fuerit, quam ideò & aliis commonſtrare poſſit.* Vid. *Adrianus de Walenburch* in Cenſura Operibus præfixâ. *Ludov. Bloſius* in Monili S. append. n. 4. *Lanspergius* in Epiſt. præfixâ p. 6. ſeqq. *Sandæus* Theol. Myſt. p. 655. *Bona* Not. Aut. p. 584. Conf. *Cave* Hiſt. Lit p. 500.

LXIII. *S. MECHTILDIS.*

Mechtildis

1. Stirpe nobili germanica, & Soror sive Gertrudæ uterina. Sed & Religionis Socia in memorato cænobio Helftæ, erat. Supereſt etiam de hâc Libellus, hoc titulo: Offenbahrungen der heil. Mechthildis in 5. Büchern Cöln. 1660. 8vo. item latinè *Insinuationes sive Revelationes sive Mechtildis quinque Libris.* 1536. Pariſiis 1513. & alibi. Non minus & Italicè aliquoties proſtat.

2. De hac talis ab eruditis fertur ſententia. *Agebat cum ſponſo cœleſti frequenter, ut myſtices amatrix, & indulgebat illi liberaliter ſponſus, ſæpe ſe videndum offerens. Denique divinitùs hauſtam doctrinam & adfectus afflatusque cæleſtes profert in Libello, de* Spirituali *gratia & revelatione, cujus Lectione aliquos ad* Sapientiæ *altioris amorem inflammata ſcimus. Sandæus* l. c. *Antonius Poſſevinus* Appar. S. Tom. II. p. 100. A Proteſtantibus hujus ceu *Sanctæ Virginis* vita, & ex illa revelationes citantur. *D. Martinus Geierus* Allgegenwart GOttes p. 321.

LXVI. *CATHARINA SENENSIS.*

Catharinæ Senenſis Hiſtoria.

1. Narrabimus & reliquas hujus ævi fœminas illuminatas, (licet hic non ſint allegatæ) quarum hæc & ſcriptis & virtutibus nobilis eſt. Erat natione Itala, Senenſis, & monialis Ordinis divi Dominici, tantaque apud Clerum valebat Authoritate, ut oratione in præſentia Cardinalium

lium habita, toti Papæ aulæ persvaderet, Avenione Romam discedere. Tota vitæ ejus Historia in *Vitis Patrum* legi potest: obiit Anno 1380.

2. Scripta & opera ejus sunt: Scripta.

1. Epistolæ 364. ad variæ conditionis Personas datæ.
2. Colloquia de Providentia Dei.
3. Revelationes, seu divina doctrina per æternum Patrem, qui eam ad intellectum locutus est: Omnia latinè, italicè & gallicè aliquoties publicata.

3. De ipsa ejus Persona asserunt & Protestantes, Quod fuerit sincera erga Deum Pietate, illibata vitæ castimonia, flagrante in pauperes charitate, & zelo in Ecclesiam permagno. *Henr. Warthon.* Append. Hist. Lit. Gvil. Cave p. 41. *In Scriptis ejus mirabilem verborum simplicitatem, in literis verò gravitatem & permagnam pietatem* observant. Licèt quidam nihilominus absq; ulla tamen ratione concludere conetur, revelationes ejus ab aliis fictas esse, quia tot de conjugio ejus cum Christo, locutiones complectantur, quas, pro communi opinione, contra perspicua tamen tot Scripturæ testimonia, blasphemas judicat. Warthon. l. c. & laus.

4. Contrà alii fatentur (qui non minùs superstitiosa quædam, in iis detexerunt) omninò illas *sensum pietatis* secum ferre. *Kortholtus* Hist. Eccl. Sec. XIV. Sect. 2. p. 594. Imò contra superbum eruditorum Consvetudinem fatentur:

Deum

Deum in innoxia virgine monstrare voluisse, à Christo solo omnia, quæ salutem concernunt, expectari debere: (quibus Miraculum 5. impressarum ipsi cicatricum probatur) Item: *à plurimis irrisa & præcipui ex Doctoribus eam variis confundere examinibus commissi sunt: Sed de vanitate tam concinnè locuta est, ut multos in consensum traxerit. Joh. Micrælius* Hist. Eccl. P. III. pag. 172. Et tandem revelationes ejus citant. *D. Geier.* Allgegenwart GOttes. pag. 131. *Micræl.* l. c. p. 173. Catholici autem sine ulla hæsitatione de scriptis ejus produnt. *Quod omninò divinam sapientiam & Manuductionem ad vitam S. contineant, atque mysticæ alumnis perutilia sint.* Quod quasi experti, inprimis de literis ejus testantur. *Sandæus* l. c. *Joh. Bona* l. c. p. 581. Confer. *Abr. Bzovium* Annal. ann. MCCCLXX. num. 20.

LXV. *BRIGITTA.*

Brigitta. 1. Ad ea, quæ jam in Parte II. *Vitar. Patrum* & in prima Parte *Hist. Eccl.* de vita ejus narrata sunt, de scriptis ejus commemorare restat; Quæ germanico, latino, multoque alio sermone edita sunt. ut Noribergæ. 1521. fol. Rom. 1557. fol. Antwerp. 1611. fol. Colon. 1628; & nuperrimè adhuc Monachii 1680. fol. Titulum ejusmodi gestant, prout & separatim exstant.

Revelationes Sanctæ Seraphicæ Matris Brigittæ. 8. Libris.

Aliæ quædam *revelationes* extravagantes, per Petrum Alvaſtrum collectæ.

Regula Salvatoris, ex ore Chriſti Sponſæ ſuæ Brigittæ data.

Inter Pontificios non tantum in Sanctorum Catalogum recepta eſt, à Bonifacio IX. Anno 1391. Sed & revelationes examen durius paſſæ, approbatæ ſunt. Hinc à *Bona* appellantur, *maturo Theologorum judicio approbatæ.* Not. Auct. pag. 581. Vid. *Bellarm.* Lib. I. de Purg. c. 7. & *Poſſevin* Tom. I. Lit. B. & ex eo *Joh. Gerhardus* Patrol. pag. 690. Celeber ille Criticus & Hiſtoricus *Conringius* easdem fermè admittit, & recentiores quosdam duntaxat, ſub nomine Brigittæ editas refutavit. Animadverſ. in Novenam Antonii, p. 30. Cum autem hic non ſint allegatæ, non eſt, quod plura de illis commemoremus.

LXVI. *JOHANNES TAULERUS.*

1. Ejus Vitam evolve in *Vitis Patrum* item in *Heupelii* Memoria Tauleri inſtaurata. Witteb. 1688. 4to: Hic pro neceſsitate tantùm Operum ejus mentionem faciemus, cum illa (Hiſtoria vitæ) & in operibus germanicis ultimæ editionis, (*Francof.* 1694.) exſtet. Scripta ſecundum modo dictam editionem ſunt ſequentia.

Tauleri Hiſtoria.

Scripta.

1. Poſtilla ſeu Conciones in Diebus Dominicis aliisque Feſtis.
2. Imitatio pauperis vitæ Chriſti.

3. *Me-*

3. *Medulla animæ*, sive Perfectio omnium Virtutum.
4. *Meditationes Spirituales de vita & passione Christi.*
5. Tractatus nobilissimus, quomodo homo possit serius, internus, spiritualis & DEi contemplativus evadere.

2. Opera hæc è germanicis latina fecit *Laurentius Surius*, & impressa sunt. Colon. 1548. 8vo. 1572. 8vo. 1603. 4to. Item Amsteledami 1588. & 1647. fol. item Italico & aliô idiomate extant. In gratiam autem eorum, in quibus & per quos caro & ratio identidem adversus hanc theologiam murmurat, quædam omnium partium theologorum judicia allegabimus, quo consensus eorum in Capite & Principio interni Christianismi dilucidetur.

& judicia catholicorum de eis.

3. Constat inter Latinos ante biseculum, *Eccium* in impetuosis suis adversus Lutherum libris, Taulerum hunc ut *somniatorem* culpavisse, eumque suspectum reddere studuisse sed *Ludovicus Blosius* alius Doctor Pontificius peculiari eum refutavit libro, quem apologiam appellat, in quo demonstrat, Eckium *imprudenter nimis* judicavisse, & quidem *ex iracundia* erga Lutherum, qui illum citaverat, è contrariò Taulerum ceu clarissimum & orthodoxum Theologum ac singularem Dei amicum, scripta autem ejus tanquam sana & divina commendavit, vid. Apol. passim, approbantibus Lutheranis

nis *Micral.* Synt. H. E. Lib. III. p. 37. Heupelio l. c. §. 10. *Kortholt.* H. E. l. c.

4. Alii hujus Ecclesiæ Scriptores sic de Taulero testantur. *Erat doctus non multa legendo, sed experiendo, & mysticas materias planas adeo facit, ut qui affectum duntaxat habet proclivum, ipsemet optimam & facillimam viam capere possit, ad summam perfectionem penetrandi.* *Surius* Epist. dedic. ad Rusbroch. & Edit. Taul. Lat. Repetunt & confirmant *Blosii* judicium de eo, & ab omnibus objectionibus illum vindicant. *Sandæus* Th. M. p. 651. seq. Conciones ejus vocant *Fructus miraculosi spiritus. Sixtus Senensis.* Lib. IV. Bibl. S. p. 336. & illum ipsum illuminatum ac *Mysticum Doctorem* appellant. *Nic. à Jesu Maria* Elucid. Th. Myst. P. II. c. 2. p. 88. Item *Mysticarum rerum experientissimum, profundum & cælesti sapientia mirabiliter imbutum Autorem*: *Joh. Bona* Viâ Compend. Cap. IV. §. 3. & Not. Auth. ad Psalmod. Lit. I. Repetunt *prophetias* ejus de futuris temporibus ceu Prophetæ, Vid. Tomus XXIII Biblioth. P. P. Maxim. p. 536. alia ejusmodi testimonia tacebo. *Conf. Joh. Spondanus* Annal. ann. MCCCLV. *Bellarminus* de Scrip. p. 325. *Possevinus* Appar. h. v. *Phil. Labbeus* Tom. II. Script. Eccl. p. 608. & plures.

5. Inter Lutheranos, ipse *Lutherus* valida edidit testimonia, quæ lege in germanicis editionibus post Titulum, uti Taulero *antiquam & veram Theologiam* tribuit. Tom. I. Epist. 23. & 108. Ipsum illum

item Lutheranorum.

& ipsius Lutheri.

illum *Virum Dei* appellat, Tom. II. Jen. Lat. p. 53. & Tom. II. Altenb. f. 943. a. Tom. IX. f. 1248. a. &c. multasque ex eo petiit & phrases & materias, notante *Spenero* in Præf. novæ Editionis, & ante

atque asseclarum ejus.

illum, Authore præf. in Medullam animæ. Est & in appendice ibidem, Lutheri cum Taulero harmonia enucleata, & quidem ex propriis ejus scriptis, p. 208. & 219. &c.

6. Ibidem & sequentium Lutheranorum testimonia adjuncta sunt nempe *Melanchthonis* (qui Contemptores Tauleri ut *impiissimos Sophistas* culpat) *Hieron. Welleri* in Ps. 119. *Mich. Neandri* Erotem. Gr. L. p. 308. 309. (qui Spiritum in eo *validum* agnoscit) Flacii Catal. T. V. Lib. XIIX. p. 773. Quibus alios adhuc subnectam.

tam in officiis Scholasticis, quam ecclesiasticis.

7. Anno 1553. *Matthias Lauterwald* Wittebergæ Scriptum publicavit, hoc titulo: *Judicium, quid de illuminati Tauleri Revelationibus, Ecstasibus & illuminatione sentiendum*, *8vo.* In quo cum discretione optimam de eo fert sententiam. Et Anno 1583. *M. Petrus Glasserus* Concionator Dresdensis, hoc edidit scriptum: Tauleri Christliche Lehre von den fürnehmsten Hauptstücken der H. Schrifft/ und sonderlich/ wie er seine Zuhörer auff Christum gewiesen/ rc. ejusmodi *Theologiam Taulerianam* & *Michael Neander* edidit. *Ioh. Arndius* Summam ejus doctrinæ recitat & illum vindicat à *Judiciis Spirituum carnalium*, *mundi avidorum*,

rum, monetque illam minime ex Lacunis Monachorum, ſed ex Spiritus S. Stylo petitam eſſe, teſtatur quoque, cor devotum, ejusmodi in Taulero Lumen, emendationem, pietatem & ſpiritualem ſapientiam reperturum, ut abundantem ex lectione ejus fructum capturum ſit. Vid. Proteſtationem in Poſtilla it. Apologiam Joh. Arndii per *Henr. Varenium*. pag. 71. & 80. & *Dan. Dilger*. Quæſt. II. p. O. 5.

8. Sed & multi Theologi Scholaſtici Lutherani Taulerum commendaverunt, & defenderunt; *Joh. Gerhard.* appellat *eum excellentiſſimum, inſignem & piiſſimum Concionatorem.* Patrol. p. 641. *D. Caſparus Finkius* probat Lutheri judicium. Centur. Can. Theol. p. 208. *D. Nic. Hunnius* in diſputatione contra Enthuſiaſtas ſcribit: Se quidem non omnia in Taulero probare, *multas tamen in eo inveniri conſolationes, doctrinas &c. eumque naturalibus viribus, liberæ voluntati &c. contradicere.* Conſider. Paracelſ. Theol. p. 13. ſeqq. *Joh. Georg. Dorſchaus* zelum ejus contra Papatûs abuſûs commendat, & ex epitaphio ejus, fidem chriſtianam conjicit. Pentad. Diſpp. diſp. XI. n. 25. p. 367. *D. Chriſt. Kortholt*, laudat illum, ut *virum piiſſimum*, & ad teſtimonia Lutheri provocat. Hiſt. Eccl. Sec. XIV. pag. 592. *D. Wilh. Lyſerus*, & ex eo *D. Gottfried Olearius* fatetur, Himmelium & Hunnium in Taulerum, Thomam à Kempis & Theologiam teutonicam juſto duriores fuiſſe: Eò quod hi Authores non propriè occaſionales fanatici ſint, & phraſes heterodoxè ſonantes, à fanaticis in

malum usum adhibitæ, ipsis pro seculi ejus genio condonari debeant, aliàs & ipsam scripturam Sacram accusandam esse. Annot. Bibl. Append. de Script. fine, Lit. T. Alios ut taceam Lutheranos. vid. *Scriverius* Seelen-Schatz. I. Theil. p. 1074. *Spenerus* in Præf. ad Taulerum: & alibi passim; *Heupelius*, qui eum Theologiæ studiosis commendavit. l. c. §. 12. & 13. Quam ob causam forte Disputatio ejus Wittebergæ tum opprimebatur. It. *Henr. Ammersbach.* in der Kern- und Krafft-Lehre des grossen theuren Mannes Joh. Tauleri / Francf. 1676. 4to. *Wolffgang. Crüger.* in Catal. Germ. mille Vir. illustr. &c.

Judicia Reformatorum.

9. Judicia Reformatorum, dum fusiora sunt, allegare non est de necessitate. *Hottingerus* adscripsit eum theologis practicis, *qui non tantum in doctrinæ nævos, sed & vitæ vitia animadverterit.*

& Encomia.

Concludit quoque ex monumento ejus mentem evangelicam, & repetit *Flacii* Judicium. Cap. XIV. Hist. Eccl. Sect. I. p. 707. *Gisb. Voët.* neutiquam illum formalibus Enthusiastis annumerare vult, provocatque ad Lectionem Librorum ejus, ex quibus dijudicare facile erit, & de reliquis terminis cum supra notato *D. Olearii* judicio consentit. in Ascet. Cap. III. p. 77. 78. Alios taceo. vid. *Frid. Spanhemium* Hist. Eccl. p. 465. *Hornbekius* Controv. p. 384. *Wharton.* Append. H. L. p. 30. &c.

Sub certis conditionibus.

10. Interim omninò quidam manifesti in his scriptis extant nævi, qui puritati veri Evangelii minimè

con-

consentanei sunt, quos illuminatus homo facilè agnoscet & dijudicabit. prout XIV. Libro *Hist. Eccl.* jam commemoratum est, Cap. 3. §. 11. Summa & character propositionis ejus eò tendit. "Quærit animam per interemptionem vitiorum, abnegationem suæ "voluntatis, voluntatis & amoris "sui, ut & per exercitia virtutum ad "internum suum principium reducere, in quo "Deum iterum invenire possit, & quidem per "generationem efficacis ejus verbi, & revelationem sui spiritus: Porrò ostendit, quomodo "per continuam introversionem anima in statu "ejusmodi, sive interna divina vita conservari "debeat; quô Deus ulteriùs miracula sua edere "queat. Si itaque Lector incæperit agnoscere *Mysterium illud magnum*, *Christum in nobis*, & sic contenta hujus Libri per Sancti Spiritus Ductum ad eum applicare, omnemque necessariam virtutem & robur ad sublimes ejusmodi lectiones capere potest: Is sanè operibus viri hujus benè uti poterit. Aliàs sub legali primô & hypocryticô animæ statu, cum quis ex se ipso activus & pius esse affectaverit, inutilia illi erunt, experientiâ teste. Quapropter & *Johannes Arndius* graviter scribit; (in Epistola supra memorata) *ad libros hos legendos requiri Cor, quod jam Christum pro fundamento posuerit.*

Summa Doctrinæ Taulerianæ.

LXVII. *M. ECKHART.*

Hunc inprimis sæpiùs citavit, & quidem Encomio *Doctoris* item *celebris*

Ekhart.

lebris Doctoris Vid. Postil. 3. Concione Festo Nativ. p. 54. & Fest. Epiph. p. 96.

Cum autem fragmenta duntaxat de eo supersint, quæ Taulerus & alii ex scriptis ejus Libris excerpserunt & repetierunt, hic non adhibitus est; interim tamen & Protestantes talibus eum Confessoribus & devotis ac piis viris annumerarunt, qui minime cum Papatu comparari debeant.

Vid. *Joh. Henr. Ursinus* Analect. Sacr. Libr. II. p. 143. seqq.

LXIIX. *JOHANNES RUSBROCHIUS.*

Rusbrochii Opera.

1. Cum Historia vitæ ejus in II. Parte *Vita Patrum* legi possit, hic ejus duntaxat scripta inquiramus. Quæ juxta ultimam editionem (de anno 1692. fol. Coloniæ) his titulis feruntur.

1. *Summa totius vitæ Spiritualis.*
2. *Speculum Salutis æternæ.*
3. *In tabernaculum Moysis & ad id pertinentia Commentarium*, ubi multa etiam Exodi, Levitici, Numerorum Mysteria, divino Spiritu explicantur.
4. *Tractatus de præcipuis quibusdam virtutibus.*
5. *De Fide & judicio Libellus.*
6. *De quatuor tentationibus.*
7. *De 7. Custodiis opusculum longè piissimum.*
8. *De septem gradibus amoris.*
9. *De nuptiis spiritualibus* Libri tres.

10. De

10. *De Perfectione filiorum Dei.*
11. *Regnum Deum amantium.*
12. *De vera Contemplatione.*
13. *Epistolæ septem utilissimæ.*
14. *Cantiones duæ admodum Spirituales.*
15. *Samuel, qui alias de Contemplatione dicitur*, verius autem Apologia quorundam sancti hujus viri dictorum sublimium inscribi possit.
16. *Oratio perbrevis, sed pia valde.*

2. Judicium antiquorum de hoc Doctore ejusque operibus, ex multis illorum concordantibus testimoniis videre licet; Quod annis memoria ejus secundo die Decembris festivè celebrabatur, ut viri Doctrinâ & Sanctitate præstantissimi (vid. *Petri Canisi.* Martyrolog. ad h. diem p. 339.) *Dionysius Carthusianus* laudat illum, tanquam unctum à Deo *virum miraculosum, qui abdita multa secundum experientiam suam scripsit.* Lib. II. de contempl. artic. 9. Et alibi sic scribit: *Nonnè ritè mirabile censemus, quod Rusbrochius, cum idiota esset, nihilominus meritò Sanctitatis & simplicitatis suæ, tam supernaturales divinitùs theorias sortitus est, & in suo quoque vulgari idiomate tam subtilissimas veritates conscripsit, ut excellentissimi Sacræ theologiæ professores Spiritum præ admiratione vix habeant, seque sententias ejus non posse intelligere edisserunt.* Serm. 1. De Confess. non Pontif. Et hinc *Dionysium* illum nuncupavit *alterum, ob excellentem*

& Laus apud veteres.

ob magnum in ipso Lumen.

ejus sapientiam, *cujus solum Spiritum S. habuit Doctorem*. Tract. II. de Donis Spirit. S. artic. 13.

Defensio contra obtrectatores.

3. Idem hic *Dionysius*, *Rusbrochium* solidè & seriò defendit, contra *Joh. Gersonis* objectiones in Puncto essentialis cum Deo unionis; & ostendit, illum non aliud de hac materia tradidisse, quam ipsi Apostoli & Prophetæ; quâ de re infra fusius disputabitur. Vide interim *Dionys. Carthus.* Lib. III. de Contempl. l. c. ult. *Gerardum ab Hamont*, dedic. Opp. Rusbr. *Laur. Surium* præf. ad Lect. *Bellarm.* de Script. Eccl. h. v. p. 2260. *Sandæum* Theol. Myst. pag. 431. & 650. *Gasparum Placentinum* præmon. ad Opera Baptistæ Bononiensis. *Joh. Schönhaviensem* in Apologia singulari; Qui Rusbrochium hoc in puncto prolixè defenderunt, & explanaverunt, & occasione hâc summoperè commendaverunt.

Imitatio aliorum mysticorum.

4. Alii antiqui Doctores, tanti Opera ejus æstimârunt, ut iis affatim usi sint: Quod inter alios *Laur. Surius* l. c. de *Henrico Harphio* notat, quod omnem ferè materiam Contemplationis in secundo & tertio Libro à Rusbrochio petierit; cui consentit *Dyonysius Carthusianus* Lib. II. de Contempl. art. 9. Lib. III. Art. 28. &c. *Thomas à Kempis* illius non minus mentionem facit, quod tunc temporis floruerit, quam ob causam & Gerhardum Magnum ad eum profectum narrat, in Vita *Gerh. M.* Cap. 10. p. 10. & Rusbrochii Cap. IIX. p. 3.

5. In-

5. Inter recentiores Authores, plurimi repetunt & approbant Encomium Dionysii Carthusiani de illo: (vid. *Thom. à Jesu* Lib. IV. de Orat. Div. Cap. 9. p. 391. *Sanctum illum nuncupant virum & eximium rerum mysticarum Doctorem* (*Hersent.* Appar. Th. M. p. 44.) item *celeberrimum & principem contemplatorum rerum divinarum, cujus Scripta meritò ab omnibus magni habeantur.* (*Nicol. à Jesu Maria.* Elucid. Theol. M. P. I. c. 1. §. 6 *Sandaus* l. c. pag. 650. *Joh. Bona* Via Comp. Cap. 2. §. 3. &c.) alios ut taceam.

Testimonia recentiorum Scriptorum.

inter Catholicos.

6. Non minùs & Protestantes eum approbaverunt; & quidem è Lutheranis, *Gerhardus* Patrol. pag. 644. Qui virum illum appellat *Contemplationi divinæ deditissimum*: Et Author præfationis in Tauleri tractatum, de paupere vita Christi, *illuminatis à Deo Doctoribus* annumerat; *Joh. Henricus Ursenius* inter *pios Viros & testes* locum ipsi concedit, qui à communi fermento papatûs puri fuêre. Lib. II. Annal. 5. p 143. *Christianus Kortholtus* commemorat, *quod variis Scriptis, magnam laudem meritus sit.* Sec. XIV. H. E. Cap. 3. p. 603. Inter Reformatos *Franciscus Sweertius* in Athenis Belgicis, *Sanctum* eum insignit *virum*, & à *Surio* publicatam Apologiam omninò approbat, quam Freherus repetit. Theatr. Vir. illustr. P. I. Sect. 3. p. 79. Non minùs & *Gisbertus Voëtius* apologiam approbavit, & Rusbrochii explicationem

Lutheranos.

& Reformatos.

nem de falsò Enthusiasmô repetiit. Cap. III. de Exerc. Piet. p. 85. alios tacebimus Conf. *Petri Poiret* Resp. adv. D. J. F. Majerum.

Origo & fundamentum Scriptorum ejus.

7. Fundamentum & originem horum ejus scriptorum, Lector, qui illuminatis mentis oculis, sanoque Spirituali gustu, ad discernendum bonum à malo gaudet, facile purum & divinum cognoscet. Quâ causâ & Editores promiscuè ferè Inscriptionibus Librorum ejus ejusmodi testimonia proposuerunt. *Hos nempè libros divinitate & illuminatione plenos, ac à DEO inspiratos esse.* Et in vitæ ejus Historia narratur. Cap. IIX. p. 4. quod à Gerardo Magno interrogatus, sic responderit; *Certum ac firmum habeto, nullum me unquam verbum scriptis meis inseruisse, nisi ex instinctu Spiritus S. & in singulari quadam & dulcissima præsentia supersanctissimæ Trinitatis.* Et sequente Capite IX. commemoratur; quod plerumque solus in sylvæ abdita se recipere consveverit, atque ibi summo silentio, quæ ex Dei Spiritu hausisset, in scripta redegerit, hocque pacto omnia sua opera conscripserit, atque ita minimè ex aliis congesserit. Quippe nulla literarum cultura ornatus, artem hanc nescivit. Quare & *Trithemius* eum virum *parùm literatum*, sed tamen *devotum* appellat; De Script. Eccl. p. 121.

Eorum obscuritas & sublimitas.

8. Eadem hæc summa horum operum origo divina, unica est caussa, cur non tantum mundanis & hypocritis levia, sed & multis boni

in-

ingenii hominibus (qui ad Evangelii gratiam nondum pervenerunt) sæpiùs abdita visa sint. Siquidem & *Joh. Bona* Not. Aut. p. 587. *Theologum mysticum obscurum* eum nominat, quod & alii doluerunt. Notandum autem esset, quod ipse monuit, Lib. III. de Nupt. Spirit. Cap. I. p. 277. *Obsecro omnes, ad quorum manus & notitiam ista pervenerint, si quidem ea non intellexerint, neque in spiritûs sui fruitiva unitate sentiant, ac experiantur, ut ne quod hic offendiculum capiant, sed sinant esse id quod sunt: neque enim, nisi vero consentanea prolaturi sumus.* Item, quid Author Vitæ ejus Cap. 6. dixit: *Si quis quædam necdum capere sufficit, credat, ut videat & intelligat, &* (quod sanctissimus hic Author subinde hortatur) *vacet interioris hominis reformationi & affectus exercitationi: sicque quandoque copiosè in intellectu divinæ lucis merebitur radiis illustrari.* Imò Latinus Interpres, *Laur. Surius* in Præf. sine hæsitatione scripsit. "Non est, ut quisquam putet, idcirco sibi scripto-"rum ejus lectionem supervacaneam fore, sive "quod sublimia multa & paucissimis benè per-"specta contineant, habent enim multò plura "cunctis accommoda, & quæ possint vel perdi-"tissimum quemque ad meliora incitare, sive "vulgaria pleraque legenti ingerant: nam & ea "ipsa non vulgari ratione proponuntur: habent "namque aculeos suos quosdam, quos in animo "Lectoris altius infixos relinquunt: atque ejus-"cemodi sunt, ut facile quis possit intelligere, "ex Dei Spiritu, non humana industria ea profecta "esse.

Testimonia de Lapsu.

9. Quod autem multi non in omnibus horum operum contentis acquieverint, inde forte deduci potest, quod seria in iis testimonia adversus communem Ecclesiæ corruptionem, effata sint. Dum e. g. non tantum vulgaria Peccata sui ævi & Scelera arguit & dolet, Comment. in Tabernac. Cap. 123. p. 147. & de vera Contempl. Cap. 62. p. 368. sed etiam notabilibus expressionibus Cleri miseriam deplorat & detegit. De Tacernac. Cap. 117. & 123. Lib. de VII. Custodiis, c. 1. de Contempl. c. 56. 57. 62. & 76. Imò & ipsius Papæ, quem sæpius seriò adhortatur. Vid. Comment. in Tabernac. c. 71. de VII. Custod. c. 1. &c. Ut ita Protestantes eum non minus ac Faulerum, aliisque hujusmodi viros inter Veritatis testes locare possint.

Summa Doctrinæ ejus.

10. Character Mystici hujus Doctoris in multis ad Tauleri supra excerptum accedere videtur. Attamen judicio, Rusbrochii propositionem longè puriorem & vivæ ac fiduciali *fidei in nomen Jesu in nobis* conformiorem esse. Dum minus ac omnes ferè alii antiquorum Mysticorum theologorum, timorem servilem & inde orientem propriam activitatem ac legales, anxiasque exercitationes intendat, & è contrario ad liberam Evangelii virtutem & efficaciam Novi Fœderis tantummodo ducat, eo modo, quo hæc se per unctionem filialis Spiritus unicuique vere credenti revelat.

11. No-

II. Notabile hâc de re testimonium in praxi vitæ ejus notatur, dum in Historia illius Cap. VIII, legitur. "Quod Gerhardus cum quandoque insolitam in Rusbrochio erga Deum fiduciam, "non ex temeritate, timorem foras mittente, "conceptam perspexisset, quandoque divini judi"cii & inferni metum ei incutere multis Scriptu"ræ commemorandis sententiis attentaverit. Sed quanto plus ei quandam injicere formidinem connitebatur, tanto vir pius majori in Deum amore fervescebat; & tandem respondit: *Magister Gerharde fixum & certum habe, me ex animo paratum esse ad perferenda omnia, quæ Dominus mihi accidere volet, sive mors sit, sive vita, sive etiam ipsi intolerabiles cruciatus inferorum. Neque enim quicquam mihi vel jucundius vel melius, vel salubriùs judico, nec quicquam aliud vel peto, vel desidero, quam ut amantissimus Dominus* Deus *meus promtum me semper atque paratam inveniat, ad suæ arbitrium voluntatis.* Hoc breviter totum viri hujus Principium detegit; nec ego profecto scio, quem Scriptorem alacri fidei lumine, charitate svaviter excitante, sapientia virtute, & perspicuitate, sive concinnitate atque alliciente dulcedine, ei comparem. Ut ita ea ingenia satis admirari nequeam, quæ vel de obscuritate ejus conqueruntur, vel illum hæreseos arguunt. DEUS O. M. quæ ejus erit Clementia, ipsemet eos convincat!

& Evangelica Puritas.

LIX.

LIX. *GERHARDUS ZUTPHANIENSIS.*

Gerhardi Zutphaniensis Laus.

1. Meruit à veteribus laudem *pii, devoti & eruditi* viri, qui ſacrarum literarum optimè expertus fuit, teſte *Trithemio*, in Catol. Script. Eccl. V. Gerh. p. 122. Celeber & divinitus Sapiens *Thomas a Kempis*, dignum eum cenſuit, ut hiſtoriam vitæ ejus deſcriberet, Tom. III. Operum. Part. I. vita VII. p. 101. &c.

Vita,

2. Ibidem etiam hoc de Scriptis ejus teſtimonium reliquit, l. c. num. 1. *Gerhardus quidem brevi vitâ gaviſus perdulcia tamen nobis doctrinæ ſuæ monumenta reliquit. Perdiligens enim S. Scripturæ Indagator extitit, & ex myſticis Doctorum dictis varia ad vitia expurganda medicamina extrahebat, id quod ex duobus ejus Libellis conſtat.* Confer Aubertum *Miræum*, Biblioth. Eccleſ. h. v. Gerh. & Author editionis Colonienſis, Anno 1539.

& Scripta.

3. Memorati hi Libri ſæpius inter Opera Thomæ à Kempis, editi ſunt, item in recentiori Bibl. P. P. Tom. XXVI. p. ſeqq. Hoc titulo proſtant.

1. De reformatione virium animæ.
2. De Spiritualibus aſcenſionibus.

Hoc qui puro & ſimplici mentis oculo legerit, non poterit non ſalutares eos & multa ex parte ſcriptis Thomæ à Kempis conſimiles judicare, quâ cauſa forte his inſerti fuere. *D. Chriſtianus Kort-*

Kortholtus laudat Authorem ceu *pium*, *divinum* & *eruditum virum*, quo & Libros ejus eòdem charactere donat Sec. XIV. Hist. Eccl. Cap. 3. pag. 603.

Gerhardi M. Historia.

4. Ante hunc autem floruit *Magnus* ille *Gerhardus*, cujus supra mentio facta est, ejus Historiam à Thoma à Kempis descriptam vid. Parte II. Vitæ Patrum. Scripta ejus plerumque incognita, & in manuscriptis latent. *Franc. Swertius* Athen. Belg. in *Gerh. M. Joh. Buschius* Chron. Windeshem. &c.

CAPUT XXII.

De Mysticis Scriptoribus Seculi decimi quinti.

LXX. *JOHANNES GERSON.*

I.

Gersonis Vita.

PRæcipuæ vitæ ejus circumstantiæ in *Hist. Eccl.* enarratæ sunt, ubi inprimis notatu dignum censetur, quod narrante *Trithemio* Libr. de Script. Eccl. pag. 125. in Concilio Constantiensi, judicio adversus Joh. Hussium contradixerit, eamque ob causam Cancellariatu & omnibus bonis ab inimicis suis privatus sit, ut vitam suam in cænobio Lugduni Gallorum finiverit, Anno nempè 1429. quod tamen alii accuratiùs narrant. vid. *Wharton*. Contin. H. L. p. 55. Protestantes autem hujus facti gratiâ *testibus veritatis* eum annume-

numerant, cum & cænobiorum corruptionem liberè taxaverit. Tom. I. Operum in Declar. Defect. Virorum.

Laus à Luthero.

2. Laudatur itaque ab omni ferè Secta Christianorum, & *Lutherus* ipse sæpiùs eum allegavit & approbavit, ob sinceras ejus confessiones contra traditiones humanas, hinc illum appellat, virum *Christi Spiritu plenum*. Tom. I. Altenb. p. 836. b. *Optimum Doctorem* Tom. VI. Altenb. p. 28. a. &c. Alii encomia catholicorum de illo repetunt, cum ad testimonia ejus contra illos provocent, vid. *Gerhard.* Patrol. p. 648. & in Confessione Cathol. passim.

& Lutheranis.

3. Audit etiam *incomparabilis Philosophus & Theologus, cujus Prudentia & vitæ Sinceritas innotuerit, quique Scriptis suis immortale nomen adeptus sit.* vid. Paul. Freher. Theatr. Vir. illustr. p. 86. Insigniunt illum etiam ob ascetica ejus & mystica scripta, *Doctorem christianissimum* &c. (vid. *Joach. Hildebr.* Arte Mor. Cap. I. §. 14. & Cap. VII. §. 10.) *cordatum & ingenuum, Ecclesiæ repugnandæ & theologiæ ad usum vitæ asceticæ dirigendæ cupidum.* (*C. S. Schurtzfleischius.* Coll. Hist. Eccl. MStô.) Imò & ipsi partium studiosi censores Mysticorum Scriptorum testantur, quod in Suspicionem Enthusiasmi & Libertinismi non venerit. *Gisb. Voëtius* Ascet. Cap. III. pag. 87. Conf. *Hotting.* Hist. Eccl. P. IV. p. 60. 345.

4. In

4. In reliquis Sectis longè plura de hoc viro reperiuntur testimonia, autoritatem autem ejus, quâ dum viveret floruit, Authores satis laudare nesciunt. Vid. *Whartonus*. Hic quædam tantùm de mysticis & asceticis ejus tomis, judicia audiemus. Possevinus Appar. Tom. I. p. 88. agnoscit, doctrinam ejus singularem, & cum pietate conjunctam fuisse. *Thomas à Jesu* itidem testatur, quod non solùm in scholasticâ sed & in *mystica theologia summè eruditus fuerit*. Lib. IV. de Orat. Div. cap. 9. p. 391. *Sixtus Senensis* de illo statuit: *Tantâ cum dignitate de proprietatibus divini amoris eum disseruisse, ut solus calluisse numerum affectionum divini amoris videatur. Et hominem hunc fuisse cum primis doctrina judicio ac pietate singularem.* Quam sententiam & *Franciscus de Sales* approbat præf. ad Lib. de Am. Div.

item à Reformatis.

Judicia de Scriptis ejus Mysticis.

5. *Maximilianus Sandæus* fatetur Gersonis Libros de Mystica theologia perutiles esse. Insuper de eodem scribit: *Ipse arcanam theologiam, maximè illustravit plurimis tractatibus, qui ad intimam hujus rei cognitionem spectant*, (ubi enumeratis iis, Sixti quoque Senensis judicium approbat.) *Videtur eum ceu verum Mysticum omnes motus amoris cælestis profunde insuxisse, & à Deo hausta, iterum protulisse.* Ubi simul commemorat, Gersonem tertio die post absolutum librum in Canticum obiisse, postquam ultima

& Singulares annotationes.

Can-

Cantici verba: *Amor eſt robuſtus ut mors*, conſtanter repetiit, & tanquam verus theologus myſticus Spiritum reddidit. (Theol. Myſt. Lib. III. Comm. IV. p. 644. & V. p. 654.) Memorabilis hic eſt ejus exitus non minus quam epitaphium, his verbis (quibus ſæpiſſimè in concionibus ſuis uſus fuerat) conſtans. *Agite pœnitentiam & credite Evangelio!*

Catalogus Scriptorum ejus.

6. Ex his teſtimoniis prudens quisque hujus viri dona & Spiritum agnoſcere poteſt, qui omninò *Spiritus Chriſti* fuit, quod & ex locis hic allegatis patebit; Modeſtum autem ingenium defectus & infirmitates humanas ex theologia Scholaſtica immixtas tolerare non recuſabit. vid. ſupra IIX. Cap. n. 17. & num. LXIIX. §. 2. Jam tractatus ejus, quotquot ad noſtrum faciunt inſtitutum, recenſebimus, & quidem ex IV. Tomis Editionis Pariſienſis Anno 1606. Hi autem ad myſticam ſpectant.

1. *De myſtica theologiâ ſpeculativâ.*
2. *De Myſtica theologiâ practicâ.*
3. *Epithalamium Myſticum Theologi & Theologiæ.*
4. Tractatus *de Conſideratione.*
5. *Explicatio Cantici Salomonis*, reliqua aſcetica & practica opuſcula ſunt.
6. *De modo vivendi omnium fidelium.*
7. *De nuptiis Chriſti & Eccleſiæ.*
8. *Literæ ad ſtudioſos de regenda diſciplina.*
9. *Diſtinctio verarum Viſionum à falſis.*
10. *Regulæ morales.*

11. De

11. *De decalogo, de Confessione & arte moriendi.*

12. *De differentia peccatorum venialium & mortalium.*

13. *De mediis contra recidivum peccati.*

14. *De primis motibus & consensu.*

15. *De cordis induratione.*

16. *De duplici peccato veniali.*

17. *De correctione proximi.*

18. De *parvulis ad Christum trahendis.*

19. *Testamentum per formam Orationis quotidianæ.*

20. De *Consolatione Theologiæ.*

21. De *Spirituali vita animæ.*

22. De *purificatione sensuum interiorum.*

23. De *Religionis perfectione.*

24 De *Consiliis Evangelicis & Statu perfectionis.*

25. *Colloquium de perfectione cordis.*

26. De *Meditatione Cordis.*

27. De *simplificatione & mundificatione cordis.*

28. De *directione seu rectitudine Cordis.*

29. De *illuminatione, sive de una pretiosa margarita.*

30. De *remediis contra pusillanimitatem & Scrupulositatem.*

31. De *diversis tentationibus.*

32. De *Zelo & primo incipientium fervore.*

33. De *devotis simplicibus.*

34. De *possessionibus animi.*

35. De *Mente contemplationis.*

36. De *Mendicitate Spirituali.*

37. De *quibus per singulos dies cogitare debeant*, ad sorores suas.

38. De *oratione & ejus valore.*

39. *Explicatio Orationis* Dominicæ.

40. De *sensuali, morali & rationali Cantico.*

41. XII. Tractatus in *Hymnum Mariæ.*

42. *Explanatio mystica in Hymnum Laus sit Patri & filio.*

43. De *elevatione mentis ad* Deum.

44. *Epistolæ S.* Dionysii.

45. *II. Conciones duæ in Verba: Resipiscite & credite.*

46. *Tractatus de illuminatione Cordis.*

47. *Sermo de Sancto Spiritu.*

48. *XLVI.* Sermones *& alii plures de variis materiis.*

49. *Explicatio Passionis Christi.*

50. *Meditationes in ascensum Christi.*

51. *Remedia refrenandæ linguæ.*

52. *Quomodo Puer Jesus, nasci & educari possit in unoquoque nostrûm.*

53. *Speculum bonæ vitæ.*

54. *Moralis admonitio, pro Sanctimonialibus.*

55. *Perfectiones necessariæ volenti DEO servire.*

56. *Colloquium sex Doctorum de Tribulatione.*

57. *Contra nimis strictam & scrupulosam conscientiam.*

58. *XII. Meditationes, quomodo homo à DEO exaudiatur.*

59. *Con-*

59. *Contra fœdam tentationem, aut Spiritum blaſphemiæ.*

60. *Colloquium inter ſenſus 5. & conſcientiam.*

Hi ſunt præcipui Gerſonis tractatûs, ad noſtrum ſcopum quadrantes, reliqua ejus ſcripta circa externa tantùm, ut ſtatum Eccleſiæ, Philoſophiam &c. verſantur. Quod autem 4. *de imitatione Chriſti* Libri non ſint nominati, rationes producentur, cum Thomam Kempiſium commemorabimus.

LXXI. *LAURENTIUS JUSTINIANUS.*

1. Floruit hic vir circa initium decimi quinti ſeculi, & primò Canonicus, poſtea 1431. Venetiis Epiſcopus fuit, tandem Anno 1450. Patriarcha creatus, Anno 1455. obiit. Omnium verò partium optimum & ſingulare teſtimonium ſortitus eſt, ob infucatam ſuam fidelitatem & pietatem, quod etiam minimè avidus fuerit vanæ gloriæ, & obtruſi Epiſcopatus provinciam invitiſſimus ſuſceperit. Juſtiniani Vita.

2. Hinc ab Authoribus magna ipſi Sanctitas, eruditio, multaque miracula aſcribuntur, item, divina quædam eloquentia, & ſingularis experientia divinæ efficaciæ; laudantur etiam & approbantur relicta ejus ſcripta ſummâ cum veneratione. Vid. *Bellarm.* de Script. Eccl. p. 236. *Thomas à Jeſu* Lib. IV. de Orat. div. cap. 9. pag. 384. *Joh.* Laus.

Bona Not. Aut. Lit. L. p. 588. &c. Imò & ipsi Protestantes, convenienti eum efferunt laude, quod ceu *vir infucati in Deum affectûs, insolentis erga Pauperes munificentiæ magnique pro religione Zeli, meritò magni habendus & commendandus sit. Henric. Wharton.* Append. ad H. L. Cavei p. 73. *Gerhardus* Patrol. p. 658.

& Scripta.

3. Scripta sive opuscula memorata sunt sequentia, prout in mysticis Libris affatim allegantur, cum singularem apto Lectori gustum, Communionis Dei, ex viva praxi & experientiâ, & quidem per svavem expressionem, atque concinnum stylum, magnâ cum puritate, conferant.

1. *Lignum sive arbor vitæ.*
2. De *disciplna & perfectione Spirituali.*
3. De *casto connubio verbi & animæ.*
4. *Fasciculus amoris.*
5. De *triumphali agone Christi.*
6. De *interiori conflictu.*
7. De *Complanctu Christianæ perfectionis.*
8. *Variæ in diebus festivis Conciones.*
9. *Libellus de vita solitaria.*
10. De *contemptu mundi.*
11. De *spirituali interitu animæ.*
12. De *spirituali animæ resurrectione quæ fit per Mediatorem DEI & hominem Jesum Christum, duobus libris.*
13. De *Regimine & institutione Prælatorum.*
14. De *obedientia.*
15. De *humilitate.*
16. De *gradibus perfectionis.*

17. *Epi-*

17. *Epistolæ variæ.*
18. De *incendio divini amoris.*

LXXII. *CATHARINA BONONIENSIS.*

1. Hæc quidem hîc non est allegata, à Romanis catholicis tamen sæpiùs citatur, qui hanc de illa ferunt sententiam. *Quod non solùm vitam suam ex mystica theologiæ præscripto, & tum mysticis delitiis egerit, sed & libellum de sibi revelatis à* Domino *conscripserit. Max.* Sandaus Th. Myst. p. 655. *Bonav.* l. c. p. 581. — Catharinæ Bononiensis.

2. Scriptum memoratum, hoc titulo prodiit. *Revelationes Catharinæ Bononiensi factæ* Venetiis 1683. De quibus Mystici asserunt; *illas ab omnibus ad mysticæ decus adspirantibus legi posse: cum contineant ejusmodi sapientiæ occultioris igniculos, quos in legentes spargant, & ad cœlestia attollant. Sandaus. l. c.* — Scripta.

LXXIII. *THOMAS A KEMPIS.*

1. De incluto hoc Scriptore magis necessaria, partim jam in *Hist. Eccl.* partim in 2da. *Vitæ Patrum* Parte enarrata sunt. Restat itaque Opusculorum ejus indicem & notabilia quædam judicia commemorare. — Thomæ à Kempis Libri.

Opuscula novissimæ editionis, juxta Henrici Sommalii Recognitionem & Ordinem (Antwerp. 1607.

1607. 1615. Duaci 1635. Cöln. 1680. 8vo.) hâc ſerie hisque Titulis conſpiciuntur.

In Tomo I.

30. Sermones ad novitios.
9. *Alii ad fratres ſermones.*
8. Salubres Epiſtolæ.

In Tomo II. Partis I.

1. *Libri de imitatione Chriſti.*
2. *Soliloquia animæ.*
3. *Hortulus Roſarum.*
4. *Vallis Liliorum.*
5. *De tribus Tabernaculis, paupertate, humilitate & Patientia.*
6. *De diſciplina clauſtralium.*
7. *De fideli Diſpenſatore.*
8. *Hoſpitale Pauperum.*
9. *Colloquium Novitiorum.*
10. *Spiritualia Exercitia Religioſorum.*
11. *Doctrina juvenum.*
12. *De vera Cordis compunctione.*
13. *De Solitudine & Silentio.*

Parte II.

1. De *recognitione propriæ fragilitatis.*
2. *Enchiridion monachorum.*
3. *Enchiridion Puerorum.*
4. De *Elevatione Mentis, ad acquirendum summum bonum.*
5. *Alphabetum parvum pro Monachis in Schola Chriſti.*

6. *Con-*

6. *Consolatio Pauperum & infirmorum*
7. *Septem precationes Spirituales.*
8. De *mortificatione sui.*
9. De *Humilitate.*
10. De *vita bona & pacifica.*
11. *Vita boni Monachi.*
12. *Hymni & Cantica.*

Parte III.

1. Vita Beatæ Lidiwigis.
2. - - Gerhardi Magni.
3. - - Florentii.
4. - - Johannis Gronde.
5. - - Johannis Brinkerinkii.
6. - - Luberti Berneri.
7. - - Henrici Brune.
8. - - Gerhardi Zutphaniensis.
9. - - Amilii Burensis.
10. - - Jacobi de Vianensi.
11. - - Johannis Cacabi.
12. - - Arnoldi Schonhoviensis.
13 - - Sex admodum piæ & perutiles literæ.
14. Piæ orationes de passione Christi.
15. Aliæ elegantes orationes.
16. Cantica Spiritualia varia.

Inprimis de Imitatione Christi.

2. Jam quod primo ad Controversiam *ob Libros de imitatione Christi* attinet, num. Thomæ hujus, vel alius cujusdam sint, sciendum, pridem jam à Criticis probatum esse, eos ad minimum *Johanni Gersoni* nequaquam ad-

quis ejus Authori? adscribi debere. Præterea unicuique, qui modico etiam spirituali sensu & probatione à Deo donatus est, facile patebit, hos libros cum reliquis Thomæ scriptis simplicitate puraque expressione concordare. Et tertio neque stylus discrepat, quod quisque vel initiis tantum literarum imbutus, judicare poterit. Hinc mittamus Litigatores istos vanos, qui controversiis his implicati omnis fere Christiani officio obliti sunt: testantibus disputationibus eorum vid. *Heriberti Rosvveydi* Vindiciæ Kempenses & Scripta *Sommalii*, *Constant. Caetani* & aliorum, ac omninò Gabrielis Naudenii Biblith. Kempensis.

Applausus. 3. Mirum autem fere est, inglorium hunc, simplicem & parvulum libellum, in toto orbe tot amatores invenisse, ut in omnia propemodum idiomata translatus, & vicibus fermè innumeris impressus sit. Unde merito concluditur hunc tractatum tantum passim in christianismo fructum conciliavisse, ac nullus forte alius. (*Spenerus* præf. ad Taulerum, *Gisb. Voëtius* Ascet. prol. p. 10. *Bellarminus* de Script. p. 242. *Franc.* *Swoertius* Athen. Belg. &c.) Sic non solum sæpissimè, *germanico*, *Hollandico*, *Bohemico*, *Hungarico*, *Svedico & Ruthenico*, *sed & Arabico & Turcico sermone* Luci datum, imo à Mauritaniæ Rege Bibliothecæ suæ insertus, & ab eo per magni habitus fuit. (*Henr. Sommalius* Epist. ad Bettenium Operibus præfixâ. *Joh. Henr. Hottingerus* in Hodego P. III. p. 171.)

Versiones.

4. Qua-

4. Quapropter nemo hactenus levia & adversa invidorum quorundam scholasticorum (qui intimuêre, ne rixosas suas merces amitterent) judicia curavit, Quibus Librum hunc suspectum reddere conati sunt: Quippe ingenii modesti homines, pro ejusmodi esurientibus suis animabus cibum in eo repererunt, ut per experientiam fontis illius divini testes esse possint. Sunt enim exempla permulta ejusmodi Personarum, qui dum librum hunc legerent ad veram conversionem & imitationem Christi summoperè excitati sint. Quod & in vita incluti Regis Gallorum Consiliarii intimi, *Baronis de Renty*, item in vita Domini *Poireti* legitur, (Parte III. *Eccl. Hist.* Cap. 16.) non pauciora in *Philippi Nerii*, *Caroli Borromæi*, *Alexandri Saulii* & aliorum vitis hujusmodi efficaciæ monumenta & miracula extant.

atque Vindiciæ.

5. Hoc itaque præstantissimi omnium Sectarum Doctores experti, librum hunc, & consequenter omnia reliqua Thomæ Kempisii opuscula commendaverunt, & unanimi consensu laudaverunt; ita ut & recentior quidam Criticus testetur. *Libri dignitatem nullum non agnoscere, qui quidem opus mole parvum, sed usu & famâ magnum sit: cujus admirandum, venustum tamen dictionum zelum, Sententiarum Pondus, & igneas pietatis scintillas multi multis deprædicárint: H. Wharton.* l. c. p. 90. In Romanâ Ecclesiâ liber hic multis admodum commendationibus (quas vide post titulum cujusque ferè editionis) ap-

Laus apud catholicos.

probatus est, & nuperrimè adhuc celeber *Papebrochius* asserere ausus est, Autorem hunc in numerum Sanctorum receptum iri.

Bellarmini Confessio de eo,

6. Audiamus interea & Confessionem *Bellarmini*, quæ hic vices omnium subibit: Is ita prodidit, Lib. de Script. p. 242. *Opusculum hoc perutile & meritò à tota Ecclesia unanimi Consensu receptum, in usum adhibitum, atque in omni penè sermone translatum est: Ego certè ab adolescentia ad Senectam hoc opusculum sæpissimè evolvi & revolvi, & semper mirificè cordi meo sapit.* Add. *Bzovius* Annal. ann. MCDLXXI. n. 21. *Albertus Miræus* in Elog. Belgico. p. 56. *Valer. Andr. Dessellius.* Biblioth. Belg. *Hieron. Ghilinus* Theatr. Vir. Cl. *Possevinus*, *Rosweydus*, *Naudæus* aliique plures.

& aliorum.

apud Lutheranos.

7. E Lutheranis quosdam tantùm allegabo, cum nonnulli illorum falsi quodam respectu hunc librum ægrè ferant. Beatus Arndius germanicè illum publicavit, unà cum Theologia teutonica, notabili hoc titulo. Nachfolge Christi / wie man alle Eitelkeit dieser Welt verschmähen soll / durch Th. à Kempis, gantz geistreich beschrieben; jetzo aber von neuen allen Liebhabern und Nachfolgern Christi zu Beförderung eines geistlichen Lebens verdeutscht. Et in præfatione ejus momentosas de contentis posuit admonitiones. *D. Joach. Hildebrandus*, *Judicium Bellarmini* modò commemoratum omnino approba-

probavit, & nomen ipsi dat *Doctoris christianissimi* & *Autoris commendatissimi* de Arte Mor. Cap. I. pap. 9. item *mellifluum Doctorem* illum appellat. Cap. IIX. p. 129. *Joh.* Henr. *Ursinus* piis eum *viris* annumerat, quorum testimonia cum vulgaribus Papisticis opinionibus neutiquam comparari debeant; Lib. II. Analect. Sacr.

8. D. *Gottfredus Olearius* "*Himmelium &* "*Hunnium* in judicando *justo duriores fuisse*, as-"serit, cum *Kempisius & Taulerus* non occasio-"nales fuerint fanatici, quorum phrases, & ob-"scuriora dicendi genera, respectu corrupti eo-"rum ævi potiùs toleranda sint. Annot. Bibl. Ap-"pend. Lit. T. Imò & *Johannes Olearius D.* ipsemet germanicè eum edidit, & non minùs ac Arndius commendavit, multisque notis illustravit. *Joh. Gottfr. Olearius* autem commendat *pii* (ut loquitur) *Thomæ* Symbolum, *in omnibus requiem quæsivi* &c. in libro, cujus titulus die Augustinische Andachts-Flamme Cap. IV. p. 118. *D. Christ. Kortholtus* de eo commemorat, *quod Sanctitate suâ omnibus innotuerit*. Sec. XV. *Hist. Eccl.* cap. 4. p. 677. *Doct. Caspar. Sagittarius* hoc ejus Opusculum, *libellum pientissimum* appellat, Introd. H. E. cap. XX. pag. 550. ut alios taceam, qui Lutheranis in Ditionibus librum hunc ediderunt, quod tandem & græco idiomate factum est, per *Joh. Frid.* Hekelium. Lipf. 1688. 4to.

& Reformatos.

9. Reformatorum eadem obvia sunt testimonia, quorum *G. Voëtius* in Ascetic. Prol. sic prodidit. pag 8. seqq. *Libellus hic alios in Papatu asceticos Libros*

bros excellit. 1. Ob perspicuum & simplicem, & nihilominus emphaticum Stylum. 2. Ob perpetuam commendationem, & præformationem abnegationis sui ipsius; inhæsionis in Domino *Jesu; Suspirationis & Contentionis ad Spiritualia, ac cælestia. 3. Ob insigne testimonium veritati & pietati, in mediis tenebris Papatus perhibitum; nominatim in Capite de gratiâ* Dei *omnimoda, cum exclusione virium & meritorum hominis.* Quare etiam producitur tanquam testis veritatis, à *ministris Hanoriensibus*, in suo Anti Morelles: "Ideòque homines sub Papatu viventes, ad le-"ctionem hujus libelli faciliùs & tutiùs impelli "possunt, & quidem maximo suo & publico bono; *quia ibi discunt interiores & Spirituales meditationes, orationes, aspirationes, cordis sui motiones, conflictus, & afflictiones per tentationes & desertiones, sui ipsius abnegationes, desideria, amores, amplexus: quæ nudè & efficaciter illic proponuntur stylo in plerisque satis scripturario:*

10. Porrò hunc libellum à Reformatis maximi habitum esse, tot novis translationibus, belgica, anglica, germanicâ per eosdem procuratis probat, in quibus præprimis Anglicus & gallicus translatores, maximis eum elogiis extulerint, & ulteriùs Cap. XVII. p. 437. posthabito respectu objectionum, ab aliis quibusdam Doctoribus Scholasticis, hâc in re ipsi factarum, dicit: *Lectionem Libelli Thomæ à Kempis studiosis nostris commendo*, multaque ex eo loca de solitudinis encomiis producit. *Hottingerus* elogium

gium *Bellarmini* & Bzovii de eo repetit, & mentionem facit Turcicæ & Mauritaniæ translationis. Sec. XV. Sect. p. 73.

II. Ex reliquis à maximâ catervâ exclusis hominibus multi hujus libri amatores prodierunt; Notus ille Author, dictus *Hiel*, illum post Sacram Scripturam commendat, quia in illo *verus* monstretur *Concionator qui audiri debeat*. Im II. Theil der Send-Brieffe. p. 95. H*enricus Nicolai* ex Latino, belgicum eum fecit; *Robertus Barclai* Authorem eis annumerat mysticis, *qui amorem Dei gustarunt, & efficaciam Spiritus Divini perceperunt.* Apol. p. 251. *Weigelius* in publica sua Confessione sic scribit: cap. XII. p. 101. *Ipsemet ego ea ferebar opinione, neminem Ecclesiæ servire posse, sine literis & artibus. Cum autem ad manus veniret Theologia teutonica, & Kempisius, de imitatione Christi, unà cum Tauleri scriptis, &c. detegebam nequam & mendacem illum in memet ipso, me nempe concionibus meis Ecclesiæ tantum prodesse, quantum Diabolus verbo Dei.* Hæc autem judicia Libello huic apud orthodoxos non magis præjudicii afferre possunt, ac ipsæ sacræ Scripturæ, ad quam vel maximè omnes sectæ eorumque scribæ provocant, quæ, hoc non obstante, communem & omnibus fulgentem veritatis lucem retinet, & puris eam puram & incorruptam communicat.

atque alias Sectas.

inter orthodoxos.

LXXIV. *DIONYSIUS CARTHUSIANUS.*

Dionysii Vita.

1. Alias Dionysius à Rikel (patria sua oppidulo propè Leodium) & cognomine Leewis dictus, mox post adeptam aliquam literarum Scholasticarum scientiam, cænobium intravit Ordinis Carthusiæ Ruremundi, ubi tempus suum in solitudine, meditando res divinas consumpsit, usque dum Anno 1471. moriretur.

Laus apud Veteres.

2. Diligentia & Studium hujus viri in propaganda Theol. Mystica ex scriptis ejus cognoscitur, in quibus sapientes talem animadvertunt virtutem & sapientiam, ut tantum κατ' ἐξοχὴν Doctor Ecstaticus appellaretur. *Antiqui etiam de eo testantur, quod fuerit vir in divinis scripturis studiosissimus, & continua exercitatione peritus, secularis quoque Philosophiæ, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita autem & conversatione singulariter devotus: adeò ut etiam divinis revelationibus dignus haberetur; Tot ac tanta scripserit, ut numero opusculorum, præter Augustinum apud Latinos parem habuerit neminem. Joh. Trithemius* Lib. de Script Eccl. h. v. p. m. 147.

& novos Scriptores.

3. Pergit idem hic Author: *Contemplationi & oratione cum tanto fervore instabat, ut eum nihil potuisse scribere unquam putares. Rursum in scribendo ac legendo tam sedulus erat, ut nec orare, nec contemplari eum posse usquam existimares.*

Non

Non minùs & recentiores Scriptores sanctum doctumque virum eum appellant, imò piissimum & doctissimum Authorem, &c. quibus nonnulli Protestantes consentiunt, licèt iis parùm innotuerit. (*Bellarm.* de Script. pag. 240. *Laur. Surius* præf. ad Rusbr. Opera. *Bona* Not. Aut. p. 582. Conf. *Antonius Possevinus.* Apar. Tom. I. pag. 476. *Franc. Sweertius.* Athen. Belg. h. v. pag. 215.

4. De Libris ejus jam commemoratum est, quod numerus eorum ferè Libros Augustini attingant, sicuti à *Trithemio* l. c. *Joh. Romberch.* præf. ad ejus Lib. de Contemtu Mundi. *Abrah. Bzovio.* Annal. Ann. MCDLXXI. num. 22. 23. *Josia Simlero* Biblioth. Tig. p. 171. *Sweertio. Possevino.* l. l. c. c. & aliis prolixè recitantur. Nos autem mysticos ejus tantum & asceticos recensebimus, qui sequentibus titulis prostant.

Mystica ejus Scripta.

1. *Explanatio in Dionys. Areopagitam.*
2. *Inflammatorium divini Amoris.*
3. De *arcta via salutis & Contemtu Mundi.*
4. De *Fonte Lucis & semita vitæ.*
5. De *doctrina & Regula Christianæ vitæ.*
6. De *quatuor novissimis.*
7. *Colloquium de particulari animæ judicio.*
8. *Explanatio in quædam opera Cassiani.*
9. *Explanatio in Joh. Climacum.*
10. *Speculum amatorum Mundi.*
11. De *enormitate & gravitate peccati.*
12. *Speculum Conversionis Peccatoris.*

13. De-

13. *Devotum præcordiale.*

14. *Speculum vitæ beatæ & humanæ.*

15. 5. *Libri de Scala Monachorum.*

16. *Revelationes à Deo ipsi factæ.*

LXXV. *JOHANNES A SCHONHOVEN.*

Johannes à Schonhoven.

Et hic mysticæ theologiæ amator habetur, & quidem circa tempora *Gersonis*, cui apologiam pro *Rusbrochio* apposuit. Fuit autem Canonicus Regularis S. Augustini in Cœnobio Viridis vallis, & reliquit, præter dictam Apologiam,

Librum de cursu Solitariorum

& alium, *de incremento eorum.*

Plura de eo narrare vix invenio, nisi quod cum *Taulero* & Authore *Theologiæ teutonicæ*, à rationalistis quibusdam Theologis, nomen Enthusiastæ expertus sit. vid. *Hornbeckius* Lib. VI. Controverſ. p. 384. Vitam Schonhovii hujus evolve in *Vitæ Patrum* Parte II.

LXXVI. Teutsche Theologia sive *THEOLOGIA GERMANICA.*

Theologia germanica.

1. De parvulo quidem hoc, sed momentoso Libello multæ quæstiones, magnæque controversiæ ortæ sunt, partim ob Authorem, partim ob contenta ejus & insolentem rationi propositionem. Hinc duriora imperitorum hypocrytarum, magis verò Mundanorum judicia expertus est.

2. De

2. De Authore nihil aliud, multa licet inquisitione habita, compertum est, quàm quod fuerit Nobilis germanus, *Sacerdos & Custos sive adituus*, *Domus Nobilium germanorum Francofurti ad Mœnum*, quod *Michael Neander* ex vetusta quadam editione probat, (vid. Præf. in Theol. Taul. & Theol. Christ. p. 740. præf. in Erotem. græcæ Lingvæ pcg. 312. & ex eo *Jacob. Thomas.* Orig. Hist. Philos. & Eccl. p. 140. *Spenerus* præf. ad Taulerum fine. *Vincentius Placcius* Detect. anonymi. Cap. II. p. 29.) Ad minimum tamen, vel humilitas & sinceritas viri hujus inde patet, quod studio nomen suum reticuerit, & ita nullam à mundo laudem aut applausum quæsiverit.

verus author.

3. Vanæ itaque sunt conjecturæ Authorum aliorum qui hujus libelli authorem jam Eblendum nescio quem, ut *Joh. Wolfius* Tom. I. Memorab. p. 863. jam *Gvilielmum Gratalorum*, Medicum (quod nonnulli in Annal. Arab. *Joh. Henr. Ottii* p. 85. errore ex quadragesima sexta epistola *Bezæ*, seducti fecerunt.) jam ipsum Taulerum fingunt, qui tamen ipse in XII. Capite tractatus citatur, & inde antea vixisse probatur, quod & *Flaccius* notavit. Lib. XIX. Catal. V. T. p. 858. Author tamen hic etsi minus notus, optimum nihilominus ab omnibus fere sectis sortitus est testimonium, cui pauca admodum præjudicia omninò cedere debent.

& variæ de eo opiniones.

4. Primus Protestantium *Lutherus*, cujus Judicium Sectatores ejus

Judicia de hoc Libello.

(pro Confessione sua) approbare solent, jam Anno 1518. Libellum hunc typis excudi curavit, quod Anno 1531. reiteravit. Præfixit singularem præfationem, in quâ tractatulum hunc summoperè commendavit, & laudavit: Postquam enim simplicem & infucatam Apostolorum & omnium ipsis similium ineruditorum Theologiam in Libello hoc exstare confessus est: monet, *ne quisquam Lectorum damnum sibi conciliet, scandalum capiendo à simplici & inarticulato stylo germanico*: & pergit dicendo: *Nobilissimus hic libellus, licèt pauperrimus & inconcinnus verborum & sapientiæ humanæ, ditior tamen & superpretiosior est arte & sapientia divinâ; & ut secundum stultum meum veterem glorier, præter Biblia & S. Augustinum, nullus mihi liber ad manus venit, ex quô magis didici & didicisse volo, quid sit Deus, Christus, homo & omnia:* Et tandem querela de theologia scholasticâ habitâ, sic finit. *Legat quisque hunc librum, & tum dicat, num vetus aut recens & nova sit nostra theologia, hic enim Liber minimè recens - - Faxit Deus ut plures ejusmodi prodeant tractatuli, & inveniemus theologos germanicos, sine dubio optimos esse Theologos. Amen!*

Lutheri,

5. Ingenuum hoc & heroicum Lutheri testimonium (quod & in subsequentibus editionibus, imò & in belgica translatione repetitum est) rationalistæ & Scholastici iniquô adeò animô tulêre, ut expressis verbis Lutherum *levitatis & imprudentiæ* accu-

& ortus inde apud alios zelus.

accusarent. (*Hornbeck.* l. c. pag. 385.) Imò alii impudenter admodum negarunt, Lutheri hæc verba esse, cujus negationis falsitatem quisque clarissimè agnoscit. (*Joh. Henr. Ottius* Annal. Anabapt. A. MDCXIIX. §. 2. p. 242. qui ementitam vocat.) Imò & Discipuli Lutheri librum hunc summo studio collaudaverunt, & tanquam à veritatis teste compositum venerati sunt, & allegârunt.

6. *Michaël Neander* in præf. ad Erotemata p. 312. allegatâ Lutheri præfatione, cordatum hanc de hoc libro addit sententiam. *Hæc clarissima & divina sanè verba Lutheri de libello hoc abjectissimo, sive quinque chartis plagarum, quem mille theologis antefert, & digniorem habet; cum tamen nec Philosophia, nec Dialectica Aristotelis aut Hermogenis cum artificialibus suis figuris in illo inveniantur. Arte quidem caret, sed spiritu, veritate, solatio, doctrina & vita abundat, cum quodque verbum & vocabulum efficaciam Spiritûs, doctrinæ, & solatii viva virtute spiret.*

Consensus plurimorum, eorumque antiquorum, Neandri

7. Et in sequentibus sic fatur: *Quis Patrum aut Doctorum hoc composuit Libellum? quem Lutherus sic commendat? Custos sive æditus. Sic profectò, neque divitiæ, neque potentia aut honores, gradûs, multifaria eruditio, prudentia, eloquentia, at sapientia Theologum aut Christianum sistunt, quæ magis à theologo remota sunt, quàm ut prosint ipsi.) Dominus autem Cæli terræque promovet & creat*

Flacii, &c.

 vel

vel adituum theologiæ Doctorem, ab pomposis ceremoniis & festivitatibus, continua sacræ Scripturæ Lectione meditatione & actione, - nullus christianorum hunc librum legens, absque animi consternatione considerare potest, divitias gratiæ & Spiritûs, quas Dominus in medio densissimæ caliginis abundanter effudit in cor spreti hujus aditui: ô quàm profundè scripturas penetravit.

8. *Matthias Flacius* quoque hunc Librum Catalogo suo testium veritatis inseruit, Lib. XIX. pag. 858. Et ad judicium Lutheri provocat, *quod in eo orthodoxè doceatur, de Peccato, de libera voluntate, de toto homine vetere, & contra, de gratia, Christo & regeneratione*, quem in finem Cap. 3. 9. 37. & 42. allegat: Notat quidem obscuram aliqualem expressionem, hoc tamen addit judicium; *Video Authorem clariùs & putiùs veram & falsam theologiam edoctum fuisse, quam ipse exprimere potuerit, voluerit, aut etiam ausus sit.*

Hujus Libelli editiones & Tituli.

9. His itaque & similibus excellentissimis testimoniis & encomiis libellus hic ab initio seculi 16. & sequentibus temporibus sæpius recusus est: statim enim primam editionem, Witteb. 1518. excepit Lipsiensis, Anno 1599. quam secuta est alia ibidem; 1520. it. 1528. & 1531. &c. Et quidem semper titulo hoc inculto & germanico atiquo: **Eyn deutsch Theologia / das ist / eyn edles Büchlein vom rechten Verstand / was Adam und Christus sey / und wie Adam yn uns sterben / und Christus ersteen soll.**

10. Pau-

10. Paulò post celeber ille *Sebastianus* Castellio Ciceroniano suo stylo illum latino dedit sermoni, quæ translatio primùm Basileæ, 1557. in 8vo. postea Antwerpiæ prodiit, ut & Anno 1580. Lugduni Batavorum, & quidem sub nomine *Johannis Theophili* : quod rixosus *Beza* iniquè adeò tulit, ut operam hanc tanquam magnum crimen Castellioni exprobrare studuerit. Epist. XLVI. ad Gratalorum p. 213. Postea verò aliquoties belgico idiomate excusus est.

Castellionis versio.

11. Seculo 17. præ cæteris B. *Joh. Arndius* libellum hunc in medium produxit, qui crudelibus illis præcedentis seculi controversiis, totus fere submersus fuerat. Hinc illum Anno 1621. 8vo. primùm Magdeburgi excellenti edidit præfatione, in qua hæc præter alia leguntur verba : *Hoc in libro parùm Controversiarum, pravorum affectuum, & scopticorum terminorum invenies : Multum autem puri & veri amoris, summi boni desiderii, mundi contemptûs, renunciationis voluntatis propriæ, crucifixionis carnis tuæ, conformitatis cum Christo in patientia, mansvetudine, humilitate, cruce & afflictione. Et summatim, invenies, quomodo tibi & mundo demoriri, Christo autem vivere debeas :* Et ulteriùs fatetur. *Multi ejusmodi ad sanctam vitam instituentes libelli, in occulto adhuc & sub pulvere latitant, ut Josephus in carcere. Certò enim & olim fuere homines, qui Christum esurierunt, & sitierunt, majori desiderio ac hodiernum*

Arndii Editio.

Recommendatio.

nostrum vetus & frigescens seculum. Surgit itaque & hic Theologus germanicus, rudi licet & agresti sago &c. veteranô incultôque germanorum idiomate loquens, quo tamen supersublimes & spirituales eloquitur materias.

Aliæ editiones & Apologiæ.

12. Hæc autem Editio unà cum Thomæ à Kempis Libris de Imitando Christo & *Staupizii* de Amore Dei, sæpius Lúneburgi, à Bibliopolis illis, qui vulgò die Sternen audiunt, impressa est, imò & nuperrimè Francofurti editis Tauleri operibus, cum *D. Speneri* præfatione & commendatione, subnexa exstat. Nuperrimè quoque Gallicè prodiit, Amstelodami, An. 1700. hâc inscriptione: *La theologie reëlle, vulgairement ditte la theologie Germanique.* Ex quibus variis editionibus, copiam amatorum ejus concludere licèt. Cùm & à multis hactenus Scriptum hoc sit defensnm, e. g. à *Daniele Dilgero* in Apologiâ pro Doctrinâ Joh. Arndii p. D. 6. (Vertheidigung der Lehre Johann Arnds.) Spenero l. c. & prolixissimè noviter ab Authore editionis Gallicæ & aliis. Quin & illi, quibus tamen sui abnegatio & tota mysticæ theologiæ via nequaquam arrisit, nihilò secius veritate convicti, non potuerunt non confiteri; *Theologos hos* (hunc & Taulerum puta) *inter carnales & mundanos illius ævi homines malos non fuisse: quia divinarum & cælestium rerum Meditationem atque Mundi contemptum intenderint, cum alii carnis suæ delitiarum volutabro sese volutârint.* vide *Gisb.*

Judicia theologorum.

Gisb. Voëtium Aſcet. Cap. III. p. 82. Qui etiam *neutiquam credere vult, Authorem hunc Enthuſiaſmo & Libertiniſmo Propinqvuum fuiſſe etiamſi multas ejus loquendi rationes non omninò approbet.*

Falſa aliorum judicia.

13. Alii autem, licèt ex verbis XII. Capitis Principium Myſticæ Theologiæ concludunt: magnam tamen in iis modeſtiam & ſapientiam agnoſcunt, & repetunt *Lutheri elogium*, atque eum contra Momos defendunt. (vid. *Jac. Thomaſ.* Orig. Hiſt. Phil. p. 141. ſeqq.) Hi autem ad minimum modeſtiores fuerunt illis, qui abſque omni cauſa temerè hæreticum proclamarunt, quem voluerunt, atque ita durioribus ſuis & inexcuſabilibus contra hunc librum judiciis, ſe admodum proſtituerunt, quorum libri & traditiones miſeræ, cum notæ, hic ut allegentur vix digna ſunt.

Laus ejus inter Pontificios.

14. Non autem notus admodum fuit hic libellus inter Pontificios, cum plerumque germanico ſermone fuerit editus, & quidem à Luthero ejusque diſcipulis: *Antonius* tamen Poſſevinus in Apparatu ſuo ſacro h. v. eum delineavit. Ex aliis *Caſparus Schwenckfeld* illum præfixo ſuo nomine Anno 1541. edidit, & poſt eum *Hiel* admodum laudavit Part. II. Epiſtolarum pag. 95. ut & *Valentinus Weigelius*, qui ſæpius ad eum provocat, ad quod *Dilgerus* l. c. & alii ſufficiens ediderunt reſponſum, contra omnem objectionem ejus Adverſariorum.

LXXVII. *HENRICUS HARPHIUS.*

Harphii Vita. 1. Aliàs Henricus ab Herph sive Erp dictus, Belga, ordine Minorita sive Franciscanus, tandem Gvardianus in Conventu Mechlensi obiit Anno 1478. Libros suos ferè omnes Belgico idiomate conscripsit, qui postea ab aliis latinitati donati sunt: sunt autem sequentes, quot nempè nostro usui inserviunt.

& Scripta. 1. 3. De *Mystica theologia* Libri quorum 1. *Epithalamium*, 2. *Directorium aureum contemplativorum*.

2. *Speculum Perfectionis*.
3. *Aureum Decalogi Speculum*.
4. *Tria* de vitæ perfectione *Colloquia*.

Et alios, inter quos etiam *Joh. Trithemius* Sermonum ejus de tempore mentionem facit. Catal. Script. p. 146.

Judicia de eo. 2. Scriptorum de eo judicia favorabilia admodum sunt, concedunt tamen, illam aliis, *Taulero* nempè, *Rusbrochio* &c. &c. minimè coæquandum esse; hinc & Romæ in Indice Expurgatorio decretum est, Libros ejus de Theologia Mystica corrigere, eosque secundum editionem Romanam de Anno 1585. edere, id quod etiam factum, in editionibus Colon. 1611. 4to. Brix. 1611. it. Liber II. germanicè Colon. apud Wilhelmum Friessen. 12mo.

3. In-

3. Interim tamen Authores de eo judicârunt, quod multa, magna cum gratia Sancti Spiritus pertractaverit & explanaverit (*Nicolaus Eschius* Exerc. Theol. Myst. sive potiùs Author præfat. *Surius* pag. 8. *Henr. Sedulius* Histor. Seraph. pag. 112.) *tantumque apud omnes Th. Mysticæ adamatoribus laudem sortitus sit, quantum venerandi & sublimes Contemplatores & Theologi mereri solent* (idem *Surius* præf. ad Opera Rusbr.) *etiam profundus, orthodoxus & pius Doctor fuerit.* (Editor. ad Lib. II. præf.)

& Encomia.

4. Alii *bonam ejus methodum, & singularia dona collaudant; Petrus Paulus Philippus* Introd. in Lib. II. Th. M. p. 463. *Blomevena* ibid. pag. 485. *Bona* Not. Auth. pag. 585. Opp. quam commendationem Wharton repetit, Append. ad H. L. Cavei p. 100. *Sandaus* autem eatenùs tantum intelligere vult; *ut Lector in Mystica Theologia versatus ad illius lectionem accedat; sicque fructum non mediocrem inde percipere poterit, cum multa habeat Harphius, quæ alibi frustra quærantur.* "Contra etiam monet, cum P. P. Philippo; non omnium esse, ut omnia, quô sint dictata spiritu, percipiant, quippe cum ei sit modus loquendi contortus, figuratus, à communi receptoque in Scholis abhorrens, totum opus profundissimi sensus plenum. Aut. theol. Myst. p. 653.

Aliorum de eo monita.

Materiæ & Doctrina hujus viri.

5. "Et hoc ipsa lectio Libri, experto Christiano suppeditabit, cum "sublimia admodum in eo proponantur, de Communione & Connubio animæ cum Deo, de sublimi contemplationis vita, de mysticis & secretis S. Sanctæ "Trinitatis in superioribus animæ viribus, operationibus, & similibus, quorum fruitionem "vix millesimus quisque in hac vita attingit, & "ideò eò difficiliùs percipere & intelligere potest.

LXXIIX. *HIERONYMUS SAVONAROLA.*

Savonarolæ Scripta Spiritualia, sive mystica.

1. Cum hujus Authoris vitæ & Doctrinæ perfecta narratio in *Historia Ecclesiastica*, in fine Libri XV. exstet, & à Protestantibus communi consensu approbetur, in Romana autem Ecclesia publicè teratur; jam nihil addam, nisi Scripta ejus ascetica, quorum pleraque Latino & Italico idiomate leguntur.

1. *V. Libri de simplicitate vitæ Christianæ.*
2. *Explicatio Orationis Dominicæ.*
3. *De Mysterio Crucis ejusque officio.*
4. *Gradûs ad perfectionem vitæ Spiritualis.*
5. *De Lectione Spiritualium Materiarum.*
6. *Regulæ de Modesto & ordinato vitæ genere Religiosorum.*
7. *De perfectione status religiosi.*

8. *De*

8. *De modo rectè vivendi, & ad Deum ascendendi,*
9. *De Beneficiis, quæ Christianis per mysterium & signum crucis evenerunt.*
10. *Tractatus de Humilitate.*
11. *Liber de amore Christi.*
12. *Solatium peregrinationis, sive 7. Colloquia Spiritus & animæ.*
13. *2. Libri de Oratione.*
14. *Explanatio Decalogi.*
15. XXX. *Sermones.*
16. XLIIX. *Sermones Passionales.*
17. Multi admodum Sermones in Libros Biblicos, ut in Exodum, Ezechielem, Michaam, Haggai, Rutham, Estherem, Epistolam Johannis &c.
18. Meditationes *in Canticum Salomonis.*
19. Prophetia *de Renovatione Ecclesiæ.*
20. Liber *de veritate Prophetica.*
21. Epitome *Revelatorum.*
22. Multæ spirituales & salutares *Epistolæ.*
23. Vita ejus & quædam scripta, Parif. 1614. in 8vo. Tom. II.

CAPUT XXIII.

De Mysticis Scriptoribus Seculi Decimi Sexti.

LXXIX. *NICOLAUS UNTERWALDENSIS.*

Circa

Fr. Nicolai Scriptum.

CIrca hujus Seculi initium notus ille Eremita *Nicolaus ab Unterwalden* floruit, & quidem non duntaxat mirabili praxi mysticæ & divinæ conversationis (quam & protestantes promiscuè agnoverunt) sed etiam scripto quodam ejusdem Materiæ: scripsit enim libellum, non adeò ignotum, hoc titulo. Die Lehre von der Abgeschiedenheit des Einsiedlers / Bruder Nicolai von Unterwalde im Schweitzer-Lande. Cum autem sufficiens hujus & Authoris & Libelli mentio in ultima Parte *Vitæ Patrum* ex testimoniis probatorum Authorum facta sit: Hic nihil addam.

LXXX. *JOHANNES A STAUPITZ.*

Staupizius.

1. Et hic meritò mysticis Authoribus annumerandus est, ob duos suos libellos, qui cum theologia germanica & Thomæ à Kempis Libris, ut & Tauleri scriptis, per Johannem Arndium & alios sæpissimè editi sunt; primus nempè, *De amore Dei*, secundus *De sancta fide christiana.* Quibus editionibus viri hujus propositio approbatur, & Lectoribus commendatur.

2. De intima ejus cum Luthero familiaritate Libro XVI. c. 5. n. 14. notabiliora in *Historia Ecclesiastica* commemoravimus. Et certè in scriptis ejus manifesta agnitæ veritatis & Principii Evangelici vestigia inveniuntur, quod & Luthero instillavit, teste ipso hoc. Cap. *Sekendorff.*

dorff. Lib. I. Hist. Luth. p. 48.) Cum autem acta Lutheri, justo vehementiora ipsi viderentur, Abbatiam Saltzburgi suscepit, vid. Hist. Eccl. C. 22. §. 24.

LXXXI. *HEINRICUS NORIBERGENSIS.*

Monachus Noribergæ, Decimo quinto vixit seculo, & Librum scripsit, cujus Titulus: *XXIV. Citharæ aureæ.* Qui Anno 1483. in folio prodiit, sed parùm innotuit. Huic ferè similis est tractatus, Anno 1596. in 8vo publicatus, hac inscriptione. Fr. Heinricus.

LXXXII.

Aureum Solium viginti quatuor seniorum. (Güldener Thron der XXIV. Eltesten.) Alii veteres Mystici germanici.

LXXXIII.

Revelatio Spiritualium gratiarum. (Offenbahrung geistlicher Gnaden) ex Latino in germanicum translatus, & antea adhuc Author anonymus publicavit Libellum.

LXXXIV.

Krämer=Korb mit sieben Laden. Item alium: Der geistliche Wagen/ & paulò post Dillingæ Anno 1572. 8vo. alium absque Authore.

LXXXV.

LXXXV.

Von der himmlischen Gemahlschafft / (De connubio cælesti) qui omnes viam mysticæ Theologiæ commonstrant, & ob simplicitatem atque penetrantem suum stylum, talium materiarum amatoribus, admodum chari & pergrati sunt.

LXXXVI. *MARGARITA EVANGELICA.*

(Evangelische Perl.)

Margarithæ Evangelicæ.

1. Liber hic initio seculi 16. sæpiùs germanicè prodiit, & quidem absque nomine Authoris. *Sandæus* quidem celebrem illum Mysticum *Nicolaum Eschium* prodidit (Auct. Th. Myst. p. 654.) Ultimus autem hujus Libri Editor, aliud nos docet, in præfatione, narrat enim, Eschium hunc tractatum tantùm latino sermoni dedisse & Coloniæ Anno 1544. imprimi curavisse, Originem autem ipsius, jam dudum antea germanico idiomate conscriptum fuisse, ab anonymo, quem Silesius summè sanctum virum appellat, qui humilitatem sectans, nomen reticuerit. Sine dubio autem accuratiora ducumenta *Domino Poiret* sunt, tradidit enim, librum hunc à fœmina quadam compositum esse, vide præf. in Librum, dictum *Theologie du cœur*, num. 6. uti tractatum hunc *l' admirable* sive admirabilem insignit.

Author quis.

2. Mit-

2. Mittimus autem hæc; Cum certò constet Authores promiscuè hunc Librum summoperè laudare.: Laus ejus eximia.
Joh. Angelus Silesius eum hoc Titulo edidit.
Köstliche Evangelische Perl / zu vollkommener Ausschmückung der Braut Christi / Glatz. 1676. 8vo.

In præfatione præfixâ appellat illum, *thesaurum incomparabilem*; & commendatio.
& insequentibus sic pergit: Bonitas ejus non est describenda satis, dum omninò thesaurus incomparabilis, ex quo homo in Deo æternùm divitias facere, & ad nuptias agni, tanquam margarita superpretiosissima exornari potest. Quin imò, non vereor dicere, quod omnium Spiritualium Librorum unica sit margarita pretiosa, cujus gratia omnes reliqui vendi deberent, &c. Qui præscriptas ibi exercitationes efficit, ipsemet vivus evadet Liber, in quo vera interna cum Deo vita, per digitum Dei, Spiritum nempè Sanctum inscripta & insculpta legetur, & pretiosissima super omnem essentiam margarita, conformitas Christi (quæ est regnum cœli in nobis) delineata & essentialiter præsens erit. De modo autem proponendi observat: *Quod media internè penetranti adeò & suavi loquendi modo indicet, ut influat tanquam mel gulæ, suavis sonitus auribus, & jubilus cordi.*

3. Contenta pretiosi hujus Libelli quod attinet: Substruit primò fundamentum, sempiternam præsentiam & amorem Dei in anima, quo omnium Contenta & Scopus.

"mnium vitiorum exterminatio, cordis verò cum "æterna vita impletio promovetur, & quidem "operante Patre in memoria, quæ efficit, ut semper Deum cogitemus, operante Filio in illuminando intellectu, & auxilio Spiritûs Sancti, "quod voluntatem ad divinam incitat amorem. "Ut ita corpus quidem ob peccata mortificetur, "& anima purgetur. Spiritus autem fiduciâ in "Jesum Christum perfundatur, quô Deus in nobis æternum gaudium, quietem, & beneplacitum habeat, & cum homine unus iterum fiat "Spiritus.

LXXXVII. *ANGELA DE FOLIGNI sive FULGINIO.*

Angelæ Laus & Descriptio.

1. Vita & mirabilis via hujus Personæ interna in ultima *vitæ Patrum* Parte prolixè enarratæ sunt, & ideò hic non repetentur; De factis ipsi revelationibus & Confessionibus Authores hanc tulerunt sententiam; *Tractationem ejus tantâ Distinctione & claritate esse, ut vix à peritissimis theologis quidquam aliud possit desiderari.* Lib. IV. De Orat. divin. pag. 408. Appellant eum insuper, *Personam à Lumine Dei* perfusam & expertam, atque *divinam contemplatricem.* (Idem l. c. & *Nicolaus à Jesu Maria* Parte Secund. Elucid. Theol. cap. 2. p. 89.)

2. Nonnulli quidem existimaverunt, eam interdum durius & insolen-

solentiùs loqui, quam aures delicatæ ferant; ipsam etiam fateri, se omnia non adeò concinnè & propriè exprimere posse, prout viderit & experta sit; Sed libenter tamen concedunt, omnia à mysticis sano sensu explicari posse; & libellum ejus, vitam planè mysticam delineare, (*Maximil. Sandaus* Auct. Theol. Myst. p. 654.) Addunt præterea, materias & verba ejus ad scholasticam Theologiam minimè quadrare, id quod verissimum est. (*Joh. Bona* Notit. Aut. lit. A.)

Ignorantia adversariorum, Theol. mysticæ.

3. Protestantium de hac Persona pauca invenio judicia, cum opusculum ejus plerumque italicè tantum, (ut nuperrimè Venet. 1650. 12mo.) & gallicè extat. Et nullum est dubium, quin multis, qui tamen Theologiæ huic detrectare affectant, ignota adeò fuerit, ut virum fuisse existimaverint, & *Angelum de Fulgineo* in allegatis sæpius appellaverint. Vide *D. Andreæ* Kühns Bedencken von der Mystischen Beschauungs-Ruhe/ p. 51. & præf. p. 61. Ex quo judicatur, quâ ratione, quove fundamento scripta & dogmata ejusmodi sæpius censeantur & blasphementur, quæ tamen nunquam viderint, nedum legerint. Nihilominùs perversa talia Scholasticorum Doctorum acta ubique in realibus affatim occurrunt.

4. Interim tamen Libellum hunc B. *Johanni Arndio* notum & acceptum fuisse ex collatione probatur, quæ indicat, *Caput 13. 14. &c. secundi ejus Libri de vero Christianismo* petitum esse ex cap. 4. 5. &c. Partis prioris Libri primi hujus

Libelli: Qui etiam non dubitavit, quædam Capita ex Libro Weigelii de Oratione, suo tractatui inserere, absque tamen ullo præjudicio orthodoxiæ ejus, cum omnia probando, bonum tantùm retinuerit; Hoc tamen indè concludimus, mystica ejusmodi scripta Doctori huic perchara fuisse, idquod & Dominus *Poiret* Gallicâ editione inscriptâ, *Theologie du Cœur la Croix* demonstravit: Cæterùm Propositionis Angelæ nostræ Character plerùmque conformis est, characteri *Henrici Susonis*, quem supra num. LXI. examinavimus.

LXXXIIX. *THERESA DE JESU.*

Theresæ Vita.

1. In sæpius citatis Vitis Patrum, Personæ hujus Vita prolixè evolvi potest, hîc tantum de scriptis ejus, ea, quæ necessaria sunt, observabimus. Quæ cum vita ejus non tantum *Hispanico*, ceu originali suo idiomate leguntur, sed & *latino*, *Italico*, *Polonico*, *Belgico* & *Gallico* sermone extant (quô nuperrimè adhuc Antwerpiæ Anno 1685. tribus voluminibus, curante *Arnoldo d' Andilly* prodierunt) imò & aliquoties *germanicè* publici juris facta est, ut Coloniæ 1686. 4to. & vita ejus separatim ibid. 1660. 8vo. &c. it. Latinè operâ *Johannis à Jesu Maria* Colon. in 8vo. Ex multis itaque his versionibus & editionibus Authoritas eorum apud tot nationes concluditur.

2. Fa-

2. Favorabilia etiam de iis encomia passim obvia sunt, & quidem absque ulla restrictione, quia Author eorum fœmina fuerit, quod aliis tamen Sectis consvetudini est. Licet enim ab initiô, & quidam Pontificiorum ei detrectaverint, ita ut *Ludovicus Legionensis* peculiari apologiâ eam defendere excitatus sit: Attamen contradictio hæc, mox evanuit octoginta quinque testibus de vita & revelationibus ejus auditis; quo facto *Theresa* in Catalogum Sanctorum recepta est, narrante *Nic. à Jesu Maria* l. c. Cap. I. p. 14. &c. Ubi etiam idem hic Author commemorat, in scriptis ejus divinam se doctrinam & Spiritum Sapientiæ & intelligentiæ agnovisse, imò auditores Sacræ Rotæ in secunda relatione expressè scripsisse: *Illam libros quosdam ex revelatione Jesu Christi composuisse, quorum perspicuitatem & facilitatem in explanando Mysticorum affectuum summi Theologi admirati sint; quia virgo hæc adeò concinnè, clarè & distinctè ea contexuerit, quæ Patres obscurè & diversis in locis & tractatibus de Mystica Theologia docuerunt. Non negant esse eam Magistram à DEO Ecclesiæ datam, Spiritualis Doctrinæ, id quod ex Sensu Luminis DEI & Sancto affectu probetur, qui ex hisce Libris promanant.*

Commendatio & Testimonia.

3. Alii de ea concesserunt, *quod abstrusa quæque vitæ interioris mysteria, non librorum lectione, sed Spiritus Sancti unctione ipsorum in se experimento didicerit: Carolus Hersent.* appar. ad

Alia de ipsa judicia.

Theol. Myst. Dion. p. 49. Et alius tradit, *quod doceat ea, quæ ipsamet Deo vacans didicit*, Thomas à Jesu l. c. pag. 419. Item alius testatur; *Theresam hanc tam accuratè & sapienter de motibus sacræ dilectionis, in omnibus libris, quos moriens nobis reliquit, scripsisse, ut nemo non suscipiat & extollat eloquentiam in tantâ humilitate, tantamque mentis & ingenii infirmitatem in tam magna simplicitate; Sed & sapientissimam ejus ignorantiam in propatulo ponere ignorantissimam scientiam, complurium literatorum, qui post molestam & operosam multorum annorum studiorum tractationem pudore suffunduntur, non intelligentes ea, quæ tam feliciter, de praxi Sancti Amoris conscripsit Theresia.* Franc. de Sales, præf. ad Lib. de amore Dei.

Summa & Contenta Propositionis ejus.

4. Alii insuper prolixè probarunt, & vitæ ejus genus & dogmata & doctrinam bona & divina fuisse, vid. passim *Franc. Ribera* inprimis Lib. IV. c. 18. *Anton. Possevin.* & *Dominicus Bannez* in Censuris suis. *Thom. Bozius* Lib. XII. de Signis Eccl. c. 23. num. 57. *Ludov. Granatens. Ioh. Avila, Petrus de Alcantara* & multi alii, quorum verba operibus Theresæ in præfatione præfixa sunt: Item *Ioh. Bona* Lib. de Discret. Spirit. Cap. XX. §. 5. pag. 189. *Ludov. Legionens.* l. c. Summa autem & Character propositionis ejus, brevibus sic tradi posset; "Quod Mysticam illam doctrinam, interno quo- "dam amoris & orationis modo tractaverit, "quam alii plerumque methodô Scholasticâ tradide-

"diderunt. Licèt enim optimô ordine materias "suas disponet; nullam tamen affectet artem; "sed puro putoque cordis motu loquatur per "experientiam, in fervido amore. Præprimis "autem internam & continuam requirit oratio-"nem, multò magis verò supernaturale ejusmo-"di Dei desiderium, & gemitum, quo anima ei "adunitur: Ut ita homo ineffabili infinitaque "gratia dignus habeatur, & in amore confirme-"tur: Hunc cordis affectum Nostra ubique ferè "excitare studet, & à naturali suâ duritie retra-"here, & ipsum cor in summa admiratione im-"mensæ ejus bonitatis & virtutis, ad perfectum "Dei amorem & devotam adorationem & vene-"rationem supersublimis ejus Majestatis emol-"lire, &c.

5. Scripta autem & opuscula hujus Theresæ sunt sequentia. Scripta ejus.

1. *Vita ejus.*
2. *Via perfectionis.*
3. *Liber de fundationibus cœnobiorum.*
4. *Institutio de Visitatione Monialium discalceatarum.*
5. *Claustrum animæ, sive habitatio interna.*
6. *Animæ gemitus amoris & Meditationes de DEO.*
7. *Meditatio de amore Dei super Canticum Salomonis.*
8. *Epistolæ.*
9. *Septem Meditationes in Orationem Dominicam.*

LXXXIX. *JOHANNES A CRUCE.*

Johannis à Cruce Historia.

1. Et Hispanicè *Joan de la Cruz*, cujus vita etiam in *Vitis Patrum*, in ultima Parte exstat, quoad Historiam. Scripta autem ejus, per quæ mystica Theologia seculo 16to reflorescere cœpit, à Romana Ecclesia per magni habentur, cum non solum ab eminentibus quibusdam Doctoribus, inprimis à *Basilio Pontio* peculiari quadam apologia explicata & defensa sint, sed & ipse Author inter divos relatus sit. Hinc tot approbationes & censuræ Hispanicæ & latinæ editioni operum ejus Col. 1639. in 4to. & in Germanicè de Anno 1697. Pragæ, præfixæ inveniuntur, ut & elogia clarissimorum quorundam scriptorum, vide & editiones gallicanas Paris. 1665. & 1694. Imo & Professor quidam Salmanticensis, *Nicolaus à Jesu Maria*, prolixam simul operum ejus elucidationem publicavit, in qua omnia accuratissimo & veterum & recentiorum consensu probat, & confirmat. Vid. ibid. maximè pag. 13. 16. seqq. 40. &c.

Summa & Scopus Scriptorum ejus.

2. Cum itaque Authoritatem viri hujus multis adductis testimoniis vindicare supervacaneum sit, paucis duntaxat contenta & scopum operum ejus enucleabo, quæ hæc esse possent. "Ante omnia primum theologiæ mysticæ gradum "requirit, *purgationem* nempe animæ, ita tamen "ut animam ducat ad totalem denudationem sui

& vi-

"& virium suarum, imò ad summam *renunciati-*
"*onem omnis inhæsionis*, in sensibiles & singu-
"lares gratias, sive illæ per sensus, sive per ima-
"ginationem, sive per alias vires percipiantur,
"hoc autem eum in finem, ut *essentiale verbum*
"& substantialis fructus & communio ac con-
"versatio cum Deo consideretur, & conserve-
"tur. Insolentibus præterea gaudet donis, in
"admonenda anima de omni cum *spirituali illu-*
"*sione*, tum dolo in *extraordinariis donis*, ut va-
"ria, summe necessaria, sumministret monita &
"documenta, de *Revelationibus*, *Raptu*, *ecstasi*
"&c. quod suo loco videbimus.

3. "Ulterius *Præparationem*, sive *purgationem*
"animæ intendit *passivam*, usque dum Deo uni-
"atur, quod inprimis in *Nocte obscura*, solide
"& gradatim discutit. Tandem autem in *Flam-*
"*ma Amoris* insolenti & penetranti modo de-
"scribit *divinam unionem*, *cum miraculis ejus*.
"Item diversos status & *vicissitudines* mystico-
"rum sive occultorum *amplexuum* & *documen-*
"*torum amoris* inter Deum & animam, cum hæc
"ad divinam quidem unitatem elevatur, nihilo-
"minus tamen varios Dei ductus experiri debet.
Et in his omnibus Author hic sapientiâ & pro-
funditate expressionis paucos imo fere nullos si-
bi pares habet, quod quisque Spiritu discretio-
nis, à Patre Luminum donatus, fatebitur.


4. Scripta ejus ipsa partim jam recitata sunt, & his gaudent titulis.

Catalogus Librorum ejus.


1. *Ascensus Montis Carmeli*, *continet libros tres.*
2. *Obscura nox animæ*, *continet libros duos.*
3. *Flamma amoris viva.*
4. *Canticum Spirituale, inter animam & Christum sponsum.*
5. *Cautelæ Spirituales*, *contra hostes animæ.*
6. *Epistolæ Spirituales.*
7. *Cantica varia.*



PRrogrediendo autem in Historiâ hâc mysticorum Authorum, in manibus quasi crescit, ut si ita pergerem, justo prolixior forem. Hinc meum erit, mysticos & asceticos scriptores, postremorum duorum seculorum nominibus duntaxat & titulis in medium proferre, siquidem eorum numerus permagnus est. Hocq; brevibus ordine quidem alphabetico præstabo, parvum tamen alicubi subjungere judicium licebit, quod forte unus vel alter Lectorum requiret. Antea verò indicem alphabeticum librorum, hactenus commemoratorum sistam.



Index



Index præcedentium Authorum.

A.

B.

C.

Hilde-

Nice-

N.

O.

P.

R.


S.

T.

Theo-

V.

Z.



CAP.

CAPUT XXIV.

Index Scriptorum Myſticorum, & Aſceticorum Seculi Decimi Sexti & Decimi Septimi

& quidem

Ex cardinalibus tribus Sectis vel Religionibus.

A.

L'Abnegation interieure, ſive tractatus de abnegatione interna, qui gallicô ſermone in prima Parte Theologiæ Cordis (*Theologie du Cœur*) evolvi poteſt pag. 227. ſeqq. & idem cum Johanne à Cruce Principium habet.

Nicolai Abrahami Axiomata Vitæ Chriſtianæ Colon. in 18.

Joh. Abrenethi Medicina Spiritualis, anglicè & belgicè.

Abregè de la Perfection Chrêtienne, avec ſes Exercices, in Imô Tomo Theologiæ Cordis p. 73. ſeqq.

Abregé de l' Agnean occis, ou methode de Oraiſon, par un pauvre Villageois.

Adrian Adrianſens Scripta.

Aenmerkingen ontrent de verborgene Vereeniging, die en is tushen God en de Ziele. Amſt.

Petri

Petri de *Alcantara* Vita & Opera. it. Gallice duodec.

Ejusd. Liber de Oratione & Meditatione.

P. Angelique d' Allegre le Chrétien parfait, où le Portrait des Perfections divines, tiré en l'homme sur son Original Paris. 1665. 4to.

Alphonsi Madritiensis Ars serviendi Deo. Col. 1687. 12mo.

Ejusdem Memoriale Vitæ & Passionis Dominicæ ibid.

Aloysius Sidereus vid. Caraffa.

Alvarado Ars benè vivendi.

Jacobi Alvarez Opera Tomi III. Colon. fol.

Liber de vitiorum exstinctione. Ingolst. 1619.

De adeptione virtutum. Col. 12mo.

De mortificatione hominis interioris.

De vita Spirituali.

De effectibus humilitatis.

l'Amour aspiratif, vide in Samson.

Joh. Valent. *Andreæ* Scripta, vid. II. partem Hist. Eccl. p. 466.

Andries perpetua Crux Colon. 1687. 12.

Joh. ab *Angelis* los Triumfos del' amor.

Jean des *Anges* sur le Cantique de Salomo.

Joh. *Angelii* Silesii verliebte Psyche/ sive geistliche Lieder. Breßlau 1668. 8vo.

Ejusd. Cherubinischer Wandersmann/ oder Geistreiche Sinn- und Schluß-Reime/ Glatz. 1675. 12mo. (Selectissimus hic, elegantissimusque est Liber.)

Ejusd. Sinnliche Betrachtungen der 4. letzten Dinge.

Ejusd.

Ejusd. Evangelische Perl/ Glatz. 1676. 8vo. (Author hic Christum verè cognovit & habuit.)

Claudii *Aquavivæ* Epistola de usu Orationis, it. de Renovatione Spiritus & correspondentia cum Deo.

Argenson Traite de la sagesse chretienne.

Louvis Franc. *d'Argenton* les Excercices, du Chretien interieur Paris. 1685. 8vo. Tom. II.

Franciscus *Arias* de Mortificatione *Idem*, de Oratione Mentali, Colon. 1687. 20mo.

Ejusd. Thesaurus bonorum, quæ in Christo habemus. Col fol. (hunc *Barbanson* commendat: Sem. Occ. p. 78.

Joh. *Arnds* wahres Christenthum / & reliqua ejus scripta in *Hist. Ecclesiastica* notata Parte II. Tractatus ejus de Christianismo & latine prostat, hoc Titulo.

De vero Christianismo Libri IV. Authore *Joh. Arndio* Francofurti. Ao. 1658. 12mo.

J. H. Arnsteiners sieben Staffeln der Göttlichen Liebe. Giessen 1691. 12mo.

Ejusd. Leiter Jacobs / ibid.

Joh. *Avilæ* audi Filia (cujus Summam Sandæus narrat. Th. Myst. p. 656.)

Petri *Aurati* Collegium Sapientiæ. Col. 12mo.

Ejusd. Scintillæ divini Amoris, ibid. 12mo.

B.

Pauli *Baines* Directiones vitæ piæ (commendatur à Voëtio, Ascet. p. 367.)

Augu-

Augustini *Bakeri* Direction tot Contemplatif. Prager.

Backers Betrachtung des Vater Unsers. Leipz. 1680. 12mo.

Baptistæ Cremensis opera, (quæ summopere laudat Seraphinus Firmanus p. 29. & 203. Opp.)

Henr. *Barners* Abriß des neuen Menschen/nach dem Ebenbild des Himmlischen. Magdeb. 1690. 8vo. (cum approbatione facultatis Witteb.)

Casparis *Barthii* Soliloquia rerum divinarum, Libris XX. Francof. 1623. 4to. Cygneæ 1655. 4to. (plus veritatis continent, ac vulgo creditur.)

Antonii Hementii, sive Baumgartens Spiegel der Vollkommenheit. Cöln. 12mo.

Henr. de *Balbis*, vid. Palma.

Ignatii *Balsamonis* Instructio de perfectione religiosa.

Ejusd. de vera recte orandi & meditandi methodo.

Constantinus de *Barbanson* Compendium veræ Theol. Mysticæ, sive Amoris divini occultæ semitæ. Colon. 12mo. & Amstelæd. 1698. 12mo.

Pauli de *Barzy* Pacta Hagiophilæ. Col. 12mo.

Id. germ. heilige Meinungen. Cöln. 12mo.

Ejusd. Solitudo Hagiophilæ, sive Exercitia Octiduanæ recollectionis. Col. 12mo.

Ejusd. Blanditiæ Sanctæ Hagiophilæ, sive 100. actus amoris erga Jesum. Col. 12mo.

Ejusd. Paradisus apertus.

Ejusd. Göttlicher Liebes-Kuß. 12mo.
Richard Baxters wahre Bekehrung.
- - Verläugnung unser selbst.
- - Wachsthum eines Christen.
- - Leben des Glaubens.
- - Ruhe der Heiligen.
- - Summa theologiæ practicæ.
& alia nota admodum scripta.
Ludov. *Bayl* the Practike of Pietie, sive Ubung der Gottseligkeit. (plus ferè ac trigesies in varias lingvas translata & impressa est.)
Beers Gottsel. Gedancken über etliche Sprüche. Nürnb. 1666. 8vo.
Begierer siehe Schatz.
Roberti *Bellarmini* Gemitus Columbæ.
Ejusd. Ascensus mentis in Deum.
Ejusd. Institutiones Christiani hominis. Col. 1687.
Ejusd. Seelen-Leiter. ibid.
Ejusd. Himmlisch Paradieß.
le *Berger* illuminé ou Colloque Spirituel & un devot Ecclesiastique & d'un Berger. Mons. 1648. (exstat in prima parte theologiæ Cordis S. Theologiæ du Cœur.)
Id. teutsch / der fromme Schäffer / d. i. ein geistlich Gespräch eines Priesters / mit einem wunderlich von GOtt erleuchteten Schäffers-Jungen. Cöln. 12mo.
Berchmans Betrachtinge.
Bernardinus Senensis, de divinis inspirationibus.
Monf. de *Berniers* Louvigni Oeuvres Spirituelles

les ou conduite asseurée, pour ceux, qui tendent à la perfection. Paris. 1690. 8vo.

Cardinal. de *Beville* Traité de l'Abnegation.

Blæmenkrans uit de Hoven van verscheide geestelijke Hoveniers. Id. germ. Ein wohlriechender Blumen-Krantz. Halle 1669. 12mo.

Ludovici *Blosii* Abbatis, Canon vitæ Spiritualis. Colon. 12mo.

Ejusd. Enchiridion parvulorum, ib. 12mo. it. germanicè.

- Consolatio pusillanimorum, ib. 12mo. it. germanicè.
- Monile Spirituale, ib. 12mo. it. germanicè.
- Institutio Spiritualis, ib. 12mo. it. germanicè.
- Farrago instit. Spirit. ib. 12mo. it. germanicè.

Boëtii à *Bloswert* Duyfkens en Willemynckens Pelgrimagie tot haren beminnen, binnen Jerusalem. Amst. 1627. 12mo.

Robert. *Bolton* Behulp Middelen, tot Vernederinge. Amst. 1652. 12mo.

Ejusd. Van de vier uyterste Dingen. ibid.

Ejusd. Noäh Göttlicher Wandel / in der gottlosen Welt. Francf. 1676. 8vo. (hunc tractatum Gisb. Voëtius admodum laudat, Ascet. p. 364. & verè etiam laude dignus est.)

Joh. *Bona* Manuductio ad Cælum. idem germanicè. Colon. 12mo.

Ejusd. Opera omnia Antwerpiæ 1694.

- Principia & Documenta vitæ Christianæ. Parif. 12mo.
- Via compendii ad Deum Par. 12mo.
- de Difcretione Spirituum. Romæ, 4to. Parif. 12mo.
- Horologium afceticum.
- de divina Pfalmodia. Parif. in 4to.

Franc. *Borgiæ* Opera & vita Antwerp. 1598. 8vo. quæ complectuntur.

Speculum Operum Chriftiani hominis.

Collyrium Spirituale, item germanicè. Colon. 18.

Exercitatio ad fui cognitionem.

In Canticum trium puerorum.

Jacobi *Boymanns* Luftgärtl. einer heil. Liebe.

Ejusd. Lehrjahr der Tugend.

Ejusd. Andächtiger Bund mit dem Wunden JEfu.

Theodori à *Brakel* Trappen vant Geefteliche Leven.

Id. germanicè Staffeln des Geiftl. Lebens. Bern. 1698. 8vo.

M. de *Brebenf.* Entretiens Solitaires. Parif. 1671. 12mo.

Breve modo d'oratione mentale. 1681.

Thomæ *Bromlei* Weg zum Sabbath der Ruhe. Amfterd. 1685. 8vo.

Jan *Buckel* Goddelyken trooft.

Ej. Tractat van de Meiningen.

Joh. *Bunian* Komft en Welkomft tot Jefus Chriftus.

It. germ. Der Seelen Kommen und Willkommen

kommen zu JEsu Christo. Hamb. 1693. 12mo.

Ej. Reise eines Christen/ nach der Seeligen Ewigkeit. ib. 1685. p. 96. 12mo.

Ej. Mr. Quaats Leben und Sterben oder eines Gottlosen nach der Hölle. ib. 85. 12mo.

Ej. Der Heil. Krieg des Geistes und des Fleisches / ibid.

Ej. de Genade mit gebret tot de grottste der Zondaren, Amst. 1689. 12mo.

It. Zarteste Liebe Christi / allen Sündern gezeiget. Hamb. 1608. 12mo. (Author plenus viva cognitione Jesu.)

C.

Joh. à Jesu. Maria *Calaguritani* Tractatus de theologia mystica (hunc laudat quàm maximè Sandæus th. Myst. p. 4. & p. 630. vid. infra lit. I.

Benedicti *Canfeld* Regula Perfectionis de Voluntate Dei (qui quoque præ cæteris commendatur, propter solidam suam, concinnam & distinctam propositionem.)

Andreæ *Capellæ* Manuale exercitiorum Spiritualium. Col. 12mo.

Vinc. *Caraffæ*. Theol. Mystica, sive Exercitiorum Spiritualium Tomi II. Colon. 1660. 8vo.

Ejusdem Seraphinus S. Schola S. Amoris.

Carthagenæ Praxis Orationis Mentalis. Colon. 1687. 12mo.

Ubertini de *Casali* Arbor vitæ.

Othonis *Casmanni* Schola tentationum.

Ej. Homo novus S. Spiritualis.

Simon de *Cassia* de vita Christi & de justitia.

Joh. *Castanizæ* Pugna Spiritualis. Col. 24to.

le *Catechisme* Spirituel, avec les fondements de la vie Spirituelle, (anonymi.)

Lud. *Chardin* van t' Cruis Christi.

le *Chrêtien interieur* ou la conformité interieure, avec Jesus Christ, par un Solitaire. Paris. 1690. Tom. II. 8vo.

Christelike Spiegel.

Colombina il perfetto Re é Sacerdote Spirituale le *Combat Spirituel*, de Msr. l' Eveque de Bellaj. (per magni æstimatur.)

Joh. *Amos Comenii* einiges nothwendiges Wissen. Luneb. 1690. 24to.

Joh. Bapt. *Comitinus* de Timore & amore Dei.

la *Consolation* interieure, ou de l' imitation de Jesu Christ. Paris. 12mo.

Balthas. *Corderii* Comment. & Notæ theologicæ in Dionys. Areopagitam. 1634. fol.

Corte Verhandeling van de Lief de Gods en der Naesten.

Corte Oeffning der Godseeligkeit, en Bedenkingen toe en heilig leven.

Joh. *Cotton* Weg des Lebens. Heidelberg. 1670. 12mo.

le Pere *Condien* Traitè de l'abjection.

Joh. Jacobi *Crameri* Ecclesiastes sive de Vanitatibus humanæ & Christ. vitæ, cum præf. Gerhardi Ao. 1639. 12mo.

Joh.

Joh. *Crombecius* de Studio Perfectionis.
Ejusd. Ascensus Mosis in montem.
Steph *Conventius* de Ascensu Mentis in Deum.
Cultura Vineæ Mysticæ. Colon. 1687. 12mo.

D.

Reinholds von Derschau Christliche Wanderschafft des Christlichen Wanders-Mannes. Francof. 1675. & 1684. 8vo.
Desiderius Peregrinus, augmente par Jean de la motte.
la *Devotion* au sacre Cœur de N. S. Jesu Christ.
Daniel *Dyke* Nosce te ipsum, oder Selbst-Erkäntnüß. fr. 1683. 12mo.
Jeremiæ *Dyke* Gutes Gewissen. Bern. 1671. 8vo.
Ejusd. Betrachtung der wahren Busse. Fr. 1637. 12.
Dieterici inwendiger und auswendiger Christ.
Joh. Mich. Dillherrens Andachten über das Hohe-Lied. Jena 1640. 12mo.
Ejusd. Weg zur Seligkeit.
Joh. *Denini* Meditationes de morbo suo.
Joh. *Downame* Militia Christiana.
Idem: Von der Menschen natürlichen Gedancken. Cassel 1668. 12mo.
Ejusd. Probe Abrahams. Bern 1670. 8vo.
Drelincourts varia scripta, gallicè & germanicè.
Drexelii Scripta, gallicè & germanicè.

E.

Pauli *Egardi* Göttliche Heiligthum oder Leben JEsu Christi.

Ejusd. Posaune der Göttlichen Gnade und Lichts.

Ejusd. Erkändnüß GOttes und der Menschen.

Ej. wahres Christenthum oder Leben Davids / und andere geistreiche Schrifften zusammen edirt. Francf. 1679. 4to.

Elevation d' *Esprit* Montauban 1678. 12mo.

Emdeni Haupt-Grund des wahren lebendigen Christenthums. Northausen. 1644. 12mo.

Epiphane Lovys Conferencer mystiques

Ejusd Lettres Spirituelles.

Nicolai *Eschii* Exercitia Theologiæ mysticæ divina: prorsus Colon. 1676. 12mo.

Ejusd. Versio Latina Margaritæ Evangelicæ. Colon. 1545. 8vo.

Ejusd. Versio Lat. Exercitior. de Vita & passione Christi, Tauleri Lugd. 1556. 12mo.

Ejusd. versio italica, eorundem Venet. 1562. 12mo.

Joh. *d'Espagne* sonderbahre Schrifften. Berlin 1676. 8vo.

Joh. *Evangelistæ* Reich GOttes in der Seelen. Sultzbach 1665. 12mo. & Luneb. 1690. 12mo.

Ejusd. Scheidung der Seelen und des Geistes. ibid.

Ejusd. Ewiges Leben und Brod der Engel. Cöln. 12mo.

Joh. *Everhard.* Schatkamer des Evangeliums. Amst. 1688. 8vo.

Felix

F.

Felix ſimplex Theologus ſive Theologia Spiritualis fundamentalis. Olivæ 1687.

Franc. de Salignac *Fenelon* Placita Sanctorum explicita, & alia nota admodum ſcripta.

Vincentius *Ferrexius* de vita Spirituali Ferrer Arte de connoſcere Gieſù.

Julius *Flaccius* de Mortificatione.

les Fondements de la vie Spirituelle.

Fontana del divino amore.

Joh. *Foxens* Zeit und Ewigkeit/ Gedancken von der Zeit und Ende der Zeit. Hamb. 1661, 1675. 12mo.

A. H. *Frankeni* Scripta.

Ahaſveri *Fritſchii* materiæ notæ.

Liberti *Fromondi* explicatio Cantici Canticorum.

Ejusd. Anmerckung über Joh. Evangeliſtæ Scheidung der Seele und des Geiſtes.

G.

Antonii *Gagliardi* Inhalt der Chriſtlichen Vollkommenheit. Nürnb. 1634. 12mo.

Anton *Gaudier* Antidotum contra omnes animæ morbos.

Ejusd. JEſu Chriſti wahre Nachfolge. Münſter 1621. 12mo.

Gebeths-Schule anoymi Francof. 1691. 12mo.

Gedancken Hüter Francf. 1622. 12.

Geiſtl. Ehe Schultzbach 1691. 12mo.

De *Geestelike* Bruyloft.

Het *Geestelyke* Leven der Zielen.

Geistliche Schöpfung und Reise des wahren Israels.

Von den Sieben-Geistern oder Kräfften des einigen Geistes GOttes.

Victoris *Gelenii* Summa practica theologiæ Mysticæ.

Joh. *Gerhardi* Meditationes & exercitium Pietatis.

Henrici *Gerrits* Verborgenheit der Stad Gods.

Gerets neues Leben der neuen Creatur. Nürnb. 1691. 4to.

Gespräch eines Kindes mit seiner Mutter. Fr. 1690. 12mo.

Martin *Geiers* Liebes-Sprüche; Allgegenwart GOttes/ rc.

Thomæ *Godwins* Betrachtungen. Luneb. 1678. 8vo.

Joh. van *Gorcum* Geestelyke Bruyloft.

Gottschalcks Höll und Himmelfarth. Regensburg 1665. 8vo.

Gottselige Gedancken über etliche Sprüche heiliger Schrifft.

Groß-Gebauer von der Wiedergeburth.

Guthry Groß interesse eines auffrichtigen Christen. Cassel 1674. 12mo.

H.

Bened. Häfftens Creutz-Schule.

Haeftenii Regia via Crucis. Colon. 1687. 12mo.

Einsd.

Ejusd. Schola Cordis.

Joseph. *Hals* Betrüger des Menschlichen Hertzens. Braunschw.

Ejusd. Ausgelöschte feurige Pfeil des Böſewichts. Baſel 1679. 8vo.

- Vergebung der Himmels Begierigen.
- Erklärung des Hohen-Liedes.
- Contemplationes Sionis.

Et alia ejus nota perquam ſcripta.

Gerhardus ab *Hamont*, de vera Contemplatione.

Florentini ab *Hanswyck* Cornu copiæ.

Harnis Spiegel eines guten und böſen Gewiſſens. Bern. 1671. 8vo.

Mich. *Hartmanns* der Chriſten Vollkommenheit in der Vereinigung mit Chriſto Franc. 1685. 12mo.

Joh. *Hayward* Heiligdom der benawde Zielen. idem, germanicè

Ejusd. Trähnen Davids.

Caroli *Herſentii* Apparatus & Not. in Dionyſ. Pariſ. 1626.

Antonii van *Hement* Spiegel der Vollkommenheit. Cöln 1609. 12mo.

Bruder Henrichs von Nürnberg 24. güldene Harffen. 1453. fol.

Chriſtian *Hoburgs* Theologia Myſtica. Amſt. 1658. 1674. 12mo.

Ejusd. Poſtilla Myſtica. ibid.

Petri van *Hæke* Grund-Riß der Erkändnüß und Wahrheit im Geſetz und Evangelio. Franckf. 1696.

Hubertini de Caſalis Arbor vitæ Chriſti Jeſu.

Her-

Hermanni *Hugonis* pia desideria. Antwerp. 1632. 8vo. Gedani 1657. 12mo. Franc. 1657. 12mo.

Gvilielmi *Huigens* Christelyke Brievens.

I.

Joh. à Jesu Maria Calaguritani Liber de prudentia justorum.

Ejusd. Schola Orationis.

Ejusd. Ars amandi Deum.

- Theologiæ Mysticæ arcana (qui liber admodum à Francisco Sales, Sandæo & aliis commendatur.)

Nicolai à *Jesu Maria* Elucidationes in Theol. Myst. Joh. à Cruce. Colon. 1639. 4to.

Thomæ à *Jesu* Libri VI. de Contemplatione divina, Antw. 1620. 8vo.

Ejusd. Divinæ orationis sive à Deo infusæ, methodus, natura & gradus. ibid. 1623. 8vo. (hunc Authorem Bona & Sandæus laudant, quod pleraque quasi expertus scripserit.)

Jesus en de Ziel, ende Vonken de Liefde Jesu. Amst. 1692. 8vo.

Jesus Christus, conversant parmi les hommes. Paris. 12mo.

Ignatii Lojolæ Exercitia Spiritualia. Col. 1624. Antw. 8vo.

Germanice Geistliche Ubungen. Cöln 1687. 8vo.

Udephonsus à *Jesu Maria*, de periculis & remediis perfectionis & pacis religiosæ.

Ude-

Ildephonsi de Madrit ars serviendi Deo.

Instructiones de via perfectionis.

Introductio in Theologiam mysticam 12. germanicis tractatibus consistens. 4to.

l'Interieur Chretien. Paris. 24to.

Justinianus von Einsamen Leben / wie dasselbe nach der alten Einsiedler Leben recht anzustellen sey. Ulm. 1663. 8vo.

Ej. Einladungs-Trieb zum grossen Abendmahl.

K.

De *Kniphausen* Entretiens Solitaires d'une ame devote avec son Dieu.

Köpke Dialogus de Templo Salomonis. de 3. gradibus Christianismi. Lips. 1689. 12mo.

Krämer-Korb mit sieben Laden. Francof. 1622. 12mo.

L.

P. *Lamparter* de Præstantia Gratiæ cælestis, & felicitate ea donatorum. Cöln. 1660. 12mo.

P. de *Langle* Conduite Spirituelle.

Joh. Justi *Lansbergii* Enchiridion Militiæ Christianæ. Col. 24to.

Ej. Pharætra divini amoris cum Jesu Christi animam fidelem alloquio Col. 12mo.

Ejusd. Versio Latina insinuationum S. Gertrudis. (Hic author ob magnas animi dotes, à Voetio Ascet. p. 446. *Poiret.* præf. Th. du

du Cœur, *Bona* Not. Auct. p. 587. & aliis quàm maximè laudatur.)

Pauli *Latiniaci* Canones divini Amoris.

Fr. *Laurens de la Resurrection* Maximes Spirituelles, Lettres & la vie. Col. 1699. 12mo.

Eædem germanicè. Francof. 1700.

Lettres Spirituelles, recueilles, par Jean de *Lassor*. V. Vol.

Leonhardii *Lessii* Flamma divini Amoris. Leodii 1654. 12mo.

Ejusd. Scala Cæli. Colon. 1687. 12mo.

It. germanicè, Weg zum ewigen Leben. Cöln. 24.

Idem de summo bono. Colon. 24.

Item Liber de perfectionibus & moribus Dei.

Ludovici Granatensis Exercitia & Orationes. Col. 1687. 12mo.

Ejusd. Dux Peccatorum. ibid. 1608.

Ejusd. Conciones & alia.

Ludovicus Parisiensis. vid. *Laur.* Paris.

Epiphane *Louis*, Conferences mystiques.

Godefredii *Lussii* Homo Dei. Romæ 1668. 12mo.

Lusthoff des gemoets.

Joachim *Lütkemans* Harffe von 10. Seiten.

Ejusd. Vorschmack Göttlicher Güte.

M.

Malberg Schola affectuum. Colon. 1687. 12mo.

Franc. *Malaval* Pratique facil pour elever l'ame à la Contemplation. Paris. 1673. 8vo.

Idem. Hollandicè Lichte Practyke, om de Ziele

op

op te heffen, tot de Beschouwing. Roterd. 1668. 8vo.

Ejusd. de Oratione Quietis.

Ejusd. Poësies Spirituelles.

Marci à Cronland litturgia Mentis.

Evaldi *Marchii* Nucleus Mysticus, Legis & Justitiæ Evangelicæ, Col. 1662. 12.

P. *Marie* heilige Einigkeit.

Bartholomæi de *Martyribus* Compendium Doctrinæ Spiritualis.

Thomas *Massutius* de Cælesti Conversatione.

D. Caspar *Mauritii* Besseret Weg zur Reinigung / Erleuchtung / und Vereinigung / Hamb. 8vo.

Der geistliche Mayen. München. 8vo.

Jacobi *Merlo Horstii* Paradisus Animæ Christianæ. 12mo.

Ej. Monita Sapientiæ. Colon. 1687. 12mo.

Ej. Christianus Theodidactus. ib. 12mo.

Ej. Septem tubæ orbis Christiani. 4to.

La methode pour converser avec Dieu.

Pet. *Molinæi* Heraclite & Democrite, à Rouen.

Ej. Seelen-Friede und Gemüths-Vergnügung. Heidelb. 1684. 12mo. Leipzig 1666. 1691. 12mo.

Molina Carthusianus, de Oratione.

Mich. de *Molinos* Manuductio Spiritualis, it. germanicè, Geistlicher Wegweiser. Fr. 1699. 12mo.

Martini *Molleri* Andachten / Sprüche und Gedancken aus den Alt-Vätern. Füneb. 1654. 12mo.

Ejusd.

N.

Ejusd.

Ejusd. Quatuor novissima. ibid. 12mo.

Nicole Essais de Morale.

Nigronii Tractatus Asceticus. Col. 1680. 4to.

Aloysius *Novarinus* von verborgenen Wohlthaten GOttes. 1687. 12mo. (Hunc Bona admodum laudat. Not. Scr. p. 529.)

Nourriture de l' ame ou Meditations. Paris. 12mo.

Jaques *Novet* l' homme d' Oraison.

Het opregt Christen Hert, en de teekenen van eenen goeden geest.

O.

Olier Catechisme Spirituel. (admodum commendatur.)

Alph. de Orosco Certamen Bonum.

Ejusd. Mons Contemplationis.

Ejusd. Confessiones.

Joose van *Outrieven* Sterre Jacobs.

P.

La *Paix* de l' ame. Paris. 24to.

Sfortiæ *Palavicini* Ars Christianæ perfectionis.

Jean de *Palofax* oeuvres Spirituelles.

Blasii *Palmæ* Thesaurus indeficiens, sive Actus interni virtutum. Lublini 1646.

Ejusd. Inwendige Oeffningen en Boeck des Levens.

Henrici de *Palma* Theologia Mystica.

Hugo de *Palma*, de triplici via Mystica. Amst. 1647. 12mo.

Item germanicè, vom dreyfachen Weg der Seelen. 1696. 8vo.

Alvarez de *Paz*, vid. Alvarez.

Angelus de *Paz*, laudatur à Bona Not. Scr. A.

Joh. *Penon* weise Kauffmannschafft der Zeit. Braunschw. 1670. 12mo.

Perfection de la vie chret. vid. Abregé.

De *Peerle* der Goddelyken en Menschelyken Vertroostingen.

Desiderius *Pereginus*, vid. Schatz.

Wilhelm. *Perkinsii* Streit des Fleisches und des Geistes.

Ej. Wahre Erkändnüß & alia ejus scripta.

Petruccii von Uberwindung der unordentlichen Gemüths-Bewegungen / und Tugend-Handlungen. Leipzig 12mo.

Ej. Geistliche Sendschreiben. ib. 1700. 12mo.

Gantze Pflicht eines Menschen oder Ubung des Christenthums. Bern 1664. 8vo.

Irenæus *Philalethus*, vide Teeling.

P. de la *Place* Heiligkeit des Christen-Menschen. Franckf. 1637. 8vo.

Plikii Betrachtung der Liebe GOttes. Cassel 1667. 12mo.

Petri *Poiret* la Theologie du Coeur.
la Theologie de l' Amour.
la Theologie de la Croix.
l' œconomie divine.
de Eruditione, &c. vid. Partem III. Hist. Eccl.

Ludovici de *Ponte* Dux Spiritualis sive Meditationes, 4to.

Idem

Idem germanicè, Betrachtungen. 8vo.
Ej. De Perfect. hominis Christiani. 4to.
Ej. Compendium Meditationum & alia.

Joh. *Pordage* Theologia Mystica, oder von den ewigen Unsichtbahrkeiten / aus Göttlichen Schauen und Erkennen beschrieben. Amst. 1698. 8vo.

Ejusd. Sophia oder die ewige Jungfrau der Weißheit / oder wunderbahren geistlichen Entdeckungen und Offenbahrungen. ibid. 1699. 8vo. (Sunt materiæ, quibus similes aliæ vix unquam luci datæ sunt.)

Petri *Possini* Thesaurus Asceticus. Paris. 1684. 4to.

Stephani *Prætorii* Schrifften / vid. Hist. Eccl. Parte II. p. 478.

Pratiques de l'année Sainte par le P. Martial du Mons.

Pratique facit, &c. vid. Malaval.

K.

P. *Rapin*, Oeuvres diverses Abregè de la theologie Mystique.

Rathmanni Schrifften. vid. Partem III. Hist. Eccl.

Reflexiones sur la vie de Jesu Christ. Paris 12mo.

Adam Reußners Psalm-Buch / (cujus in margine addita explicatio admodum elegans est.) Francof. 1683. 12mo.

Joh. *Rho* Historia Virtutum.

Cardinalis *Richelieu* de Perfectione Christiana.

Lud. *Richeome* Lib. de Perfectione Christiana.

Barthol. *Riccii* l'Art de meditat.

Antonii *Riciardi* Commentaria Symbolica.

Alphonsi *Rodrigvez* la Perfection Chretienne. 3. vol. 12mo.

Ejusd. Geistliche Ubungen zur Vollkommenheit. Cöln. 4to.

Ej. Epitome aurea ib. 18.

Rojas varia.

Nic. *Rogeri* Incarnatio Mystica, sive Christi formitas.

Rooke Geestelike Steen Christus.

Christan Knorri à *Rosenroth* neuer Helicon, oder Geistliche Sitten-Lieder. Nürnb. 1684. 8vo.

Bernardinus *Rossignolius* de Perfectione Christiana. Libri V. Colon.

Hugonis *Roth* via Regia Perfectionis, Col. 8vo.

Francisci *Rous* Interiora Regni Dei,

i. e. Academia cælestis.

Grande Oraculum.

Mysticum Matrimonium 1674. 12mo.

Eadem germanicè.

Antonii de *Roxas* vita Spiritus.

Item germ. Leben des Geistes.

La *Ruine* de l'Amour propre par l'abnegation Interieur, vid. theol. du Cœur P. I. p. 78. seqq.

S.

Francisci de *Sales* Introduction à la vie devote, 8v.

- les Epitres Spirituelles Tom. II. Paris. 1676. 12mo.

les

- - les vrays Entretiens Spirituelles, à Annecy 1678.
- Missionarius Pastoralis.
- Libri XII. de Amore Dei, Lat. 1697. 8vo. It. germanicè - Col. in 4to.

Regulæ Salesianæ, ex Libris Francisci Salesii Excerptæ. Col. 12mo.

Barthol. *Salutii* Porta Salutis. Col. 12mo.
Ej. Lux animæ ad perfectionem anhelantis.
Ej. Paradisus contemplativorum & Schola divini amoris.
It. Seelen-Licht. Cöln 12mo.

Joh. de *Samson* l' Amour aspiratiff. (Laudatur admodum in II. Parte Theol. du Cœur.)

Maximil. *Sandæi* Theol. Mystica, sive Contemplatio divina vindicata. Mogunt. 1627. 4to.
Ej. Clavis Theol. Myst. ibid.
Ej. Asceterium amantium Christum. Col. 12m.
Ej. Stoa amantium Crucifixum. ibid. 12mo.
Ej. Pœdia Christiana. ibid. 12mo.
Ej. Purgatorium. 12mo.
Ej. Theologia Symbolica. Mog. 1626. 4to.

Jan de *Sangere* van de Liefde Gods, met verscheide andere geestelyke Tractatkens.

Nic. de *Sault* de Fiducia in Deum. It. Trost-Brunn aus dem lebhafften Vertrauen auff die Treue Hülffe GOttes.

Joh. Casp. *Schadens* Schrifften.

Begierer oder Schatz der GOtt-begierigen Seelen. 1555. 1598. 1619. Hamb. 1668. Cöln 1669. 1699. (Hic liber sæpius, sed admodum castratus impressus est, & nun-

quam fere, juxta originem hispanicam, cujus titulus est.

Desideroso Lat. Desiderius Peregrinus sive Thesaurus animæ christianæ. 12mo.

Scheffiels feste Burg eines guten Gewissens. 1675. 8vo. Baasel.

Thomæ *Scheppart* 3. Tractatus.

Arcta cæli Porta.

Brabæum Sanctorum.

Connubium animæ. Hamb. 1677. 12mo.

William *Schewen* eines Christen Glauben und Erfahrenheit. Hamb. 1678. 12mo.

Christoph. *Schoren* Theol. Ascetica.

David à Schweinitz Psalmi.

Ej. 100. Todes-Gedancken. Leipz. 1669.

Ej. Kleine Bibel / Leipz. 1693.

Car. *Scribanii* Amor divinus. Mogunt. 1616. 12mo.

Christ. *Scrivers* Seelen-Schatz & reliqua.

Henr. *Scudder* tägliche Walfarth eines wahren Christen. Franckf. 1671. 8vo.

Laurentii *Scupuli* Pugna Spiritualis. Paris. 1664. 12mo.

Segnori Christianus Instructus.

Seelen-Schatz Paul Jenischens. Franckf. 1613.

Seraphinus Firmanus de Oratione interna.

- de vera Conversione.
- de Discretione.
- de sui ipsius cognitione & victoria.
- Speculum internum, &c. Col. 1615. 12mo.

Pauli *Scherlog*, Comment. in Canticum.

Richard

Richard *Sibs* der Seelen Selbst-Streit und Uberwindung. Cassel 1676. 8vo.

Bartholomæi *Sibillæ* Speculum peregrinarum quæstionum.

Solitude Interieure. Paris. 1685. 12mo.

Emanuel *Sonthoms* Güldenes Kleinod der Kinder GOttes. Lüneb. 1630. 1660. 12mo.

Frid. *Spee* Güldenes Tugend-Buch vom Glauben / Hoffnung und Liebe. Cöln 1660. 12mo.

Ejusd. Geistlicher Poëtischer Lust-Garten. ibid. 12mo.

Phil. Jac. *Speneri* Scripta.

Statii Geistliche Schatz-Kammer. Jena 1645. 12mo.

Joh. à *Ssaupitz* von der Liebe GOttes / und vom Christlichen Glauben / Sæpius cum Thomæ Kempisii libro de imitando Christo, impressus.

Didaci *Stellæ* Contemtus vanitatum Mundi. Col. 1603. 12mo. 1638. 8vo.

Ej. Meditationes de Amore Dei. Col. 12mo.

Joh. Melch. *Stengers* Grosses Geheimnüß innerer Versiegelung / durch den Geist der Kindschafft. Berlin 1674. 12mo.

Joh. *Steuberi* wahres Christenthum Marpurg 1611. 8vo.

Petri *Streithagens* Homo novus, Heidelb. 1670. 12mo.

Franc. *Suarez* de Oratione.

Antonii *Sucquet* Opus viæ vitæ æternæ.

Summula Perfectionis Christianæ, latinè reddita per Godofredum *Sandvortium*.
P. *Surin* Fondements de la vie Spirituelle.
Ejusd. Catechisme Spirituelle.

T.

P. *Tauquii* Fontes Salvatoris. Col. 12mo.
Jeremiæ *Taylor* Richtschnur des heiligen Wandels. Franckf. 1678. 12mo.
Ejusd. Schläffriger Christ. 1683. 12mo.
Thomæ *Taylor* Kennzeichen eines wahren Christen. Helmstadt 1682. 12mo.
Wilhelm *Teelink* (alias Jeremias Philaletus) Columna nubis & ignis.
Abregé de la theologie mystique, vide Rapin.
Theologie du Cœur, vid. Poiret.
Dan. *Tossani* Traité de l' Exercice de l' ame fidele.
Traité de la devotion. Part. III. 1675. 8vo.
Trivium cæleste, sive Tractatus IV. Spirituales, de triplici via ad perfectionem. Colon. 1621. 12mo.

U. V.

Udemmannus Schauplatz/ wie ein Mensch den Himmel erlange. 8vo.
Ej. Ubung der Haupt-Tugenden. Basel 1684. 8vo.
La *vie* interieure, ou dialogus, entre Jesus Christ & l' ame devote, ou les secrets, les plus cachez, de la vie Spirituelle, sont mis au jour.
Theo-

Theodori *Undereycks* Christi Braut unter den Töchtern zu Laodicäe. Hanau 1670. 8vo.

Ejusd. Wegweiser der Einfältigen / zu dem ersten Buchstaben des Christenthums. 12.

Ejusd. Närrischer Atheist. Bremen. 1689.

Ejusd. Hallelujah oder GOtt in den Kindern verkläret / Bremen 1678. 4to.

le *vray* & Taux devot, anonymi. Paris.

Artuhuri *Warwick* Paar Minuten. Jena 1677. 12mo.

Wahleleys Gewinnung der Zeit.

Ejusd. Neue Geburth.


Thomæ *Wathon* Eiffriges Christenthum. Fr. 1678. 12 Berlin 1692. 8vo.

Robert *Witenson* Pilgrams-Strasse der Heiligen nach dem Lande Canaan. Hamb. 1628. 12.

Z.

Mich. *Zachtmooter* Bruydegams Beddeken.

P. van *Zorgen* Stichtelike Meditatie over Got en syn Werken. 1677. 12mo.



CAPUT XXV.

Scripta quædam illuminatarum Fæminarum ex postremis his duobus seculis.

ANonymæ Summa Perfectionis Christianæ.
Angelæ de Foligno Vita e Conversione maravigliosa Venet. 1680. 12mo.
Anneken Hoogwants Scripta.
Antoinette Bourignon, vide Part. III. *Hist. Eccl.*
Annæ Sophiæ *Comitissæ* Palatinæ, treuer Seelen-Freund. Leipzig 1675.
Mariæ Julianæ Bauerin Lebens-Lauff. Francof. 1688. Dreßden 1691. 12mo.
Battistæ di Genova Opere Spirituali Tom. III. Venet. 1584.
Tom. I. De l' unione dell' anima con Dio, della cognition di Dio, delli gaudii celesti & del modo di ottener gli gaudii.
Tom. II. Dell' Oratione, Cantici 12. Spirituali, delli gaudii Spirituali, del Pacio divino, della mirabile vita de morti al mondo, & della perpetua union con Dio.
Tom. III. Di varie Contemplationi, della vita Spirituali &c.
Jenne de Cambray ou Jenne Marie de la presentation Oevres Spirituelles. Tournay. 1653. 4to.
Scil. Exercice pour pouvoir acquerir l'amour de Dieu.

De

De la Ruine de l'amour propre.
Le Flambeau myſtique.
La Reformé du Mariage.
L'Excellence de la Solitude.
Lamentation de l'ame captive.

Catharine de Bouligne vita, Latinè.

S. Catharine de Genes Vie & œvres ou la Theologie de l'Amour.

S. Catharine de Siene, ſa vie, Lettre & Dialogi.

Eliſabethæ de Schönau Revelationes.

Erbaulicher Todt einer Jungfer. Franckf. 1690. 16mo.

Evangeliſche Perl.

Gerdrud More, the Confesſions of the loving Soul, S. Confesſiones amantis animæ.

Eædem germanicè. 1700. 12mo.

Catharine Reginæ, Baroniſſæ de Greifenberg, Uranie ſive geiſtliche Sonette und Gedichte. 1662. 12mo.

Ejusd. Paßions-Betrachtungen. Neuſtadt 1653. 8vo.

Madame Goyon moyen court & facile de faire oraiſon.

Ejusd. Cantique de Cantiques.

Inſtitutiones Spirituales, cujusdam ancillæ Dei.

Johannæ à Jeſu Maria Leben/ oder neues Wunder der Gnaden. Cöln 1687. 4to.

Julienne Revelations.

Jane Leade.

Himmliſche Wolcke. Amſterd. 1694. 8vo.
Offenbahrung der Offenbahrungen. 95. ibid. 8vo.

Heno-

Henochianischer Wandel mit GOtt. ibid. 1696. 8vo.
Gesetze des Paradieses. ibid. 96. 8vo.
Wunder der Schöpffung in 8. Welten. ib.
Bothschafft an die Philadelphische Societät. ibid.
Baum des Glaubens. ibid.
Arche des Glaubens. ibid.
Garten-Brunn oder Diarium. I. Theil 1697. ib. II. Th. 97. ib. 8.
Offenbahrung einer Bothschafft des ewigen Evangelii. Amst. 98. 8vo.
Auffgang zum Berge der Beschauung. als: Von der ersten Aufferstehung.
Zustand der abgeschiedenen Seelen/ rc. ib. 1699. 8vo. (Sunt certè Materiæ, quarum similes lucem nunquam vidêre.)
Mayken Hendricks Brieven.
Marie Rossel Lettre Circulaire sur sa mort.
Saræ Wight de nytnemende Ryhdom der Gnade Goddes.
Christinæ von Stammeln / wunderbahrliches Leben / samt Unterweisungen. 12mo.
Johannæ Eleonoræ à Mörlau Scripta.
Thereſæ à Jesu vita & Scripta.
La Valiere Reflexions sur la misericorde de Dieu.



CAP.

CAPUT XXVI.

Vitæ quædam Spirituales notatu dignæ.


Vitæ Patrum, it. germanicè. Hallæ 1700.
La vie de Monſieur l'Anglois.
Vita & elogium Joh. Bonæ Operibus præſixa.
Vita Franciſci Borgiæ per Andream Schottum Antw. 8vo.
Vita Caroli Borromæi Col. 12mo.
La vie de Mr. Bourdoiſe.
Vita Petri Cauſii Col. 12mo.
La vie de S. Jean Capiſtran. & de S. Baſchal Baylon.
Vita Bernardi Colnagni.
Vita P. Conſalvi per Nicolaum Godignum.
La vie du Jean Chriſoſtome, Religieux penitent.
La vie du Mons Fouve.
La vie de Mr. Galteman.
Vita Aloyſii Gonzagæ.
Vita Ludovici Granatenſis. Col. 12mo.
Vita Gonzali Sylveiræ. 16. 12mo.
Vita Stanislai Kotſckæ. Col. 12mo.
La vie du Fr. Laurens. de la Reſurrection.
Vita Ignatii Lojolæ.
La vie du Gregoire Lopez.
La vie de Monſ. Noblez. Paris 1666.
La vie de Monſ. Olier.

La vie de Vincent Paul.
La vie de Mons Pardou.
La vie du P. Parnard.
Vie du Pere du Pont.
La vie de Monſ. de Querielet.
La vie de Monſ. Rousſier.
La vie de Monſ. de Renty.
La vie du Frere Solano.
La vie du Pere Yvan.

Vitæ quædam illuminatarum fœminarum.

AGnetis à Jeſu Leben. Colon. 1687. 12mo.
La vie de la Sœur Margverite Marie Alacoque.
La vie de la Madamoiſelle Marie Bon de l'incarnation.
La vie de la Mere de Chantal.
La vie de Madame Jenne de Cambray.
Vita Claræ de Monte Falco per Bapt. Pergilium.
Vie de la M. Marie Eliſabeth de la Croix, de Jeſu, ou le triomphe de la Croix.
Johannæ de la Cruz vita & opera.
Johannæ à Jeſu Mariæ Vita.
Vita Sororis Margarethæ de Cruce.
La vie de Mad. Mariè d'Eſcobar.
Vie de la M. Francoiſe Fournier, Religieuſe, Urſuline d'Angers.

Vie



Index in Hiſtoriam Myſticam quoad Capita.

ologiæ Mysticæ opponuntur, simul & de defectibus Mysticorum quorundam.

CAP. IX.

Historia de origine & progressu Mysticæ theologiæ, usque ad tempora Novi testamenti.

CAP X.

De Mystica theologia Dionysii Areopagitæ.

CAP. XI.

De ulteriori progressu Mysticæ theologiæ, seculis sequentibus, usque ad annum 1500.

CAP. XII.

De Statu theologiæ Mysticæ, ab Anno 1500. usque ad annum 1700.

CAP. XIII.

De Mysticis & Ascetis trium priorum post Christum seculorum Scriptoribus, inprimis de Clemente Alex. Origene Zenone Veronensi & Methodio.

CAP. XIV.

De Mysticis Authoribus & Ascetis Seculi Quarti.

CAP. XV.

De Ascetis & Mysticis Seculi Quinti.

CAP. XVI.

De Ascetis & Mysticis Seculi Sexti.

Index,

Index, quoad Numeros.

CAP. I.

De vera Theologia primorum Christianorum, generatim Spectata.

§. I.

CAP. II.

De Mystica Theologia speciatim spectata, & primò de Nomine Discrimine & Substantia ejus.

§. I.

11. Cau-

11. Causæ & rationes hujus differentiæ.
12. Explanationes harum.
13. Comparatio sive Conciliatio tentata.
14. 15. Falsi Conceptus de theologia Mysticâ.
16. Vera ejus delineatio, qua depingitur,
17. ceu sapientia Dei, & viva quædam praxis; item,
18. ceu amor in Deum,
19. & aliæ res inenarrabiles,
20. quæ ultra hominum judicia.

CAP. III.

De origine Mysticæ Theologiæ.

§. 1.

FOns & origo Theologiæ Mysticæ traditur Deus.
2. Cujus Spiritu illa acquiritur.
3. Gratuitò.
4. Per arcanam sui Communicationem
5. Secundum Sacras literas.
6. Ex quibus phrases mysticæ petitæ.
7. Ipsis Protestantibus fatentibus & clarè testantibus.
8. Mystici Libri in sacro Codice.
9. Num mystica theologia à Platone petita?
10. Origo hujus opinionis &
11. Decisio.
12. Confessio Mysticorum hâc de re.
13. Qui à Deo Principium & finem suæ theologiæ petunt.

CAP. IV.

De Personis Theologiæ Mysticæ capacibus.

§ I.

28. Num

28. Num Mystica Theologia sit revelanda?
29. 30. Dubium hâc de re, & exemplum Christi.
31. Occultatio mysteriorum necessaria.
32. 33. Probatur.
34. 35. Monita Antistitum hac de materia:
36. Increpatio Cosmosophorum in Mysticos, ac si suam sapientiam ab ethnicis didicissent.
37. Num mysteria divina hoc adhuc tempore lateant?

CAP. V.

De argumentis, sive Materiis & objectis Mysticæ theologiæ, & de modo eam proponendi.

§. 1.

OBjecta, circa quæ Theologia Mystica versatur sunt Mysteria, &
2. præprimis Deus, ac
3. Ejus Operationes, tam supernaturales, quam naturales.
4. Discrepantia Contemplationis Mysticæ & vulgaris.
5. De vocabulis, *Supernaturalis, Superessentialis, superbonus &c.*
6. 7. Mystica theologia tractat, (1.) Spirituales & internas Materias, in secreto Cordis abysso.
8. (2.) Sublimes & divinas res, simplicitate tamen conjunctas,

CAPUT VI.

De Specialibus Mysticæ theologiæ partibus, ejus serie, & de tribus viis mysticis.

§. I.

4. Ordo

4. Ordo triplicis viæ Mysticæ,
5. 6. à Protestantibus probatus,
7. ex Sacra Scriptura, etiam
8. à Patribus Ecclesiæ ut &
9. aliis Mysticis.
10. Generalis triplicis hujus viæ Delineatio.
11. De via purgativa, & ejus necessitate,
12. Ejus Partes sive gradûs,
13. Materiæ sive objecta, & finis aut scopus.
14. Definitio.
15. De secundæ viæ, illuminationis nempè necessitate, mediis & processu,
16. Progressu.
17. Materiâ & conditione, sive qualitate atque incremento.
18. Ratione & modo.
19. Ejus definitio.
20. De viæ tertiæ, unionis nempè necessitate.
21. Ejus definitio.
22. Modus & Media.
23. 24. Gradus & actus sive operationes.

CAP. VII.

De effectu & fructu Mysticæ Theologiæ.

§. I.

PRimarius Theologiæ Mysticæ scopus est,
2. Communio cum Deo & amor erga eum, tum &
3. Secreta cum ipso conversatio,

 4. in-

CAPUT IIX.

De objectionibus & Præjudiciis, quæ vulgò theologiæ huic Mysticæ opponuntur, simul & de defectibus Mysticorum quorundam

§. 1.

3. Ple-

3. Plerisque hominum.
4. (1) Objectio de Erroribus theologiæ mysticæ.
5. Responsio ad primam objectionem primò, secundò &
6. 7. tertiò.
8. (2) Objectio, de Enthusiasmo.
9. Responsio ad secundam objectionem & testimonia, tàm Protestantium Reformatorum,
10. quam Lutheranorum.
11. (3) Objectio de Obscuritate;
12. 13. Explicatio ulterior à pontificiis, Reformatis & Lutheranis.
15. (4) Objectio, de inopia demonstrationum, & Responsio, prima.
16. Secunda & tertia.
17. (5) Objectio, de Discordia inter Mysticos; Responsio;
18. Diversa docendi methodus, &
19. Viæ gradûs.
20. Concordia Mysticorum.
21. (6) Objectio de Philosophia Platonica.
22. Responsio petita 1.) à vera Mysticæ Theologiæ origine, 2.) ex sententia Mysticorum de Philosophia, ut potè Dionysii,
23. & aliorum, de Platone, item
24. Susonis, Tauleri & Johannis Bonæ.
25. Quatenus, &
26. Quem in finem Patres dogmata Platonica proponunt & adhibent, nempè ad convincendum alios,
27. Secundum Pauli exemplum;
28. Platonica Patrum Dogmata.

29. (7)

CAPUT IX.

Historia de Principio, sive Origine & Progressu hujus Theologiæ usque ad Tempora Novi Testamenti.

§. I.

§. 1.

ORigo Theologiæ Mysticæ.
2. Primum ejus initium in Adamo, ante & post lapsum.
3. Ejus Progressus in Patriarchis,
4. Probatio hujus argumenti ex sacro codice.
5. Ulterius incrementum, per tradita Biblia, præprimis.
6. In Novo fœdere.
7. Ex scriptis Apostolicis.
8. Num & gentilibus nota fuerit?
9. Objectio contra originem theologiæ Mysticæ.
10. Falsa de ea narratio.
11. Verus ejus Progressus, sub Christo & Apostolis, ac
12. Apostolicis viris. Porro de Subjectis Theologiæ Mysticæ, nempe de Christo in nobis,
13. De Sublimi Scientia, sive cognitione, & antecedente purgatione,
14. De unione & Deificatione,
16. 17. De Progressu theologiæ Mysticæ, Seculo II. item Testimonia quædam de Purgatione.
18. De illuminatione, &
19. 20. Unione.

CAPUT X.

De Mystica Theologia Dionysii Areopagitæ.

§. 2.

CUr Dionysius in primum post Christum Seculum non relatus sit.

4 Quan-

29. (7) De citatione Verborum Ignatii, (8) De interdictione communicationis horum scriptorum.

30. (9) De Pœdobaptismo.

CAPUT XI.

De ulteriori progressu, Mysticæ Theologiæ seculis sequentibus, usq; ad annum MD.

§. 1.

NUm & quomodo Theologia Mystica etiam Seculis tribus sequentibus succreverit?

2. Inprimis Seculo tertio, per Clementem, (num fuerit Mysticus?)

3. Origenem, Zenonem.

4. Status Theologiæ Mysticæ, Seculo IV. Per Eremitas, Antonium, Didymum, Ephræmum.

5. Macarium, Oresiesin, Jesaiam, Evagrium, Basilium, Gregorium,

6. Marcum Eremitam.

7. Seculo Vto. per Chrysostomum, Cassianum.

8. Anastasium, Leontium, Nilum, Diadodochum, Valerianum &c.

9. 10. Seculo VIto. per Gregorium M. Climacum, Dorotheum, Maximum &c.

11. Intervalla sive Periodi Theol. Mysticæ, Periodus prima, secunda,

12. tertia, quarta.

13. Ul-

CAP. II.

De Mystica Theologia speciatim spectata, & primò de Nomine Discrimine & Substantia ejus.

§. I.

11. Cau-

11. Causæ & rationes hujus differentiæ.
12. Explanationes harum.
13. Comparatio sive Conciliatio tentata.
14. 15. Falsi Conceptus de theologia Mysticâ.
16. Vera ejus delineatio, quâ depingitur,
17. ceu sapientia Dei, & viva quædam praxis; item,
18. ceu amor in Deum,
19. & aliæ res inenarrabiles,
20. quæ ultra hominum judicia.

CAP. III.

De origine Mysticæ Theologiæ.

§. 1.

FOns & origo Theologiæ Mysticæ traditur Deus.
2. Cujus Spiritu illa acquiritur.
3. Gratuitò.
4. Per arcanam sui Communicationem
5. Secundum Sacras literas.
6. Ex quibus phrases mysticæ petitæ.
7. Ipsis Protestantibus fatentibus & clarè testantibus.
8. Mystici Libri in sacro Codice.
9. Num mystica theologia à Platone petita?
10. Origo hujus opinionis &
11. Decisio.
12. Confessio Mysticorum hâc de re.
13. Qui à Deo Principium & finem suæ theologiæ petunt.

CAP. IV.

De Personis Theologiæ Mysticæ capacibus.

§ I.

Num omne hominum genus, hujus doctrinæ capax sit, aut solummodo
2. totus Christianorum cœtus?
3. Theodidactus sive Theologus debet esse (1) purus corde, & quidem
4. In sublimi gradu,
5. 6. juxta omnia omninò possibilia media.
7. 8. (2) Sine fine orans.
9. (3) Quieti & Deo resignati Spiritus.
10. 11. 12. (4) Etiam circa externa minimè distractus, laboribus tamen incumbens
13. Minimè verò nasutulus, κοσμοδίδακτος, aut mundosophus, sed
14. simplex & obediens.
15. 16. (5) Humilis & submissus.
17. 18. Non inflatus ostentator.
19. (6) Expertus & probatus.
20. 21. Non nudus speculator Scrupulosus.
22. (Experientia, quid sit.)
23. (7) Adultus & fortis christianus.
24. Non inconversus aut neophytus.
25. Sed virilis secundum gradûs Christianismi.
26. Conditionatim tamen:
27. Hinc Sapientia omnibus quidem exponitur, à paucis tamen invenitur.

28. Num

28. Num Myſtica Theologia ſit revelanda?
29. 30. Dubium hâc de re, & exemplum Chriſti.
31. Occultatio myſteriorum neceſſaria,
32. 33. Probatur.
34. 35. Monita Antiſtitum hac de materia:
36. Increpatio Coſmoſophorum in Myſticos, ac ſi ſuam ſapientiam ab ethnicis didiciſſent.
37. Num myſteria divina hoc adhuc tempore lateant?

CAP. V.

De argumentis, ſive Materiis & objectis Myſticæ theologiæ, & de modo eam proponendi.

§. I.

OBjecta, circa quæ Theologia Myſtica verſatur ſunt Myſteria, &
2. præprimis Deus, ac
3. Ejus Operationes, tam ſupernaturales, quam naturales.
4. Diſcrepantia Contemplationis Myſticæ & vulgaris.
5. De vocabulis, *Supernaturalis, Supereſſentialis, ſuperbonus &c.*
6. 7. Myſtica theologia tractat, (1.) Spirituales & internas Materias, in ſecreto Cordis abyſſo.
8. (2.) Sublimes & divinas res, ſimplicitate tamen conjunctas,

CAPUT VI.

De Specialibus Mysticæ theologiæ partibus, ejus serie, & de tribus viis mysticis.

§. I.

4. Ordo

4. Ordo triplicis viæ Myſticæ,
5. 6. à Proteſtantibus probatus,
7. ex Sacra Scriptura, etiam
8. à Patribus Eccleſiæ ut &
9. aliis Myſticis.
10. Generalis triplicis hujus viæ Delineatio.
11. De via purgativa, & ejus neceſſitate,
12. Ejus Partes ſive gradûs,
13. Materiæ ſive objecta, & finis aut ſcopus.
14. Definitio.
15. De ſecundæ viæ, illuminationis nempè neceſſitate, mediis & proceſſu,
16. Progreſſu.
17. Materiâ & conditione, ſive qualitate atque incremento.
18. Ratione & modo.
19. Ejus definitio.
20. De viæ tertiæ, unionis nempè neceſſitate.
21. Ejus definitio.
22. Modus & Media.
23. 24. Gradus & actus ſive operationes.

CAP. VII.

De effectu & fructu Myſticæ Theologiæ.

§. I.

PRimarius Theologiæ Myſticæ ſcopus eſt,
2. Communio cum Deo & amor erga eum, tum &
3. Secreta cum ipſo converſatio,

 4. in-

CAPUT IIX.

De objectionibus & Præjudiciis, quæ vulgò theologiæ huic Myſticæ opponuntur, ſimul & de defectibus Myſticorum quorundam

§. 1.

3. Ple-

3. Plerisque hominum.
4. (1) Objectio de Erroribus theologiæ mysticæ.
5. Responsio ad primam objectionem primò, secundò &
6. 7. tertiò.
8. (2) Objectio, de Enthusiasmo.
9. Responsio ad secundam objectionem & testimonia, tàm Protestantium Reformatorum,
10. quam Lutheranorum.
11. (3) Objectio de Obscuritate;
12. 13. Explicatio ulterior à pontificiis, Reformatis & Lutheranis.
15. (4) Objectio, de inopia demonstrationum, & Responsio, prima.
16. Secunda & tertia.
17. (5) Objectio, de Discordia inter Mysticos; Responsio;
18. Diversa docendi methodus, &
19. Viæ gradûs.
20. Concordia Mysticorum.
21. (6) Objectio de Philosophia Platonica.
22. Responsio petita 1.) à vera Mysticæ Theologiæ origine, 2.) ex sententia Mysticorum de Philosophia, ut potè Dionysii,
23. & aliorum, de Platone, item
24. Susonis, Tauleri & Johannis Bona.
25. Quatenus, &
26. Quem in finem Patres dogmata Platonica proponunt & adhibent, nempè ad convincendum alios,
27. Secundum Pauli exemplum;
28. Platonica Patrum Dogmata.

29. (7)

CAPUT IX.

Historia de Principio, sive Origine & Progressu hujus Theologiæ usque ad Tempora Novi Testamenti.

§. 1.

§. 1.

ORigo Theologiæ Mysticæ.

2. Primum ejus initium in Adamo, ante & post lapsum.

3. Ejus Progressus in Patriarchis,

4. Probatio hujus argumenti ex sacro codice.

5. Ulterius incrementum, per tradita Biblia, præprimis.

6. In Novo fœdere.

7. Ex scriptis Apostolicis.

8. Num & gentilibus nota fuerit?

9. Objectio contra originem theologiæ Mysticæ.

10. Falsa de ea narratio.

11. Verus ejus Progressus, sub Christo & Apostolis, ac

12. Apostolicis viris. Porro de Subjectis Theologiæ Mysticæ, nempe de Christo in nobis,

13. De Sublimi Scientia, sive cognitione, & antecedente purgatione,

14. De unione & Deificatione,

16. 17. De Progressu theologiæ Mysticæ, Seculo II. item Testimonia quædam de Purgatione.

18. De illuminatione, &

19. 20. Unione.

CAPUT X.

De Mystica Theologia Dionysii Areopagitæ.

§. 2.

CUr Dionysius in primum post Christum Seculum non relatus sit.

4 Quan-

29. (7) De citatione Verborum Ignatii, (8) De interdictione communicationis horum scriptorum.
30. (9) De Pœdobaptiſmo.

CAPUT XI.

De ulteriori progreſſu, Myſticæ Theologiæ ſeculis ſequentibus, usq; ad annum MD.

§. 1.

NUm & quomodo Theologia Myſtica etiam Seculis tribus ſequentibus ſuccreverit?
2. Inprimis Seculo tertio, per Clementem, (num fuerit Myſticus?)
3. Origenem, Zenonem.
4. Status Theologiæ Myſticæ, Seculo IV. Per Eremitas, Antonium, Didymum, Ephræmum.
5. Macarium, Oreſieſin, Jeſaiam, Evagrium, Baſilium, Gregorium,
6. Marcum Eremitam.
7. Seculo Vto. per Chryſoſtomum, Caſſianum.
8. Anaſtaſium, Leontium, Nilum, Diadodochum, Valerianum &c.
9. 10. Seculo VIto. per Gregorium M. Climacum, Dorotheum, Maximum &c.
11. Intervalla ſive Periodi Theol. Myſticæ, Periodus prima, ſecunda,
12. tertia, quarta.

13. Ul-

13. Ulterior ejus propagatio, (& causæ hujus propagationis)
14. Una cum theologia Scholastica.
15. Num Theologia Mystica tum temporis in artis formam redacta sit, aut alias unquam fuerit?
16. Propagatio per Europam & Orientem, inprimis.
17. Operâ Hugonis & Richardi de S. Victore
18. Porro, Seculo XIII. per Pachymerem, Thomam, Albertum M. Bonaventuram.
19. Seculo XIV. Per Cyparissiotam, Susonem, Taulerum.
20. Gerhardum M. Rusbrochium, Seculo XV. per Gersonem.
21. Duplex Mysticorum ejus temporis genus, nempè eruditorum & ineruditorum.
22. Applausus Protestantium.

CAPUT XII.


De Statu Theologiæ Mysticæ ab Anno 1500. usque ad annum 1700.

§. 1.

Ulterior Mysticæ theologiæ propalatio, Seculo XVI. per editiones Dionysii & aliorum Mysticorum,
2. Periodus Th. Mysticæ quinta, inter catholicos; Commendatio per Lutherum.
3. & alios; Consensus Sectarum.

4. My-

4. Myſtici inter Catholicos; Eſchius, Bloſius, Staupitius, Margarita Evangelica, Frater Nicolaus, Thereſa, Joh. à Cruce.
5. Magnus inter eos th. M. progreſſus.
6. Et ulterior ejus emendatio, Seculo XVI. &
7. Decimo ſeptimo.
8, 9. Inter Lutheranos, per Lutherum, Teſtimonia & cauſæ hujus rei.
10. Th. Myſtica obfuſcatur Diſputationibus;
11. Reſtauratur per alios, &
12. Defenditur: alii adhuc Myſticæ Theol. Cultores.
13. Etiam annis ultimis.
14. Inter Reformatos, ab initio Reformationis.
15. Contradictio quorundam eorum, & ratio Contradictionis.
16. Approbatio aliorum, Sententia Voetii.
17. Tentatio ejus ob datam ſententiam, & explicatio.
18. Uſſeri teſtimonium.
19. Item aliorum, tam Anglorum, quam Belgarum & germanorum, inprimis Franciſci Rous.
20. Petri Poireti Opera & Confeſſio, de theol. Myſtica.
21. Cultores Myſt. theologiæ, inter ſectas reliquas, nempe Weigelius, Schwenkfeld, H. Nicolai, Hiel.
22. Quakeri, Hoheburg. &c.
23. Annotationes quædam.
24. Reprobatio Myſticæ theologiæ inter Catholicos.



Index

Index Alphabeticus rerum & Nominum præcipuorum.

(Numerus prior & major, notat caput, minor autem idemque posterior, numerum aut paragraphum.)

A.

B.

C.

D.

E.

G.

H.

I.

K.

CAPUT IIX.

De objectionibus & Præjudiciis, quæ vulgò theologiæ huic Mysticæ opponuntur, simul & de defectibus Mysticorum quorundam

§. I.

3. Ple-

3. Plerisque hominum.
4. (1) Objectio de Erroribus theologiæ mysticæ.
5. Responsio ad primam objectionem primò, secundò &
6. 7. tertiò.
8. (2) Objectio, de Enthusiasmo.
9. Responsio ad secundam objectionem & testimonia, tàm Protestantium Reformatorum,
10. quam Lutheranorum.
11. (3) Objectio de Obscuritate;
12. 13. Explicatio ulterior à pontificiis, Reformatis & Lutheranis.
15. (4) Objectio, de inopia demonstrationum, & Responsio, prima.
16. Secunda & tertia.
17. (5) Objectio, de Discordia inter Mysticos; Responsio;
18. Diversa docendi methodus, &
19. Viæ gradûs.
20. Concordia Mysticorum.
21. (6) Objectio de Philosophia Platonica.
22. Responsio petita 1.) à vera Mysticæ Theologiæ origine, 2.) ex sententia Mysticorum de Philosophia, ut potè Dionysii,
23. & aliorum, de Platone, item
24. Susonis, Tauleri & Johannis Bona.
25. Quatenus, &
26. Quem in finem Patres dogmata Platonica proponunt & adhibent, nempè ad convincendum alios,
27. Secundum Pauli exemplum;
28. Platonica Patrum Dogmata.

CAPUT IX.

Historia de Principio, sive Origine & Progressu hujus Theologiæ usque ad Tempora Novi Testamenti.

§. I.

§. 1.

ORigo Theologiæ Myſticæ.

2. Primum ejus initium in Adamo, ante & poſt lapſum.

3. Ejus Progreſſus in Patriarchis,

4. Probatio hujus argumenti ex ſacro codice.

5. Ulterius incrementum, per tradita Biblia, præprimis.

6. In Novo fœdere.

7. Ex ſcriptis Apoſtolicis.

8. Num & gentilibus nota fuerit?

9. Objectio contra originem theologiæ Myſticæ.

10. Falſa de ea narratio.

11. Verus ejus Progreſſus, ſub Chriſto & Apoſtolis, ac

12. Apoſtolicis viris. Porro de Subjectis Theologiæ Myſticæ, nempe de Chriſto in nobis,

13. De Sublimi Scientia, ſive cognitione, & antecedente purgatione,

14. De unione & Deificatione,

16. 17. De Progreſſu theologiæ Myſticæ, Seculo II. item Teſtimonia quædam de Purgatione.

18. De illuminatione, &

19. 20. Unione.

CAPUT X.

De Myſtica Theologia Dionyſii Areopagitæ.

§. 2.

CUr Dionyſius in primum poſt Chriſtum Seculum non relatus ſit.

4 Quan-

29. (7) De citatione Verborum Ignatii, (8) De interdictione communicationis horum scriptorum.

30. (9) De Pœdobaptiſmo.

CAPUT XI.

De ulteriori progreſſu, Myſticæ Theologiæ ſeculis ſequentibus, usq; ad annum MD.

§. 1.

Num & quomodo Theologia Myſtica etiam Seculis tribus ſequentibus ſuccreverit?

2. Inprimis Seculo tertio, per Clementem, (num fuerit Myſticus?)

3. Origenem, Zenonem.

4. Status Theologiæ Myſticæ, Seculo IV. Per Eremitas, Antonium, Didymum, Ephræmum.

5. Macarium, Oreſieſin, Jeſaiam, Evagrium, Baſilium, Gregorium,

6. Marcum Eremitam.

7. Seculo Vto. per Chryſoſtomum, Caſſianum.

8. Anaſtaſium, Leontium, Nilum, Diadodochum, Valerianum &c.

9. 10. Seculo VIto. per Gregorium M. Climacum, Dorotheum, Maximum &c.

11. Intervalla ſive Periodi Theol. Myſticæ, Periodus prima, ſecunda,

12. tertia, quarta.

13. Ul-

CAPUT XII.

De Statu Theologiæ Mysticæ ab Anno 1500. usque ad annum 1700.


§. I.

4. My-

4. Mystici inter Catholicos; Eschius, Blosius, Staupitius, Margarita Evangelica, Frater Nicolaus, Theresa, Joh. à Cruce.
5. Magnus inter eos th. M. progressus.
6. Et ulterior ejus emendatio, Seculo XVI. &c,
7. Decimo septimo.
8, 9. Inter Lutheranos, per Lutherum, Testimonia & causæ hujus rei.
10. Th. Mystica obfuscatur Disputationibus;
11. Restauratur per alios, &
12. Defenditur: alii adhuc Mysticæ Theol. Cultores.
13. Etiam annis ultimis.
14. Inter Reformatos, ab initio Reformationis.
15. Contradictio quorundam eorum, & ratio Contradictionis.
16. Approbatio aliorum, Sententia Voetii.
17. Tentatio ejus ob datam sententiam, & explicatio.
18. Usseri testimonium.
19. Item aliorum, tam Anglorum, quam Belgarum & germanorum, inprimis Francisci Rous.
20. Petri Poireti Opera & Confessio, de theol. Mystica.
21. Cultores Myst. theologiæ, inter sectas reliquas, nempe Weigelius, Schwenkfeld, H. Nicolai, Hiel.
22. Quakeri, Hoheburg. &c.
23. Annotationes quædam.
24. Reprobatio Mysticæ theologiæ inter Catholicos.

 25. Per-

&c. &c. &c.



Index

Index Alphabeticus rerum & Nominum præcipuorum.

(*Numerus prior & major, notat caput, minor autem idemque posterior, numerum aut paragraphum.*)

A.

B.

C.

D.

E.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

Prin-

N.

O.

P.

Q.

R.

S.


Silen-

T.

V.

Y.

Finis Hiſtoriæ Theologiæ Myſticæ.




Solida

DEFENSIO THEOLOGIÆ MYSTICÆ,

Unà cum Epiſtola

de Principiis & Characteribus præcipuorum *Scriptorum* de Rebus Myſticis & Spiritualibus,

qui poſtremis hiſce ſeculis vixerunt.



ADMONITIO AD LECTORES.

ABsoluta jam tum præcedente hac Historia novus quidam Commentarius in manus venit, Gallico idiomate conscriptus, qui sequentem præferebat inscriptionem: *La Theologie Reelle, vulgairement ditte la Theologie Germanique: Avec quelques autres Traites de même Nature; Une Lettre & un Catalogue sur les Ecrivains Mystiques; Une Preface Apologetique sur la Theol. Myst. &c.*

Legeram equidem jamtum bonam partem hujus *Epistolæ de Mysticis* Auctoribus manuscriptam, atque ex ea quædam loca in Appendice Historiæ Eccles. transtuleram inque ipsa hac Historia judicia quædam inserueram, quæ, cum Epistola nondum edita esset, nominetenus allegare non licebat.

Quandoquidem igitur in toto illo Scripto jam aucto atque emendato æque ac in Apologia non paucæ optime de hu-

jusmodi argumentis obſervationes repe-riuntur, quæ non ubiq; occurrunt nec mi-nꝰ ſolidisſima harum rerum demõſtratio: Amicus quidam translationis operam in ſe ſuſcepit. Et quamvis Dominus Auctor libelli ob cauſas gravisſimas nomen ſu-um non præfixerit: tamen is omnino ce-leberrimus temporum noſtrorum Philo-ſophus ac Theologus habetur neque in-fimus doctorum hujus Seculi Virorum, id quod & reliqua ejus, quæ exſtant, Scri-pta comprobant.

Cæterum in Epiſtola hac Auctores quo-que nonnulli inveniuntur Myſticis annu-merati, qui ex mente hominum de Scho-la tales non exiſtimantur. Verum enim vero ipſa ab his viris pertractata argumen-ta profundisſima rerum divinarum my-ſteria, ut Auctor noſter judicat, concer-nunt, ut adeò jure meritoque titulum e-jusmodi mereantur, de quo non eſt, quod magnopere contendam.

Fuerint alii forte, qui Auctori impu-tare velint quaſi Myſticos nonnunquam nimium extulerit ac tantum non infalli-biles reddere videatur. At verò ut hæc omnia ex mente vere divina trutinentur atque diſcernatur, oculus merè ſpiritua-lis & caliginis expers atque ſerenisſimus requi

requiritur: certe amor ſui Sectis proprius judiciumque exinde falſò hauſtum in omnibus ejusmodi objectionibus errare ſolet. Generatim verò prudens quisq; adverſus Chriſtianum experientiâ munitum, ne ſuſpicari quidem poterit, ne creaturam idoli loco colat, neve animo libero vacuoque Creatori ſoli adhæreat.

Interea, Lector, has res omnes cum diſcretione uſurpa ad ſpirituale quodcunq; emolumentum atque in perpetuo communionis cum Æterno Bono deſiderio bene beateque vive!

Apologia, Theologiæ Mysticæ.

1-7. *Defensio nominis rerum & terminorum THEOLOGIÆ MYSTICÆ, juxta sensum communem.*

8-11. *Quod Theologia Mystica in substantia non sit, nisi RELIGIO CHRISTIANA in sua virtute & splendore.*

12-13. *De Epitome quadam, binisque observationibus, circa mysticam Theologiam.*

14-15. *Verba, expressiones & materia Theologiæ mysticæ, per Sacras literas probatæ.*


16-17. *Elegantes notæ SANCTI MACARII circa amorem purum, contemplationem, & gratiam divinam, in statu passivo,*

18-21. *Solutiones quarundam difficultatum circa objectum, circa continuum actum & actuum vicissitudinem, circa contemplationem,*

22-27. *circa amorem purum.*

28-29. *circa disappropriationem seu abdicationem*

30-32. *circa ultimas probationes, & indifferentiam.*



§. I.

JAmdudum alibi notata est puerilitas deridenda, quæ nudis terminis & loquendi methodis sive phrasibus, illius hujusvé Scientiæ sive professionis, quæcunque etiam sit, rixatur, eô prætextu, vulgus eas intelligere, & capere haud posse. Attamen nulli est dubium, quin sanæ mentis homines, omni eum jure ut insanum culpare & habere possint, qui, (e. g. in Geometria, sive Algebra:) alia usui recepto peregrina verba, aliosque terminos adhibere affectaret, quibus mentem suam exprimeret; cum tamen geometrici illi termini, omnis professionis hominibus (iis exceptis, qui in ea versati sunt) longe absurdiores & magis barbari visi fuerint, quàm maximi, quos imaginatio sibi fingere posset barbarismi. Quænam igitur causa, quod multi huic valedicant æquitati, & solummodò in hanc, mystica quæ audit, theologiam æqui esse desinant, cum vocabulum hoc certi quidam homines adhibeant, quando has vel illas res ridiculé proponere volunt. Nihil tamen risu dignum vox ea, *mysticus* puta, continet, cum potius apologiam suam ipsamet spiret; Significat enim idem, quod occultus, secretus, &c. unde sequitur, quod mystica theologia non omnium

sit

ſit hominum, cum ſit interna & ſpiritualis. Theologi, qui audiunt, & omnis ferè chriſtianorum caterva hôc utuntur termino magna cum veneratione, dum Eccleſiam *myſticum Chriſti corpus* appellant, & de unoquoque Chriſtiano profitentur, quod *myſticum* Chriſti *membrum* ſit. Nemo non agnoſcit & seriò concedere cogetur, in ſacra Scriptura multa eſſe loca, quæ myſticè interpretari debeamus; Hocce vocabulum ſemper & ſpirarunt & adhuc ſpirant, multorum Patrum ſcripta; imo & ipſe Paulus illud quodammodo ſanctificavit, dicens, ſe *prædicare ſapientiam Dei in myſterio, id eſt myſticam ſive occultam, & à nullo unquam coſmoſophorum agnitam:* 1. Cor. 2. Cur igitur, inquam tantum taleque odium exhibetur huic expreſſioni, quod tamen abſurdum & puerile eſt?

2. Tantum de verbo! Rem ipſam jam aggrediamur: Suſcipio equidem omni prudenti demonſtrare, nil rationabilius, nil juſtius, nil evidentius eſſe, quam *myſticam theologiam*, & hoc ipſum propriis ipſorum Confeſſionibus. Peto autem attentionem ad ea, quæ veſtræ proponam examini & conſcientiæ.

1. Nonne verum eſt? Deum unicum Principium omnis eſſentiæ, omniſque boni; itidem, unicum & ſolum eundemque ultimum & omnipotentem finem omnium rerum. Et in hac qualitate juſtum & rationabile eſſe, ut omnia creata, præprimis autem homo, omnibus ſuis actionibus ſe ei ſubjiciant, ipſi confidant, ad eum revertantur, & ſe coram illo ſiſtant.

2. Nonne verum? Deum omniaque vera bona ex ipſo promanantia æterna, hominem quoque ad æternitatem creatum; è contrario mundum cum omni illo, quod continet, momentaneum, citò periturum, nunquam autem rediturum eſſe? Et ideò plus quam juſtum ac rationabile eſt, ut homo, cum omnibus, quas habet facultates, ſeriò divinis vacet rebus, ad reliqua verò ceu ad parergon ſe applicet, & hocque tantum eatenus, quatenus peritura neceſſitas parvum medium requirit, quod in ſe nihil ferè eſt reſpectu æternitatis.

3. Nonne verum? Summum bonum, quod Deus eſt, *ſpiritum* purum & rem omnino *internam & ſpiritualem*, itidem hominem juxta partem ſuam principalem & quatenus poſſeſſionis abſoluti & ſummi boni capax eſt, purum ſpiritum & rem omnino internam eſſe: ideoque juſtum & æquum eſt, ut poſſeſſionem veri & abſoluti boni, rerumque ſpiritualium, inviſibilium & internarum, in interiori ſuo, & in eo, quod in ipſo inviſibile eſt, acquirat, id eſt, ut ſit homo, converſationis & vitæ inculpatæ, actionum & praxeos internarum.

Nullam credo harum poſitionum in dubium vocari poſſe, absque læſione veritatis & juſtitiæ, itemque rationis & conſcientiæ: Si autem mihi ſuffragabuntur? En! ſcopum præfixum obtinui, conſenſus enim mihi præbetur circa fundamentum & principia *Theologiæ Myſticæ*, cum veritati non minus ac rationi & æquitati, itemque Scripturæ Sacræ reſpondentia reperiantur, quæ dicit:

cit: *Ab ipso, ad ipsum, & per illum omnia sunt* (Rom. II.) *Deus est Spiritus, & in spiritu adorari debet.* Joh. 4. *Non respicimus visibilia, sed invisibilia, visibilia enim sunt temporaria, invisibilia autem sunt æterna.* 2. Cor. 14.

Hæc autem de Scopo, fine & Principiis Mysticæ Theologiæ dicta sunto: progrediamur jam ad media.

4. Nonne verum? quod homo (qui respectu æternarum & divinarum rerum internus est) amisso bono summo & vero (quod itidem internum est, & semper ejus absolutus scopus sive finis, omnisque boni causa manet) justius quid & magis æquum atque rationi sanæ & sic consequenter iis, in quibus consenserunt, rebus meliùs respondens non inveniat, quàm ut in interno suo se in conspectu invisibilis & incomprehensibilis boni humillimè sistat, ab eoque exspectet, & desideret atque petat, ut in nobis reponat tantum boni, quantum ipsi fuerit visum, cujus etiam ipsemet fons est; ut bonum, quod ipse est, & quod finis est ad quem creati sumus.

5. Nonne verum & justum est, quod, cum in interiori nostro sive in anima nostra impedimenta & obstacula adversus Deum ejusque bonitatem invenimus, sint illa in nostra anima, vel quatenus ea Dei, eorumque quæ tantùm ab ipso originem trahunt, vel etiam (quatenus corpori obligata & alligata) ejusdem corporis impressionum, non minus ac imaginum mundi capax est: hæc impedimenta necessariò antea tolli de-

beant, quam Deus cum donis bonisque ſuis ſpiritalibus ibidem locum occupet.

6. Nonne verum? quod Deus fons ſit omnis realitatis, omnisque potentiæ, atque ita totalis mali eradicatio fieri non poſſit absque operatione Dei? Nihiloſeciùs autem æquum eſt, ut homo receptâ à Deo facultate quâdam, etiam à parte ſui omnes ſuas impendat vires, & ſic Deo cooperetur ad mali evulſionem.

7. Nonne rationi conveniens? quod anima, quæ ſemet ipſam ſuis licèt ſpiritalioribus operationibus totam reddidit ineptam, corporalibus juſto plus incumbendo, quæ eam implicarunt, & inquinarunt, incipiat (ratione ordinis) primùm ſeſe exonerare à craſſioribus his impedimentis vitiorum & inordinationibus, quæ à groſſiori proveniunt terrenitate, ut eò melius ad ſpiritualia proficiat.

8. Nonne verum & evidens eſt? quod quando impedimenta contra bonum, nempè malum, peccatum ejusque effectus, usque ad animæ facultates, & vires ejus, quas habet ad agendum ſeque diſponendum, penetrarunt; eædem facultates, eademque corrupta activitas, loco libertatis ab omni inordinatione, qua gaudere deberent, illam tamen neque per proprium poſſe, neque per actus hujus potentiæ ejusque facultatum, ſed tantum per ſolam Dei operationem acquirere poſſint. Ita ut æquiſſimum hujusmodi animæ officium & debitum ſit, ut ſolo hoc actu excepto, quo ſe Deo tradit ſuamq; ei ſubjicit voluntatem & conſenſum, ipſi ſuas præſentet facul-

facultates, quippe quæ jam suam in suis actibus non quærat conservationem, sed tantummodò in operatione Dei; quam libenter pati & in se operantem sustinere velit.

9. Nonne rationi respondet, ut credamus, quod anima, quæ olim summas habuit delicias in propria sua activitate, quæ operationibus Dei omnino contraria, longeque aliter disposita est ac illa, quæ ex Deo oritur, quod inquam, ejusmodi anima sustinere nequeat, ut hac propria sua activitate privetur, multo minus autem nudas Dei operationes, quæ inordinationem ejus impugnant & infestant sufferrat, quin horribiles inde pœnas, extremosque sentiat dolores.

10. Nonne æquum est credere? quod anima, soluto, juxta propositionem superius factam, erga Deum Debito, ac sui totius traditione factà, ab hoc tantô tamque liberali, tam bono & potenti Deo in libertatem vindicari possit ab omnibus impedimentis quæ sese in illa donis divinis Eique ipsimet opponunt.

11. Nonne est veritas haud controversa? quod Deus, qui pura Lux purusque est amor juxta proprium Scripturæ elogium, animæ ab iis, quæ se in illa Deo divinæque gratiæ opponebant, purgatæ; non possit non communicare, *Lucem & amorem*, per puras suas & divinas operationes, itemque *puram lucem*, *puramque charitatem*, per donationem sui ipsius.

12. Nonne justissimum est? quod Deus animæ cum se tum bona sua distributurus, eam tot probationibus & experimentis examinare posset, quot ipsi, animæ conducere visa fuerint, tum

quo eam instituat, quomodo hosti obviandum, & ab ejus astutia anima præmunienda sit, cum ut fidem ejus tentet.

13. Num inficiabimur? Deum non posse neq; se, neque bona sua superessentialiter, nec tamen perfectè interiori animæ communicare, cùm adhuc anima hæc per suam capacitatem, suamvé portionem inferiorem corpori alligata sit mortali, undè in illa oriuntur impressiones Soporationis, quæ operationes ejus interrumpunt & obscurant; item distractiones, impressiones materiales, dolores, afflictiones, & mille aliæ miseriæ, quæ ipsi obviæ sunt, cum à parte proprii sui corporis, tùm totius mundi? Nonne etiam Deus, qui ei hìc per intervalla veram sui fruitionem & sensum communicat sive donat, plenarium horum bonorum donum usque tum differre potest, cum caducum corpus totaliter resolvetur.

14. Tandem, nonne Deus, quemadmodum incomprehensibiliter sapiens, & in semet ipso, in bonis, operationibus, actibus, viis & qualitatibus infinitus est; nonne inquam operari potest in diversis animabus, myriadibus modorum, iisque gratiam, perceptiones, Lumen, & ut verbo dicam, infinitè diversa bona & dona subministrare; circa ea qualitates ad infinitum varias, & creato finitoq; Spiritui incomprehensibiles, magis autem ignotas Spiritui illi, qui per peccata corruptus & in tenebras positus est, adhibere? Itidem, ullone modo apparet? hominem, qui amisso Deo perditisque bonis ejus spiritualibus per peccata, nec dum ad DEUM reversus, nec Deum

Deum quærit, nec ulli supra dictorum debitorum operam dare pensat, multò minus autem spiritales Dei operationes expertus est, ejus dona recuperavit, hominem inquam talem veram agnitionem possidere, & de omnibus his rebus benè judicare posse? Nonne potiùs contrarium patet? illum nempè nihil eorum intellecturum, & si, fortè ea censere conatus fuerit, ejus censuram & *Hylacem in limine latrantem* debere nobis idem valere?

3. Suppono autem, quod loquar & has proponam quæstiones non brutis irrationalibus, quæ intellectu humano destituuntur; neque bestiis feris, quæ se non disponunt nisi per volubiles passionum suarum motus: Nec etiam stultis ratione carentibus, & priùs respondentibus, quàm perceperint ea, quæ interrogantur: Sed hominibus mente quieta gaudentibus, illamq; ad meditationem finis sui absoluti applicantibus, itidem intellectu pollentibus, ad perspicuitatem & æquitatem hujus rei capiendam; simul præditis conscientiâ tali, quæ eos publicè & candidè fateri movet ea, quæ in se sentiant, & de quibus in cordibus suis convicti sint. Et ab his expecto quàm certissimè plenarium assensum eorum, quæ protuli, & de veritate atque perspicuitate, itemque æquitate & soliditate meditationum nonminùs quàm de rerum hìc propositarum, asserui.

4. Omne hoc absolutè idem est, quod *THEOLOGIA MYSTICA*, eam namq; complectitur totam & integram: (falluntur enim illi omnino, qui eam non consistere putant nisi in aliquâ

liquâ supernaturalium operationum parte, quarum suprà articulo 14. mentio facta est.) Restat tantùm ut in articulos & membra redigatur, cum deductione particulariori & prolixiori explanatione, & item, ut opera adhibeatur uno alterovè verbo eas exprimere res, quæ antea multis circumscriptionibus efferri debebant: aliàs enim longè tædiosum esset semper discursu extenso eas repetere, tum, cum animus fuerit res antea prolixè descriptas ad memoriam revocare.

5. Id ipsum origo est terminorum particularium uniuscujusque, artis, Scientiæ aut Professionis, e.g. in Mathesi obvia est figura quatuor linearum quæ à lateribus oppositis eandem habent distantiam, cujus autem anguli inæquales & obliqui sunt. Si itaque semper, ubi hæc figura tractanda venit, longa ejusmodi verborum serie repetenda esset, quantum quæso molestiæ & impedimenti conciliaret? Ut verò hoc evitetur, consultum duxere omnem hanc seriem unicò illo vocabulo *rhombus* exprimere, quod quidem vulgo barbarum & obscurum audit, nullos, tamen unquam prodiit, qui idem illud ridiculum exclamavit illumque discursum, ubi eadem vox sonat & personat, pro stultitia & galimatia habuit. Essetne itaque inconveniens, si illi, qui mysticam tractant theologiam simili phrasi similique termino uterentur? si etiam, cum de animâ loquuntur, quæ facultatibus à Deo acceptis Ipsi cooperando, ad impedimenta, quæ in illâ Deo obstant, removenda utitur, locò repetitionis totius hujus similisve orationis, hæc omnia

liber-

libertate sumta per terminum *purgatio activa* exprimerent? Ejusdem autem inconvenientiæ agerentur, si alium adhiberent terminum, nempè *purgatio passiva*, ad exprimendum statum ejusdem animæ, quando se Deo tradidit, ut is ab ipsa & ab omnibus ejus facultatibus omnique activitate auferat reliquas inordinationes, quas pellere nequit; item quando Deus hoc in illa operatur, ipsa autem Dei operationes purissimè suscipit & patitur? Possem quidem omnes mysticæ hujus theologiæ terminos reliquos recensere, omnesque percontari prudentes, num in tam utili & ubique ferè per authoritatem stabilita re procedere, absurdum quid inveniant?

6. Adhuc alia existit ratio necessitatis, in quâ homo multis vicibus se constitutum invenit, ut interdum verbis à communi usu alienissimis uti cogatur: Hoc est, quando aliquis in particularibus rebus experientiâ pollet, quas alius nunquam tentavit. E.g. Si forte quidam in exteras fuisset profectus provincias, ibique fructus, frutices & animantia vidisset, quæ specie, colore, sapore & qualitatibus longè differrent ab omni illo, quod aliorum unquam conspectui & gustui obvium fuit: ille autem generalem quasi conceptum de iis tradere affectans, novis uteretur terminis ad plantas illas, & animalia eorumque proprietates, colorem, & gustum definiendum: Hoccine in illo ceu ridiculum quid exprobaretur? Item, stuperentne auditores impossibilitate, quæ sentiretur, si quis has res eodem modo similique vivacitate ac ille sibi imprimere conaretur,

quousque cognitione earum per experientiam acquisitâ excluderetur? Vidimus jam, negari non posse, quod in Deo, in Sapientiâ ejus, in viis operationibusque ejus infinitæ reperiantur varietates, quas pro lubitu iis distribuere possit animabus, in quibus nihil ampliùs impedimenti invenit: & quod hujusmodi res incomprehensibiles illis apparere debeant, qui ad eas inepti, earumque inexperti sunt. Positô jam, probatas & expertas harum animas, aliis animabus rudiorem tantùm horum mirabilium expositionem facere velle, ut eos ab inordinationibus suis dehortarentur, & persvaderent, ad eas quærendum vias, quibus ad fruitionem horum bonorum pervenire possent; Num statim prudentiâ pollentibus irrationale audire deberet hoc, ob novos quosdam terminos, qui adhibendi forent, & hôc temporis momento non adeò clarè intelligi possent.

7. Observa, me huc usque tantùm ad testimonium intellectûs & sanæ rationis provocavisse circa omnia hactenus proposita; non quidem eâ de causâ, quod rationem ut legitimum habeam judicem, multò minùs autem ut principium in rebus spiritualibus agens: Sed ut condescerem ad eos, qui simili modo procedere soliti sunt: Equidem vellem, ut illud, quod ingenere & idealiter per eam (rationem) circa res propositas intelligent, conscientiæ ipsorum testimonii loco sit, ad declarandum ipsis, num res toties prædictæ illis absurdæ & rationi non minùs ac æquitati, sibique ipsis contradicentes appareant?

8. Vide-

8. Videtur a. fore, ut objectio mihi moveatur, si omnia ita esse deberent, totum mundum mysticum & spiritualem evadere debere, si salvari appeteret, cum tamen huc usque creditum fuit, *Religionem* (quæ salvandi medium est) & *mysticam theologiam* diversas esse res: Ad quod respondeo; Si per mysticam theologiam extraordinariæ Dei in quibusdam animabus intelliguntur operationes (quæ tamen neutiquam mysticam faciunt theologiam) sive etiam actualis & idealis omnium materiarum mysticarum cognitio; tum & in hoc sensu non eadem cum religione res est: Sed quando capitur pro praxi & exercitio rerum toties supra relatarum, etiam priusquam homo per cooperationem suam aliquid conferre valet, item, quod DEUS consequenter adoperetur per unionem & purgationem suam, tum & in tali sensu mystica theologia nihil aliud est, quam religio in puriori sua virtute.

9. A Mundi exordio ad hæc usque tempora vera Religio à parte hominum semper duplicem experta est statum, quorum ille erat status vigoris & divini roboris, hic autem (qui maximum numerum imò fere omnes includit) Status debilitatis, ægritudinis langvoris & teporis; Pauci admodum sunt, qui postquam lumen & amorem Dei reliquerunt & ad creaturas conversi fuerant, iterum revertantur, & à malo atque creaturis ad Deum redeant: Illi autem qui adhuc se ad conversionem disponunt, faciunt illud plerumque admodum imperfectè, per intervalla, modoque langvido & misero. Nihilominus autem

tem

tem, si modò iis cordi sit, Deus tantâ se exhibet bonitate, ut ab hominibus illud suscipiat, quod ipsi dare volunt, illisque respondet per salutaria sua media & bona, pro modo cui illi apti sunt: Atque ita, si Dispositio hæc brevis sive parva & interrupta est, etiam Deus ipsis salutarem suam gratiam per intervalla, & quasi frustulatim donat. Et si in bono hoc momento moriuntur, gratia illis semper præsto manet, eosque beat, sed multò difficiliùs & minùs proficuè atque deliciosè & gloriosé in omnem æternitatem, quàm futurum fuisset, si alio se gessissent & exhibuissent. Hic itaque ordinarius est religionis status inter pios communes, qui suam quæsiêre salutem. Si autem totos se à Creaturis avertissent, Deoque ex toto corde tradidissent, & unicum illum fervidis suspiriis quæsivissent atque desiderassent, gratiæ suppeditatæ ex omni quam donat facultate cooperando, & consequenter secum agi, seque purgari & duci possi essent, per purissimos Spiritus ejus attactus & motûs, sequuta fuissent omnia dona, divitiæ omnes, quas ipsi visum fuisset impertiri: Tum vera & apparuisset & culta fuisset Religio, Religio nempè christiana, in puro suo vigore & perfectione; constitisset etiam, Religionem hanc in pulchritudine & perfectione suâ idem esse, quod mystica theologia in suâ praxi.

10. Hoc autem re ipsa experti sunt Abel, omnes Sancti Patriarchæ Prophetæ & Apostoli, imò omnes primæ Ecclesiæ christiani, tot Solitariorum myriades, qui desertum Ægypti & Terræ

Sanctæ

Sanctæ incoluerunt, & quorum vita non erat nisi contemplatio & purus amor, tot animæ Sanctæ, hic illic per omnia Secula latentes, quæ nobis exemplorum myriades præbere possent. Et quanquam si reliquum respicis mundum, horum numerus perminimus fuit, qui insuper *pauca & professi sunt & scripta reliquerunt*, vel minimùm admodum obscurè *de hisce materiis*, timentes, ne Sacra & margaritas canibus & suibus proponerent; nihilò secius tamen, ea, quæ nobis remanserunt fragmenta, sufficiunt, ad nos veritatis hujus convincendos. Familiaritas Dei cum Abele, Enoch, Abrahamo aliisque Patriarchis, qui semper & tam familiariter in sancta ejus præsentia ambulabant: Protestationes Davidis: *Semper Dominum coram me habeo. Est mihi à dextris meis. Oculi mei continuè Deum respiciunt: Anima mea in præsentia ejus est, ut terra pluviam expectans. Quærite Dominum & virtutem ejus. Loquimini in interiori vestro & tenete vos quietos: Amo Deum meum, qui exaudivit vocem meam: Ambulabo in conspectu Domini omnibus vitæ meæ diebus*: Jesaiæ. *Quæram te in me per Spiritum meum, sive Spiritualiter*. Jesu Christi. *Estote perfecti, quemadmodum Pater vester in cælis perfectus est: Puri corde Deum videbunt. Ne congeratis thesauros in terra, sed in cælo, ubi cor vestrum est. Nemo duobus servire potest Dominis. Quærite Regnum Dei ejusque justi-*

Ps. 4, 16, 25, 105, 116, 143, &c.

Isai 26. v. 9.

Matth. 5. 6. 7. Joh. 13.

justitiam. Amate vos invicem. Sancti Pauli: *Amor Dei nobis datus est, per effusionem Spiritus S. in corda nostra: Omnes Dei filii hoc Spiritu aguntur & ducuntur. Aperta facie Dei respicimus gloriam, & in imaginem ejus transformati sumus, per Spiritum ejus. Non amplius visibilia respicimus, sed invisibilia. Conversatio nostra in cœlis est. Vita nostra cum Christo in Deo latet. Sumus elevati cum ipso, ad loca supercælestia. In homine novo est Christus omnia in omnibus.* Sancti Johannis: *Qui manet in Jesu Christo, ambulare & vivere debet, quemadmodum ipse. Si quis amat mundum, in eo non est amor Patris. Vos estis fortes & vicistis. Vos habetis unctionem Sancti Spiritus, & omnia cognoscitis; Hæc unctio interna est vera: illa habitat in vobis; Non indigetis, ut alii vos doceant; illa vos omnia docet. Manete in illa. Quicunque ibi commoratur, non peccat, natus enim est & renatus à Deo. Deus est amor: Qui in amore manet, in Deo commoratur, & Deus in ipso: amor perfectus timorem foras mittit: Ubi adhuc timor est, ibi non est purus amor &c.* Et innumera alia testimonia, quæ cum ex Sacris Bibliis, tum ex Scriptis aliorum Sanctorum allegari possent, perfectè nos convincere deberent, per omne ævum, animas illas, in quibus Religio suo in vigore & elegantiâ floruit, revera Spirituales & contemplatrices fuisse, easque hâc qualitate in substantia ipsa, theologiæ mysticæ realitatem

Rom. 5. 8.
2. Cor. 3, 24.
Eph. 2.
Phil. 3.
Coloss. 3.
Joh. 2. 3. 4.

litatem possedisse, quippe quæ una eademque res est, cum perfectione Religionis christianæ.

II. Non est, nisi tenor & temissio in sancta hâc Religione, quæ per omnia secula animarum spiritualium & verè mysticarum raritatem effecit: Et certò sperandum, hanc theologiam divinam, quando Deus suam restaurabit Ecclesiam, & ultimis temporibns, (quæ præsentia sunt) christianæ Religioni suum reddet vigorem & splendorem; ab ipsômet restitum iri, per *CONTEMPLATIONEM, PURUMQUE AMOREM*, quæ sunt hujus Theologiæ cor & caput, imò *Urim* & *Thummim* animarum Sacerdotalium, itidem perficientia principia utriusque nobilissimæ hominis facultatis, *contemplatio* nempe intellectûs, & *Amor purus*, voluntatis. Credibile etiam est, Dominum eandem ob causam, cum olim Sancta oculis indignorum proponere interdixerit, hodienum permittere, ut ubique divulgentur; E contrariò autem à parte altera hostem Salutis humanæ operam dare, omnia quæ potest eis opponere. Quoniam callidè prævidet, omnem illum, qui se constanti Spiritu DEO exhibuerit, ut illum sua illustret luce, & cor ejus suo accendat amore, liberatum iri ab omni caligine, errore, peccato vitiisque, & aptum fore ad DEI habitaculum, nunquam post restaurationem lapsurum. Ideò illi, qui ad Ecclesiam DEI animasque ædificandas sese vocatos æstimant, eo laborare tenentur, ut quemlibet pro virili ita disponerent, quò in fundamentali hâc Dei petrà sese stabiliret,

ret, nempè in contemplatione & amore, sive uno ut efferatur verbo, in amorosa contemplatione Dei. Hoc si intermittunt, opus tamen Dei absque illorum opera proficiet, illi autem in magnum suum ruborem Carmen illud Vatis aliquando impletum videbunt: *Lapis, ab ædificantibus reprobatus, in caput anguli evasit: Hoc est opus Dei, quod nos cum admiratione aspicimus.*

Psal. 118.

12. Desideraretur forsan, ut paucis deducerem principales mysticæ & divinæ hujus theologiæ partes, earumque materias ut ita epitome idealis de tota re ad manus esset. Sed præter ea, quæ jam in præcedentibus quæstionibus notata sunt, plura addere non possum in præfatione, quam brevitate absolvere meum est? Et quoniam hoc ipsum ab aliis alibi jam factum reperio, Lector boni consulet, ut tractatulum ipsi commendem, quem eadem facilitate atque hunc sibi comparare poterit. Inscribitur is *l'Abrege de la perfection chretienne*, & brevi temporis spatio bis excusus est in *Theologia cordis*: Est sanè brevis methodicus & excellens, plus quàm prædicari potest. Eadem fere, quâ nos in præcedentibus quæstionibus, methodô utitur, nempè, quod anima, quæ ex una parte suum nihilum suamque corruptionem, profundà cum contemptu & aversione à semetipsa considerat, è contrariò autem Deum summa cum æstimatione & sincero amore respicit, ipsi, illiusq; gratiæ cooperetur, ad removenda impedimenta Deo contraria; item, Deus ipsemet consequenter

ter

ter eas auferat inordinationes, quas anima propria sua activitate & activa cooperatione tollere nequit, (sive ad quarum sublationem activitas animæ nihil conferre valet) sed tantum Dei patitur operationes. Hic tractatulus mox ab initio insignem facit distinctionem inter ordinariam viam mysticam, quam svadet, & inter extraordinariam, quæ est, cum Deus mox ab initio per raptus, visiones, perceptiones & irradiationes in intellectum, in Sensus & in imaginationem hominis operatur: Hæc via sine periculo optari nequit; de eâ nempè Sanctorum quidam dixêre quod sæpiùs sit *compatibilis cum peccato in incipientibus*, imò & cum peccato mortali, attrahit enim Deus homines interdum ad se, per vivum suum lumen, & per supernaturales suas dulcedines, vel in medio distractionum earum. Qui verò cum disputatoriis spiritibus conclusionem facere vellet, quod divinæ & supernaturales gratiæ, quas Deus perfectis animabus, quæ paulo ulteriùs profecerunt in contemplatione, communicat, præprimis si ordinariam viam calcarit, compatibilis sit cum statu peccati mortalis: Is debilem suam in hac materia proderet intelligentiam, & modò dictus tractatus, negativam vobis probabit sententiam. Omnes Status ad tres reducit, quos animæ ad perfectionem tendenti permeare incumbit; Sex autem tradit gradus status primi, in quo apparet, animam diversimodè & plus minùsve cum Deo activè concurrere, quò ab omni eo quod illam inordinationem trahit liberetur. Alter Status

nudè

nudè in patiendo consistit, & tertius in purâ nuditate; Post hæc omnia perfecta sunt, & anima tota & integra Deificata est in contemplatione & in purô Dei amore. Termini sequentes, *annihilatio*, *disappropriatio*, *subtractio*, *indifferentia*, *conformitas*, *uniformitas*, *transformatio*, *sive Deificatio*, in hoc libello clarissimè expositi sunt, & præprimis in additamento, quod accessit alteri editioni. Omnes autem hæ materiæ iteratæ sunt in alio tractatulo ejusdem naturæ, qui superiori annexus est, & inscribitur, *la Ruine de l' amour propre*, sive *l' abnegation interieure*, in quo omnes possibiles reperiuntur cautelæ, ad omnes illusiones & imaginabiles abusus in viâ spirituali evitandos.

13. Optandum esset, ut duæ hic res magni ponderis observarentur; illa, ne unus cum alio confunderetur status, quia maxima difficultatum & absurditatum pars, quarum mystici culpantur, indè oritur, quod imprudentes hâc in re homines, inferiori statui addicunt id, quod de superiori docetur, & vice versa; Hoc autem idem est, acsi homini veterano dicerem, illum oportere suam sustentare vitam carnibus & potibus fortioribus, non verò lacte, alii autem (quò hoc consilium risui exponeretur) illud infantibus applicarent. Hæc, (observatio) ne nimium terminatè caperentur, neq; justo absolutiùs restringerentur res plures, quæ vel de operationibus DEI, vel de viis & officiis animarum agunt; multò magis autem cavendum, ne regulæ universales in hoc passu præscribantur circa quali-

tates

tates ad omnes applicabiles. Operationes Dei sunt infinitæ cùm numero, tùm varietate: par ratio est qualitatum sive dispositionum animarum; & præterea ordinariè Deo placet publicè multiplicitatem suæ Sapientiæ patefacere. Id quod totaliter quæstionem nuperrimè de *suspensione sive ligaturâ facultatum* in statu passivo motam, annihilat; Hic Status admodum prolixus & extensus est, ut & Status variæ constitutionis animarum & modorum, quibus exercendæ sunt. Par ratio est graduum & modorum Suspensionis; ita ut in certis subjectis interdum nullæ, interdum vero plures; alibi permultæ, itidem loco alio adhuc plures & tempore certo, certisque in subjectis perfectissimæ, iterum verò in animabus passivis, quæ omnium perfectissimæ sunt, prorsus nullæ repertæ fuerint suspensiones. Mater quædam infantem suum in ulnis suis gestans, illum interdum fasciis involvit, & circum circa ferè ligavit; interdum remissius, interdum totum illum nudavit, detexit, & liberavit. Eandem Deus habet libertatem simili modo procedendi, quomodo & quando ipsi visum fuerit. Gemina hæc observatio, non parvi est usus in magnis difficultatibus.

14. Sperabitur fortè, me quasi in transitu ad minimùm binis trinisve verbis aliquid dicturum de difficilioribus quibusdam iisdemque principalibus theologiæ germanicæ sive mysticæ materiis, nempè de viis *purgativa*, *illuminativa* & *unitiva*, de *Deificatione*, de *MEitate*, de *annihilatione*, de *activa & passiva contemplatione*,

ne, de *puro amore ejusque signis*, de *transformatione*, de *disappropriatione*, de *indifferentia*: Dicam quidem aliquid circa hæc, quò ostendam eadem hæc argumenta in Sacra Scriptura non minùs, quàm in Scriptis Sanctorum reperiri, & monstrem, nihil iis absurdi inesse, itidem ut quasdam magis notabiles difficultates tollam, quæ iis objici solent.

15. Loca Scripturæ superius jam allegata, (num. 10.) & metus, quem habeo, ne lectorem in crassimâ hærere ignorantia suspicarer, longiorem circa terminos purgationis & illuminationis moram tollunt, quippe qui in Sacra Scriptura tam frequentes sunt, quàm ut oblivioni tradi queat aut debeat, eos ibi obvios fuisse.
Joh. 17. **Jesus Christus in ultima sua oratione expressis à Patre petit terminis, *unionem* pro discipulis suis & pro omnibus credentibus, *ut omnes in Patre ejus & in illo ipso unum sint*, ut *omnes perfectè in unum consummentur*. Id quod cum unione idem indicat ac *transformatio*, quam etiam Sanctus**
Rom. 12. **Paulus notavit, dicens. *ESTOTE***
2. Cor. 3, 18. ***TRANSFORMATI per renovationem Spiritus vestri, & nos, qui contemplamur gloriam Dei, TRANSFORMATI sumus ad imaginem ejus.* Et si dixero, reliqua Apostoli verba, nempè: *Qui unitus est, sive***
1. Cor. 6, 17. ***adhæret Deo, unus cum ipso est Spiritus;* item, *consummationem in unum* de quo Jesus Christus loquitur, & verba Petri,**

Petri, *illos nempè, qui fugerint corruptionem & desideria mundi, naturæ divinæ participes factos esse*; 2. Petr. 1, 4.
idem significare ac *Deificationem*, nihil dixero, nisi veritatem, & quod evidentissimum est. Quemadmodum enim *calefactio* & *caloris communio* una eademque res est, ita etiam communio sive *participatio naturæ divinæ*, & *Deificatio* evidenter synonyma sunt. Terminos, *esse Deificatum*, in 15. & 16. homilia Sancti Macarii invenire licet, dicentis, "hominem, qui victoriam "reportavit, & in quo vitia radicitùs extirpata "sunt, primam suam formam, & primi Adami "gradum, imò plus ac illum recipere: esse e-"nim eum *Deificatum*." (ἀποθεοῦται.) Vocabulum, *Deiformis* ibidem cum corpori tum animæ applicatur. (θεοειδής vide Opusc. VII. Cap. 25.) Et evidentiùs adhuc Scriptura *DEOS* appellat *illos, quibus verbum communicatum fuit*; Hoc itaque cum sic se habeat, quantô majori ad illos quadrat æquitate, quibuscum Verbum essentiale, nempè Jesus ipsemet Deus, tanta unitus est unione, ut non, nisi *unus idemque sint Spiritus*: Psal. 82. Joh. 10.
(testante Sancto Paulo:) Quis quæso *Deificationem* ipsis denegare potest? cum tamen appellatio hæc inferior sit illâ, quâ Scriptura Sacra *DEOS* eos appellat: quod divus Macarius imitari appetens, christianis perfectis divinas ascripsit qualitates; (Homil. 27. εἰσι καὶ θεοί.) vide Chrysost. Athan. Cyrillus, &c. evolve thesaurum Sviceri in vocibus θεοῦσθαι, θεοποιεῖσθαι.

 &c.

&c. Multi Patrum æquivalentibus ac Sanctus Macarius usi sunt terminis. Quando Sanctus Paulus dicit, *vivo, non autem ego, sed Christus in me*, En! habetis punctum τῦ *ME*; Ecce! meum *ME* est *DEUS*, juxta effatum Sanctum Catharinæ Genuensis. Quando Paulus de se dicit; *Ego sum nihil* (2. Cor. 12. 11.) & de Jesu Christo, *quod ille se exinaniverit*. Phil. 2. Ecce τὸ *nihil* & *annihilatio:* Superiùs allegata dicta Psalmorum, Pauli & Evangelii *contemplationem* suggerunt à parte hominum qui Deum contemplantur, & à parte Dei, qui se videri facit cordibus puris, in quæ irradiat, quemadmodum Sanctus Paulus dicit 2. Cor. 4. 6. Ecce *contemplatio* cum activa, tum passiva, quæ utraque unico hoc Davidis dicto comprehenduntur: *Qui Deum contemplatus est, ex hâc contemplatione illuminatur. Amor purus* exactius notari nequit, quàm cum dicitur. *Amabis Deum tuum ex omni corde, ex omnibus viribus & ex tota mente, id est perfectè;* quod Deus objectum, causa & finis omnium nostrarum affectionum esse debeat. Hic amor sine dubio in Moyse purissimus fuit, dum paratus erat, *loco populi sui, è libro vitæ expungi*, & in St. Paulo, *qui anathema esse voluit* pro ipsis iisdem, item in primi ævi christianis, quorum amorem Paulus describit, *quod non quærat suum*, itidem in Sponsa *Cantici*, cujus in labaro nullum erat verbum nisi *AMOR*. David suas professus tentationes & probationes, eas appellat *dolores inferni, vincula mortis; à conspectu DEI reprobatum* Ps. 18, 31. 77, 116.

esse.

esse. Hiob similia & plura adhuc profert: Nullibi autem grandior *indifferentia* notari potest, quam in Jesu Christo, qui Patri suo dicebat: *Non mea, sed tua fiat voluntas*; nec major *disappropriatio*, sive abrenunciatio quàm in hoc ipso, & in eo quod vult, ut *unusquilibet propriæ renuntiet voluntati*, id quod omnia comprehendit, cum res nullæ nos tangant, nisi per desiderium & voluntatem. Tandem, divisio partis inferioris & superioris animæ, sive differentia animæ & Spiritûs, quæ fit modo spirituali, & fundamentum ponit materiis mysticæ theologiæ sublimioribus; expressa est propriissimè per Paulum in Epistolis ejus ad Thessalonicenses, & ad Hebræos. Totum requireretur volumen omnia Scripturæ dicta, circa hoc objectum non minùs quàm circa reliquos theologiæ mysticæ terminos citare, cum nullus sit, qui non vel expressè, vel ad minimùm quoad sensum æqualem cùm in Sacra Scriptura, tùm in Scriptis Sanctorum monstrari possit; Hâc vice autem non est nostri instituti, eos in ruborem dare, qui tam imprudentes fuerunt, ut non solum hæc argumenta risui exposuerint, sed & ipsum Dei verbum blasphemaverint.

16. Mittamus jam verba, & ad res ipsas aliquantum veniamus. Ecce, quomodo Sanctus Macarius in 33ma sua Homilia *CONTEMPLATIONEM*, sive Orationem *activam*, ubi adversus distractiones pugnatur, & *passivam*, quæ per illam acquiritur, describit: *Deus est summum bonum, ad quod omnem tuam rationem, omnesque cogita-*

cogitationes colligere debes, neque aliud quicquam cogitabis, sed tantum ei vacabis. Anima tua sit similis matri, quæ vagabundos suos colligit liberos, ut cogitationes per peccatum distractas restituat, easque in domum corporis sui reducat, & semper jejuniis & amori Deo vacet, usque quo ipsemet veniat & eas verè recolligat: Cum autem id, quod futurum est, latet, magis speret, & suam seriò in hunc Ducem collocet fiduciam; cogitet, quemadmodum Rahab, quanquam gentilis esset, Israelitis credidit, & cum iis ut digna recepta est; è contrariò quemadmodum Israelitæ suo amore & voluntate in Ægyptum reversi sunt. Sicuti autem Rahab non nocuit, quod ethnica extiterat, & inter gentiles vixerat, sed per fidem partis Israelitarum particeps facta est; Ita illis, qui in fide & spe Redemptorem expectant, peccatum non nocebit, quippe qui veniens animæ cogitationes immutat, easque divinas, cælestes, & bonas reddit, animamque veram, distractioni & evagationi non subjectam orationem docet. Ne timeas, præcedam te, montesque planificabo, æneas confringam portas, & ferreas contundam bases. Esa. XLV, 2. *& iterum dicit: Cave & attende tibi, ne verbum quoddam in corde latens, tibi in peccatum evadat. Ne dicas in corde tuo, hic nimiùm fortis est populus.* Deuter. VII, 17.

Nisi tepuerimus, inordinatisque in nobis cogitationibus indulserimus, sed animum nostrum voluntate nostra restringimus, atque cogitationes ad Deum

Deum coagimus: Dominus certè sua ad nos propinquabit voluntate, nosque verè ad se colliget. Omne enim beneplacitum, omneque officium in cogitationibus consistit. Ideò studeas Domino placere, & semper internè illum expecta, ut cum in cogitationibus tuis quæras, tuamque voluntatem coerceas, & semper propositum sive intentionem erga eum extendas. Vide etiam ut ad te venit, & apud te habitaculum suum figit, moramque facit. Quantò enim magis spiritum tuum adiges ad illum quærendum, tantò magis ipsemet à propriis commiserationum suarum & mansvetudinis visceribus ad te venire, teque in quietem locare adigitur. Stat enim & tuum respicit animum, cogitationes tuas, tuosque affectûs: Considerat & examinat, quomodo eum diligas, num ex tota id fiat animâ sine tepore & negligentia. Videns tum tuam diligentiam, qua illum quæris, apparet tibi suoque te munit & donat auxilio, victoriam expedit, & ab inimicis te liberat.

Postquam enim ille tuum in quærendo ipso fervorem, continuumque tuum erga illum desiderium animadvertit; docet te & donat tibi ORATIONEM VERAM, & VERUM AMOREM, qui ipsemet est, cum in te fit τὸ πᾶν, Paradisus, arbor vitæ, margarita magni pretii, corona immarcesscibilis, architectus Salutis, agricola, patiens & non patiens, Deus & homo, Vinum & aqua vitæ, ovis, Sponsus, Miles, arma & omne in omnibus Christus. Et quemadmodum infans ipsummet se curare aut ornare nescit, sed tantùm

tùm matrem suam respicit, & tamdiu flet, usque tum misericordiam ejus movet, & ab illa suscipitur: Ita etiam fideles animæ in Deum confidunt, omnemque ipsi tribuunt justitiam.

Non equidem peto veniam, quod materiam hanc elegantem protulerim, cùm multa alia ejusdem momenti loca circa eandem proferre possem. Ea brevior oratio ejusdem Authoris, agens de amore puro, qui ad suam nihil refert lucrum. (Opusc. VII. cap. XX.)

17. *Qui Deum ex omnibus amant visceribus, & sibi proposuerunt ipsi servire, non ob regnum;* (cælorum) *ut mercatores ob lucrum, nec ob metum pœnarum, peccatoribus paratarum: Isti Deum solum ut Creatorem suum adamarunt, & justo agnoverunt serie, servos Creatori & Domino suo placere debere. - - Siquidem animæ non tantùm paupertas & contemptus, sed & divitiæ atque honores, tentationes sunt: imò aliquâ ex parte ipsæ consolationes & requies, quas illa amplectitur, nisi tum, cum iis digna redditur, in sensu & fruitione earum, magnam adhibeat discretionem & sapientiam. Permittit enim Creator, ut ab utraque parte tentetur anima, ut evidenter appareat, qualis sit? num ex amore lucri eum amet, aut è purò erga ipsùm affectu, quòd ipse verè dignus sit, ut ametur.* Ut prolixitatem nimiam caveam, omitto descriptiones *tentationum* & *probationum* animæ, quæ itidem in Sacris literis & Scriptis Sancti hujus viri evolvi dantur, qui in 18vâ sua homilia prolixam sistit narrationem multifariorum donorum Dei,

Dei, quæ animas in hâc adhuc vita gustare facit, ut & multorum statuum, quos eas transire permittit; nempe gaudium cælestis convivii, divinam unionem Sponsi cum sponsa, angelicam levisſimamque celeritatem, divinam ebrietatem, luctum, ob perditionem animæ, fervorem gaudii & amoris, profundam humiliationem infra omnia, ineffabile gaudium Spiritus, fortitudinem erga hostem, delicias Spiritus, ineffabilem suam quietem in profundo silentio & pace, revelationem ineffabilium mysteriorum; & interdum statum omninò communem. De omnibus his loquitur gratiis (quarum nomen & novitas magna temeritate inventioni mysticorum recentiorum ævô istô ultimo adscribitur.) quod Deus eas donet per intervalla, itemque auferat animabus, quas exercere & probare, atque magis magisque purgare vult, etiamsi jam perfectioni propinqui sint: En enim hîc earum definitionem: *Anima perfectionem Spiritus attingens, perfectè purgata est, ab omnibus suis passionibus, item Spiritui Sancto mixta & unita, per unionem prorsus ineffabilem: digna enim reddita est, unus cum Sancto Spiritu evadere Spiritus: Tum tota est lux, tota oculus, tota Spiritus tota gaudium, tota requies, tota jubilum, tota amor, tota amoris viscera, tota bonitas, totaque mansuetudo. Quemadmodum Lapis in maris fundo undiquaque aquâ circumdantur, ita etiam animæ hæ, tota & integra Spiritui Sancto mixtæ, Jesu Christo prorsus Similes redduntur, & possident in se virtutem potentiæ Sancti Spiritus, sine ruga, sine macula,*

cula, internè & externè, modo purissimo: restituti enim per Sanctum Spiritum, quomodo ab extra malos possent ferre fructus? Cùm potius contrarium constet, omnes enim Sancti Spiritûs fructus, ibi in summo suo splendore apparent. Lubuit exemplum hoc aliquantùm prolixius explicare, quô non solum mysticam in Sancto Macario reperiri theologiam, probarem, sed & mysticos theologos & præprimis *theologiam germanicam* justificarem ab accusatione, quod novas res novosque terminos proferat; Vixit autem hic Author Seculo IV. & tanta floruit Sanctitate, ut ab omnibus agnitus & admiratus sit.

18. Consideremus quasdam difficultates circa hanc materiam. Quæritur, Quodnam est objectum contemplationis? Estne Deus unicè & generaliter consideratus; Aut, quædam attributorum ejus? aut θεανθρώπου ejusque Mysteria? Difficultates, quæ in hoc argumento formantur, ridicula mihi sunt admodum, & inutiles videntur, cum constitutiones & status animarum, item tractus Dei ad contemplationem activam, ut & influxus Dei in passivam differant; Quid prodest absolutum ejusmodi conclusum facere velle, de re, deque modo & ratione, quæ & à parte animæ, & à Parte Dei tot tantisque variationibus & vicissitudinibus obnoxiæ sunt? In Secunda *Theologiæ Cordis* parte parvulus extat tractatus de interna vita; in fine ejus traditum est, multos esse orationis & contemplationis modos, respectu variorum objectorum inter se differentium, & unumquemque hâc in re tractùm suum sequi

ſequi debere, & ſpeciali talento ipſi à Deo concredito bene uti. Hoc utique eſt ſecuriſſimum, & multis difficultatibus atque impedimentis prævenit & medetur.

19. Quæritur, num in contemplatione continuatio actuum detur? Reſpondetur; in eô quantùm ex activitate complectitur, cum & per ſomnum & per neceſſarias occupationes interrumpatur, evidenter apparet, activitatem in ea non continuari; Si autem hæc interruptio ex principio neceſſitatis & non ex cupiditate voluntaria oritur. Deus eam actûs ceſſationem, non imputat ut interruptionem, ſed potiùs aſpicit ut continuationem, ex eâ ratione, quòd voluntas libenter illum continuare vellet, niſi illud impediret neceſſitas: imò eandem ob cauſam, hic idem actus *virtualiter* continuus appellatur, hocque juſtis ex rationibus, quia res ejusmodi per neceſſitatem fieri poſſunt, ſive ad placendum Deo, ſive ad ſubjiciendum ſe ejus voluntati. Quod ad repetitionem exercitii hujus actûs attinet, inconſultum mihi videtur ſtrictas nimium & prorſus abſolutas circa illam regulas indiſcretè præſcribere, ex iisdem, quas recenſuimus rationibus.

20. Quod autem ad paſſivum & in internam orationem influens attinet, certum eſt (non enim retractat ſua Dona Deus) actum luminis ejus divini in animam eſſe continuum, & ordinariè (excipe modo Somni, ut & aliquo modo tentationis tempus) illum aliquomodo ſentiri, quanquam generaliſſimè & ſpiritualiſſimè. Homo

radiis

radiis Solaribus expoſitus, eos ſentit, quamdiu ab iis irradiatur, quanquam ſine diſtincta perpenſione & reflexione ; & hoc evidenter verum eſt : Hoc enim lumen ſi ipſi, quanquam ad momentum temporis, extingveretur, ſtatim ejus ſentiret amiſſionem, eò quod ſenſus, quem hactenus ex hoc lumine habuerat, ceſſaret & deficeret. Hic autem ſenſus antea actualiter & continuè aderat.

21. Sicut autem, quò particulares fiant reflexiones, & Lumen ſive Sol directiùs conſideretur, non opus eſt, ut homo ſemper ei expoſitus, ampliùs illùc ſe referat, aut quaſi de novo ſe ad hunc actum applicet; ſed ſufficit ipſi vel minimus oculorum aut cogitationum nutus : Simili modo Myſtici de veris luminis divini contemplatoribus loquuntur, & Canfeldius comparationem facit ad modum ſive rationem, revocandi ſibi in memoriam Statum in quô quis ſe ſentit. Item, quemadmodum illi, qui luci expoſiti ſunt, non impediuntur, vel infinitam variorum objectorum multitudinem, modis millibus contemplari, ita generalis & continua hæc contemplatio Dei & divinæ Lucis, non repugnat modis etiamſi infinitis contemplationum peculiarium & ſpecialium, à generalibus longè diſtantium: Et tandem, quemadmodum nemo actualiter & continuè lumine Salis fruens, hâc fruitione non impeditur, quin ad varias officii ſui occupationes ſeſe applicare poſſit, quas & neceſſitas & ſalus requirit, ſed potiùs adjuvatur: Ita & de Lumine divino ſentiendum circa

eos,

eos, qui illud possident & contemplantur. Et ideò germanica theologia non patitur ut dubitemus; centum enim locis probat, hominem Deificatum, qui perfectus est contemplatos, à Deo ad omnes virtutum actûs, imò ad omne id, quod ordini & officio sive debito consentit, impelli: quippe & Jesus Christus erat & est illud Deo, quod homini manus. Verum tamen est, quod, quemadmodum homo, qui ad lucem locatus, rem aliquam intentè meditaretur, eodem tempore ineptus esset ad alia agenda; Par ratio est animæ à Deo singulari contemplatione detentæ, & quidem modo sublimi; quippe quæ tum ad alia omnia negotia inepta est. Sed præterquàm quod hæc rarò accidunt & non diu durant, Deus ipsemet omnia ita disponit, ut occasiones removeat, quarum præsentia animam ad actiones obligare posset.

21. Quia theologia germanica toties amoris puri, suum non quærentis mentionem facit, non possumus (nostro quidem judicio) præterire, quin famosam attingamus objectionem, factam non ita pridem circa has materias, nec ut mihi videtur, probè solutam: Dictum est, amorem purum in possessore suo spem annihilare, si verum esset, quod hujus statûs homines bonum non ampliùs respicerent & desiderarent, sive sit illud supernaturale, sive naturale in comparatione cum seipsis & tanquam bonum suum proprium. Responsio, hæc amorem purum nihil excludere, nisi desiderium boni ortum ex motu naturali, non verò illud, quod originem habet ex attactu super-

pernaturali; videtur mihi nova difficultas, imò nec veritati conformis videtur; Sole enim evidentiùs est, nullum supernaturalem attactum sive motum animabus gradum puri amoris calcantibus, ullum actum instillare posse, qui puro non responderet amori, qualis esset actus desiderii summi boni, dum quis illud sui causa & sibi in peculium quæreret. Duæ hic res notandæ occurrunt: altera, nullum *Ego* sive *Meum* nullumve *proprium* amori puro in esse; altera, objectum Spei non solum *Bonum* esse quatenus proprium est, sed & bonum, pulchrum, justum, & perfectum, quod pertinet & pertinere debet ad illum, qui amatur. Nonne tot in mundo vivunt & obvii sunt homines, qui bona desiderant & quærunt, cum spiritualia tum corporalia, aliis magis ac sibi, & hic amor longè purior est illo, qui suum sibique tantùm bonum quærit. Purus amor non agnoscit nisi Deum, Deique voluntatem, reliqua omnia ipsi merum *nihil* sunt. Sed quemadmodum voluntas Dei fuit certas proferre res, quæ omnia ab ipso habent, ad ipsum pertinent, & creaturæ audiunt; itidem, quemadmodum vult, ut & Ipse, & sua Patentia, Sapientia, Bonitas, Veritas, Justitia, in hisce subjectis colatur & glorificetur, id quod nondum effectui datum est, & quotidie vel myriades obstaculorum patitur: ita sufficiens puro amori adest materia desiderandi, ut hæc Dei voluntas in omnibus hisce Subjectis impleatur; In effectu, ille requirit & sperat. Et cum anima, in qua amor purus dominatur, unum ex illis, quæ

quæ ad Deum pertinent, ſubjectis ſit, in quâ ut hoc fiat, Deus vult; non poteſt non idem in ſemet ipſo (h. e. in ſubjecto individuo, quod ſolius Dei eſt) deſiderare, non minùs & in reliquis Subjectis; dum nihil æquius, juſtius nihil eſt, quàm ut gloria & virtus Creatoris ceu Summi Boni in toto hoc univerſo pateſiat per omnes res, ab ipſo factas, & ad ipſum facientes. Et hæc ſpes eâdem cum puro amore puritate gaudet. Id quod ſperatur, non ampliùs ſperatur ut ſibi terminativè, ſive ideò, quod hujus ſpei origo τὸ SE aut SIBI, & quod ad illud facit, exiſtat. Hoc enim SE, hoc ME (ut Sancti loquuntur) locum ibi non habet, ſed evaneſcit. Illud autem SE & SIBI, quod ibi invenitur, non eſt, niſi Subjectum à Deo veniens, & in quo Deus Principium, Cauſa, finis, motiva, operator, poſſeſſor & Omnia eſt. Is qui ex amore puro dixit, *anathema eſſe deſideravi pro fratribus meis*, dicebat ex ſpe pura: *Corona juſtitiæ mihi eſt reſervata, quam mihi die futuro dabit Dominus juſtus judex:* hoc eſt, Dominus in hôc, quod totum ipſius eſt ſubjecto elucere faciet juſtitiam ſuam, & veritas ejus in ipſo fulgebit, ego autem hoc ſpero ad gloriam ejus. Dicit idem Apoſtolus quod ad Statum hujus vitæ attinet, *in homine novo Jeſum Chriſtum omnia in omnibus eſſe.* Colosſ. 3, 11. Magna quædam Sancta ex eodem hoc principio Jeſu Chriſto dicebat, cum refectionem capere vellet, ſe illum nutrire velle; Quô factô Jeſum

Sancta Gertrudis in Inſinuationibus divinæ pietatis.

 Chri-

Christum eam gratiarum actione dignaturam fore. Expressio sanè, naturæ prorsus ignota & peregrina. Nisi metus nimiæ prolixitatis terminos nobis poneret, multa adhuc hâc de materia dicenda restarent. Sufficiet autem, si lectorem remisero ad vitam incomparabilis Catharinæ de Genuâ, quæ in Theologia Cordis impressa, & miraculorum ejusmodi plena est. Obvium ibi inter alia erit, Sanctos, terminis SE, ME, MEUM, MIHI &c. utendo, illud non facere, nisi quia aliter se exprimere non invenirunt, quàm per verba lingvæ communis: Verus autem eorum sensus absque omni comparatione longè sublimior est: ut ita vulgare proverbium verissimum sit; *Sanctorum verba qui rectè intelligere appetit, eorum Spiritum habeat, necessum est.*

23. Non verò inficiandum, in hoc vitæ spatio, ubi vicissitudo tantum loci sibi vendicat, interdum usu venire, ut superior animæ portio, quæ puri amoris solium est, tot nubibus obnubiletur, inferior autem pars adeò prematur, ut hæ, ne succumbant, indigeant meditatione bonorum quorundam salutarium, quæ respiciuntur ut bona ad illas pertinentia, & ipsis promissa. Præterea etiam notandum, Sanctos in hoc Statu interdum tentationes repellere, & tentatorem hoc meditationis modo confundere, nec tamen statim inde sequi, meditationes ejusmodi vel potiùs bona quæ meditantur causam esse fidelitatis eorum; sunt enim simpliciter media, quæ sufficiunt ad confundendum & pudefaciendum inimicum.

micum. Si homo incœstus & luxuriosus, castam potentis & divitis cujusdam Dynastæ uxorem seducere vellet, eamque licitatione magnæ pecuniæ Summæ tentaret, illa autem Domina ipsi responderet, eum reprobando, Maritum suum vel millies plura ipsi deposuisse; quis quæso hinc concluderet, fidelitatem ejus in bonis & divitiis mariti ejus fundari? Ni fallor nemo. Quid prodest semper fortissima adhibere arma ad resistendum hosti incurrenti, qui tamen vilioribus distrahi potest.

24. Cum Theologia germanica adeò contemtim quasi non solùm de mancipiis sed etiam de conductitiis loquitur, non est, quod quis sibi persvadeat, eam ideo medium quendam statum negare, qualis esset Status infantis, in quo amor erga Parentes suos in principio interno nititur, atque etiam alius est ab amore conductitiorum, qui amor autem durante Statu pueritiæ, non excludit causam dulcedinum, remunerationum & commodorum, quibus ille donatur. Ratio est, quod in infante portio intellectualis & libera, in qua amor purus sedem habere debet, tota adhuc dormituriens & oppressa est, cum è contrario portio sensualis statim vivax & alacris sit: Et ideò benè faciunt illi, qui tunc temporis eam ita applicant, ut liberos suos ad omne, cujus tunc capaces sunt debitum applicant. Interea autem dum infans crescit, intellectus formatur, ipse autem ad usum libertatis suæ adspirat & ad Statum virilem ascendit, amovet & tollit (si bonæ indolis est) motus commodi privati & discit amore, modo

puriori. Absque hoc si foret, illud quod in pueritia ejus in ipso non reprehendebatur, ætate virili admodùm culpabile diceretur, imò degeneravisse diceretur à qualitate filii ad conditionem servi conductitii, quæ omnium infima & vilissima est. Nonne simili modo homines statum suum erga Deum disponere deberent, aut ad minimum eò tendere, illudque desiderare & à Deo petere? At verò divinum hunc & purum amorem damnare & ùt phantasias atque imaginationes proclamare, aliud esse non potest, quam signum radicis malæ in corde latentis; licèt prætextus, quo proprietas detestando sese fucare affectat, pulcherrimus sit, nempè amorem purum non nisi in cœlo reperiri. Positò hoc ita esset verum, (ùt jam falsum reipsâ existit,) quid mali faceremus, si eum è cœlo ad nos evocare studeremus, quippe cùm quotidiè à Deo petamus, *ut voluntas ejus fiat, sicut in cœlo, sic & in terris?* Num imaginationes, phantasias, res impossibiles à Deo petimus, quas neque vult, neq; potest dare? Vultne ut eum petamus, nec tamen preces nostras exaudire? Et quis prænovit, quid adhuc facturus sit in terris ante seculi consummationem? Tot præteriti ævi Sanctorum exempla, aut ad minimum incontroversum illud Mosis exemplum, qui summam Dei gloriam saluti suæ prætulit, nonne notum faciunt, purum hunc amorem jam ante multos annorum millenarios in terris repertum fuisse? Hoc sanè est aliquem irridere, cùm nobis persvadere conantur, verba; *Remitte huic populo peccata aut me*
ex

ex tuo expunge Libro, non esse, nisi figuram rhethorices hyperbolicam. Certè omni erisione digna est traditio, Mosen cum Deo juxta Rhetoricam locutum esse. Verum autem est Mosen de SE habuisse nihil, ejus SE & SIBI, particularis & Deo propria erat creatura: & reliqui erant vel millenarii creaturarum, etiam ad Deum pertinentes: Moses autem, qui Dei honorem adeò puro & ab omni lucro privato alieno amavit amore, at prætulit per hoc principium, ac pluris habuit, quòd ille honor potiùs in infinitis aliis speciatim instauraretur, quàm in (se) uno solo. Num verò hæc adeò comprehensu difficilia sunt?

25. Illi qui doctrinam de puro amore & de contemplatione condemnarunt, exinde sui ipsius judices esse possent, si semet ipsos explorarent, quænam ipsis arrideret pars, si Conjugati, Parentes, Domini & Præpositi sive superiores essent, num eas conjuges, liberos, servos & subditos, qui illos absque interesse privato, & ex amore ad solos ipsosmet, vel etiam illos, qui ipsos ob commodum, quod inde expectarent, amarent; aut illos, qui mente sua semper ad ipsos inclinarent, & tota die circa eos discurrerent; vel tandem eos, qui semper in præsentia eorum quieti manerent, benè attendentes ad eâ, quæ ab ipsis exigi possent, majori prosequerentur amore? communis intellectus unicuique sufficienter responsionem monstrabit; & tum id, quod responderi posset & deberet, multa judicia & præjudicia emendare posset.

 26. Ab-

tùm matrem suam respicit, & tamdiu flet, usque tum misericordiam ejus movet, & ab illa suscipitur: Ita etiam fideles animæ in Deum confidunt, omnemque ipsi tribuunt justitiam.

Non equidem peto veniam, quod materiam hanc elegantem protulerim, cùm multa alia ejusdem momenti loca circa eandem proferre possem. Ea brevior oratio ejusdem Authoris, agens de amore puro, qui ad suam nihil refert lucrum. (Opusc. VII. cap. XX.)

17. *Qui Deum ex omnibus amant visceribus, & sibi proposuerunt ipsi servire, non ob regnum* (cælorum) *ut mercatores ob lucrum, nec ob metum pœnarum, peccatoribus paratarum: Isti Deum solum ut Creatorem suum adamarunt, & justo agnoverunt serie, servos Creatori & Domino suo placere debere. - - Siquidem animæ non tantùm paupertas & contemptus, sed & divitiæ atque honores, tentationes sunt: imò aliquâ ex parte ipsæ consolationes & requies, quas illa amplectitur, nisi tum, cum iis digna redditur, in sensu & fruitione earum, magnam adhibeat discretionem & sapientiam. Permittit enim Creator, ut ab utraque parte tentetur anima, ut evidenter appareat, qualis sit? num ex amore lucri eum amet, aut è purò erga ipsùm affectu, quòd ipse verè dignus sit, ut ametur.* Ut prolixitatem nimiam caveam, omitto descriptiones *tentationum* & *probationum* animæ, quæ itidem in Sacris literis & Scriptis Sancti hujus viri evolvi dantur, qui in 18tavâ sua homilia prolixam sistit narrationem multifariorum donorum Dei,

Dei, quæ animas in hâc adhuc vita gustare facit, ut & multorum statuum, quos eas transire permittit; nempe gaudium cælestis convivii, divinam unionem Sponsi cum sponsa, angelicam levisſimamque celeritatem, divinam ebrietatem, luctum, ob perditionem animæ, fervorem gaudii & amoris, profundam humiliationem infra omnia, ineffabile gaudium Spiritus, fortitudinem erga hostem, delicias Spiritus, ineffabilem suam quietem in profundo silentio & pace, revelationem ineffabilium mysteriorum; & interdum statum omninò communem. De omnibus his loquitur gratiis (quarum nomen & novitas magna temeritate inventioni mysticorum recentiorum ævô istô ultimo adscribitur.) quod Deus eas donet per intervalla, itemque auferat animabus, quas exercere & probare, atque magis magisque purgare vult, etiamsi jam perfectioni propinqui sint: En enim hîc earum definitionem: *Anima perfectionem Spiritus attingens, perfectè purgata est, ab omnibus suis passionibus, item Spiritui Sancto mixta & unita, per unionem prorsus ineffabilem: digna enim reddita est, unus cum Sancto Spiritu evadere Spiritus: Tum tota est lux, tota oculus, tota Spiritus tota gaudium, tota requies, tota jubilum, tota amor, tota amoris viscera, tota bonitas, totaque mansvetudo. Quemadmodum Lapis in maris fundo undiquaque aquâ circumdantur, ita etiam animæ hæ, totæ & integræ Spiritui Sancto mixtæ, Jesu Christo prorsus Similes redduntur, & possident in se virtutem potentiæ Sancti Spiritus, sine ruga, sine macula,*

cula, internè & externè, modo purissimo: restituti enim per Sanctum Spiritum, quomodo ab extra malos possent ferre fructus? Cùm potius contrarium constet, omnes enim Sancti Spiritûs fructus, ibi in summo suo splendore apparent. Lubuit exemplum hoc aliquantùm prolixius explicare, quô non solum mysticam in Sancto Macario reperiri theologiam, probarem, sed & mysticos theologos & præprimis *theologiam germanicam* justificarem ab accusatione, quod novas res novosque terminos proferat; Vixit autem hic Author Seculo IV. & tanta floruit Sanctitate, ut ab omnibus agnitus & admiratus sit.

18. Consideremus quasdam difficultates circa hanc materiam. Quæritur, Quodnam est objectum contemplationis? Estne Deus unicè & generaliter consideratus; Aut, quædam attributorum ejus? aut θεανθρωπος ejusque Mysteria? Difficultates, quæ in hoc argumento formantur, ridicula mihi sunt admodum, & inutiles videntur, cum constitutiones & status animarum, item tractus Dei ad contemplationem activam, ut & influxus Dei in passivam differant; Quid prodest absolutum ejusmodi conclusum facere velle, de re, deque modo & ratione, quæ & à parte animæ, & à Parte Dei tot tantisque variationibus & vicissitudinibus obnoxiæ sunt? In Secunda *Theologiæ Cordis* parte parvulus extat tractatus de interna vita; in fine ejus traditum est, multos esse orationis & contemplationis modos, respectu variorum objectorum inter se differentium, & unumquemque hâc in re tractùm suum sequi

ſequi debere, & ſpeciali talento ipſi à Deo concreditò bene uti. Hoc utique eſt ſecurisſimum, & multis difficultatibus atque impedimentis prævenit & medetur.

19. Quæritur, num in contemplatione continuatio actuum detur? Reſpondetur; in eô quantùm ex activitate complectitur, cum & per ſomnum & per neceſſarias occupationes interrumpatur, evidenter apparet, activitatem in ea non continuari; Si autem hæc interruptio ex principio necesſitatis & non ex cupiditate voluntaria oritur. Deus eam actûs ceſſationem, non imputat ut interruptionem, ſed potiùs aſpicit ut continuationem, ex ea ratione, quòd voluntas libenter illum continuare vellet, niſi illud impediret necesſitas: imò eandem ob cauſam, hic idem actus *virtualiter* continuus appellatur, hocque juſtis ex rationibus, quia res ejusmodi per necesſitatem fieri poſſunt, ſive ad placendum Deo, ſive ad ſubjiciendum ſe ejus voluntati. Quod ad repetitionem exercitii hujus actûs attinet, inconſultum mihi videtur ſtrictas nimium & prorſus abſolutas circa illam regulas indiſcretè præſcribere, ex iisdem, quas recenſuimus rationibus.

20. Quod autem ad pasſivum & in internam orationem influens attinet, certum eſt (non enim retractat ſua Dona Deus) actum luminis ejus divini in animam eſſe continuum, & ordinariè (excipe modo Somni, ut & aliquo modo tentationis tempus) illum aliquomodo ſentiri, quanquam generalisſimè & ſpiritualisſimè. Homo

radiis

radiis Solaribus expositus, eos sentit, quamdiu ab iis irradiatur, quanquam sine distincta perpensione & reflexione; & hoc evidenter verum est: Hoc enim lumen si ipsi, quanquam ad momentum temporis, extingveretur, statim ejus sentiret amissionem, eò quod sensus, quem hactenus ex hoc lumine habuerat, cessaret & deficeret. Hic autem sensus antea actualiter & continuè aderat.

21. Sicut autem, quò particulares fiant reflexiones, & Lumen sive Sol directiùs consideretur, non opus est, ut homo semper ei expositus, ampliùs illùc se referat, aut quasi de novo se ad hunc actum applicet; sed sufficit ipsi vel minimus oculorum aut cogitationum nutus: Simili modo Mystici de veris luminis divini contemplatoribus loquuntur, & Canfeldius comparationem facit ad modum sive rationem, revocandi sibi in memoriam Statum in quô quis se sentit. Item, quemadmodum illi, qui luci expositi sunt, non impediuntur, vel infinitam variorum objectorum multitudinem, modis millibus contemplari, ita generalis & continua hæc contemplatio Dei & divinæ Lucis, non repugnat modis etiamsi infinitis contemplationum peculiarium & specialium, à generalibus longè distantium: Et tandem, quemadmodum nemo actualiter & continuè lumine Solis fruens, hâc fruitione non impeditur, quin ad varias officii sui occupationes sese applicare possit, quas & necessitas & salus requirit, sed potiùs adjuvatur: Ita & de Lumine divino sentiendum circa

eos,

eos, qui illud possident & contemplantur. Et ideò germanica theologia non patitur ut dubitemus; centum enim locis probat, hominem Deificatum, qui perfectus est contemplatos, à Deo ad omnes virtutum actûs, imò ad omne id, quod ordini & officio sive debito consentit, impelli: quippe & Jesus Christus erat & est illud Deo, quod homini manus. Verum tamen est, quod, quemadmodum homo, qui ad lucem locatus, rem aliquam intentè meditaretur, eodem tempore ineptus esset ad alia agenda; Par ratio est animæ à Deo singulari contemplatione detentæ, & quidem modo sublimi; quippe quæ tum ad alia omnia negotia inepta est. Sed præterquàm quod hæc raro accidunt & non diu durant, Deus ipsemet omnia ita disponit, ut occasiones removeat, quarum præsentia animam ad actiones obligare posset.

22. Quia theologia germanica toties amoris puri, suum non quærentis mentionem facit, non possumus (nostro quidem judicio) præterire, quin famosam attingamus objectionem, factam non ita pridem circa has materias, nec ut mihi videtur, probè solutam: Dictum est, amorem purum in possessore suo spem annihilare, si verum esset, quod hujus statûs homines bonum non ampliùs respicerent & desiderarent, sive sit illud supernaturale, sive naturale in comparatione cum seipsis & tanquam bonum suum proprium. Responsio, hæc amorem purum nihil excludere, nisi desiderium boni ortum ex motu naturali, non verò illud, quod originem habet ex attactu super-

pernaturali; videtur mihi nova difficultas, imò nec veritati conformis videtur; Sole enim evidentiùs est, nullum supernaturalem attactum, sive motum animabus gradum puri amoris calcantibus, ullum actum instillare posse, qui puro non responderet amori, qualis esset actus desiderii summi boni, dum quis illud sui causa & sibi in peculium quæreret. Duæ hic res notandæ occurrunt: altera, nullum *Ego* sive *Meum* nullumve *proprium* amori puro in esse; altera, objectum Spei non solum *Bonum* esse quatenus proprium est, sed & bonum, pulchrum, justum, & perfectum, quod pertinet & pertinere debet ad illum, qui amatur. Nonne tot in mundo vivunt & obvii sunt homines, qui bona desiderant & quærunt, cum spiritualia tum corporalia, aliis magis ac sibi, & hic amor longè purior est illo, qui suum sibique tantùm bonum quærit. Purus amor non agnoscit nisi Deum, Deique voluntatem, reliqua omnia ipsi merum *nihil* sunt. Sed quemadmodum voluntas Dei fuit certas proferre res, quæ omnia ab ipso habent, ad ipsum pertinent, & creaturæ audiunt; itidem, quemadmodum vult, ut & Ipse, & sua Patentia, Sapientia, Bonitas, Veritas, Justitia, in hisce subjectis colatur & glorificetur, id quod nondum effectui datum est, & quotidie vel myriades obstaculorum patitur: ita sufficiens puro amori adest materia desiderandi, ut hæc Dei voluntas in omnibus hisce Subjectis impleatur; In effectu, ille requirit & sperat. Et cum anima, in qua amor purus dominatur, unum ex illis,

quæ

quæ ad Deum pertinent, subjectis fit, in quâ ut hoc fiat, Deus vult; non potest non idem in semet ipso (h. e. in subjecto individuo, quod solius Dei est) desiderare, non minùs & in reliquis Subjectis; dum nihil æquius, justius nihil est, quàm ut gloria & virtus Creatoris ceu Summi Boni in toto hoc universo patefiat per omnes res, ab ipso factas, & ad ipsum facientes. Et hæc spes eâdem cum puro amore puritate gaudet. Id quod speratur, non ampliùs speratur ut sibi terminativè, sive ideò, quod hujus spei origo τὸ SE aut SIBI, & quod ad illud facit, existat. Hoc enim SE, hoc ME (ut Sancti loquuntur) locum ibi non habet, sed evanescit. Illud autem SE & SIBI, quod ibi invenitur, non est, nisi Subjectum à Deo veniens, & in quo Deus Principium, Causa, finis, motiva, operator, possessor & Omnia est. Is qui ex amore puro dixit, *anathema esse desideravi pro fratribus meis*, dicebat ex spe pura: *Corona justitiæ mihi est reservata, quam mihi die futuro dabit Dominus justus judex:* hoc est, Dominus in hôc, quod totum ipsius est subjecto elucere faciet justitiam suam, & veritas ejus in ipso fulgebit, ego autem hoc spero ad gloriam ejus. Dicit idem Apostolus quod ad Statum hujus vitæ attinet, *in homine novo Jesum Christum omnia in omnibus esse.* Magna quædam Sancta ex eodem hoc principio Jesu Christo dicebat, cum refectionem capere vellet, se illum nutrire velle; Quô factô Jesum

Coloss. 3, 11.

Sancta Gertrudis in Insinuationibus divinæ pietatis.

Chri-

Christum eam gratiarum actione dignaturam fore. Expressio sanè, naturæ prorsus ignota & peregrina. Nisi metus nimiæ prolixitatis terminos nobis poneret, multa adhuc hâc de materia dicenda restarent. Sufficiet autem, si lectorem remisero ad vitam incomparabilis Catharinæ de Genuâ, quæ in Theologia Cordis impressa, & miraculorum ejusmodi plena est. Obvium ibi inter alia erit, Sanctos, terminis SE, ME, MEUM, MIHI &c. utendo, illud non facere, nisi quia aliter se exprimere non invenitunt, quàm per verba lingvæ communis: Verus autem eorum sensus absque omni comparatione longè sublimior est: ut ita vulgare proverbium verissimum sit; *Sanctorum verba qui rectè intelligere appetit, eorum Spiritum habeat, necessum est.*

23. Non verò inficiandum, in hoc vitæ spatio, ubi vicissitudo tantum loci sibi vendicat, interdum usu venire, ut superior animæ portio, quæ puri amoris solium est, tot nubibus obnubiletur, inferior autem pars adeò prematur, ut hæ, ne succumbant, indigeant meditatione bonorum quorundam salutarium, quæ respiciuntur ut bona ad illas pertinentia, & ipsis promissa. Præterea etiam notandum, Sanctos in hoc Statu interdum tentationes repellere, & tentatorem hoc meditationis modo confundere, nec tamen statim inde sequi, meditationes ejusmodi vel potiùs bona quæ meditantur causam esse fidelitatis eorum; sunt enim simpliciter media, quæ sufficiunt ad confundendum & pudefaciendum inimicum.

micum. Si homo incœstus & luxuriosus, castam potentis & divitis cujusdam Dynastæ uxorem seducere vellet, eamque licitatione magnæ pecuniæ Summæ tentaret, illa autem Domina ipsi responderet, eum reprobando, Maritum suum vel millies plura ipsi deposuisse; quis quæso hinc concluderet, fidelitatem ejus in bonis & divitiis mariti ejus fundari? Ni fallor nemo. Quid prodest semper fortissima adhibere arma ad resistendum hosti incurrenti, qui tamen vilioribus distrahi potest.

24. Cum Theologia germanica adeò contemtim quasi non solùm de mancipiis sed etiam de conductitiis loquitur, non est, quod quis sibi persvadeat, eam ideo medium quendam statum negare, qualis esset Status infantis, in quo amor erga Parentes suos in principio interno nititur, atque etiam alius est ab amore conductitiorum, qui amor autem durante Statu pueritiæ, non excludit causam dulcedinum, remunerationum & commodorum, quibus ille donatur. Ratio est, quod in infante portio intellectualis & libera, in qua amor purus sedem habere debet, tota adhuc dormituriens & oppressa est, cum è contrario portio sensualis statim vivax & alacris sit: Et ideò benè faciunt illi, qui tunc temporis eam ita applicant, ut liberos suos ad omne, cujus tunc capaces sunt debitum applicant. Interea autem dum infans crescit, intellectus formatur, ipse autem ad usum libertatis suæ adspirat & ad Statum virilem ascendit, amovet & tollit (si bonæ indolis est) motus commodi privati & discit amore, modo

puriori. Absque hoc si foret, illud quod in pueritia ejus in ipso non reprehendebatur, ætate virili admodùm culpabile diceretur, imò degeneravisse diceretur à qualitate filii ad conditionem servi conductitii, quæ omnium infima & vilissima est. Nonne simili modo homines statum suum erga Deum disponere deberent, aut ad minimum eò tendere, illudque desiderare & à Deo petere? At verò divinum hunc & purum amorem damnare & ùt phantasias atque imaginationes proclamare, aliud esse non potest, quam signum radicis malæ in corde latentis; licèt prætextus, quo proprietas detestando sese fucare affectat, pulcherrimus sit, nempè amorem purum non nisi in cœlo reperiri. Positò hoc ita esset verum, (ùt jam falsum reipsâ existit,) quid mali faceremus, si eum è cœlo ad nos evocare studeremus, quippe cùm quotidiè à Deo petamus, *ut voluntas ejus fiat, sicut in cælo, sic & in terris?* Num imaginationes, phantasias, res impossibiles à Deo petimus, quas neque vult, neq; potest dare? Vultne ut eum petamus, nec tamen preces nostras exaudire? Et quis prænovit, quid adhuc facturus sit in terris ante seculi consummationem? Tot præteriti ævi Sanctorum exempla, aut ad minimum incontroversum illud Mosis exemplum, qui summam Dei gloriam saluti suæ prætulit, nonne notum faciunt, purum hunc amorem jam ante multos annorum millenarios in terris repertum fuisse? Hoc sanè est aliquem irridere, cùm nobis persvadere conantur, verba; *Remitte huic populo peccata aut me*

ex

ex tuo expunge Libro, non esse, nisi figuram rhethorices hyperbolicam. Certè omni erisione digna est traditio, Mosen cum Deo juxta Rhetoricam locutum esse. Verum autem est Mosen de SE habuisse nihil, ejus SE & SIBI, particularis & Deo propria erat creatura: & reliqui erant vel millenarii creaturarum, etiam ad Deum pertinentes: Moses autem, qui Dei honorem adeò puro & ab omni lucro privato alieno amavit amore, at prætulit per hoc principium, ac pluris habuit, quòd ille honor potiùs in infinitis aliis speciatim instauraretur, quàm in (se) uno solo. Num verò hæc adeò comprehensu difficilia sunt?

25. Illi qui doctrinam de puro amore & de contemplatione condemnarunt, exinde sui ipsius judices esse possent, si semet ipsos explorarent, quænam ipsis arrideret pars, si Conjugati, Parentes, Domini & Præpositi sive superiores essent, num eas conjuges, liberos, servos & subditos, qui illos absque interesse privato, & ex amore ad solos ipsosmet, vel etiam illos, qui ipsos ob commodum, quod inde expectarent, amarent; aut illos, qui mente sua semper ad ipsos inclinarent, & tota die circa eos discurrerent; vel tandem eos, qui semper in præsentia eorum quieti manerent, benè attendentes ad eâ, quæ ab ipsis exigi possent, majori prosequerentur amore? communis intellectus unicuique sufficienter responsionem monstrabit; & tum id, quod responderi posset & deberet, multa judicia & præjudicia emendare posset.

 26. Ab-

26. Absurdum autem est & sequens judicium, dum & amori puro & contemplationi imputatur, quod omnes deleret virtutes & tepefaceret. Estne possibile, bonum judicium sive intellectum huic se immiscere potuisse consequentiæ? Docetur, quod post statum, ubi homo sese exercuit in oppugnandis vitiis per praxin & acquisitionem virtutum, perutile sit, humilem se coram Deo sistere, ut ipsemet ea, quæ nos per languidam & imperfectam nostram activitatem perfectè exequi non valemus, efficiat, & ex suis rebus in nobis ad gloriam suam proferat omne id, quod divinæ ejus voluntati visum fuerit. Et tamen hoc quod à Deo in anima corroboratur & confirmatur, jam idem esse & dici debet, quod virtutem debilitare? Verum est, homines hujus status non amplius indigere acquisitione virtutum, nec voluntate eas exercendi, (sano sensu) hoc est, habere recursum ad habitum acquisitum, & inde extrahere activitatem, quæ vitiosis inclinationibus in anima adhuc restantibus opponatur: Supponitur enim vitia jam eradicata esse. Si quis ulterius vellet pergere, & malum secretum, propriam adhæsionem, & secretam imperfectionem consvetudinem bonarum curare, demergendo eas in amorem Dei, qui homini fit τὸ πᾶν, eumque regit ut sibi visum fuerit; Quis non videt, animas ejusmodi magnos auri possidere thesauros, cujus alii parvas tantum particulas tenent, & quidem in cupro aut argento? Deumque & ejus voluntatem, qui purum sunt bonum, aliter non posse, quin novam

vam ipsis vitæ rationem novaque opera inspirent, quæ juxta artem non ampliùs virtuosa dici debent, sed divina & Deiformia. Accuratè admodum si quis hoc exprimere vellet, non decceret illud amplius appellare monetam, licèt tota externa species talem se exhibeat. Dantur quidem *frusta auri* purissimi, sed dantur etiam res aliæ, longè majoris pretio.

27. Quemadmodum disappropriatio sive abrenunciatio magnam partem habet in mirabili hac mutatione, multaque de ea traduntur in theologia germanica, ita quoque æquum & justum est, ut aliquid de ea proferamus, cum ab his ut ridicula, ab aliis verò ut impossibilis & sibi ipsi contraria tractetur, etiamsi ratio & intellectus communis apprimè comprehendant, nihil evidentiùs, justiùs nihil esse posse. Nonne enim verum est, omnes res creatas originaliter, & absolutè Deo proprias esse, omniaque ab illo provenire & coram ipso existere? Si res sunt corporales & circumscriptæ verum est, eas à Deô accepisse essentiam, item vires & facultates, multos, divinæ ejus bonitatis effluxus accipiendi. Sed quòd res hæ, earumque facultates non consistunt, neque fundantur, nisi in potenti virtute Dei, suamque perfectionem invenire non possunt, ad quam creatæ sunt, nisi in benedictione Dei, & in manifestatione Liberalitatis ejus: Evidens est atque certum, unumquemq; se resignare debere suo modo, hoc est tendere & aspirare extra se, liberalitatem Dei versùs, & quando hoc perfectum est, semet ipsum abnegare, & ad ex-

tra se expandere, quò ibi manifestetur. David & Paulus docent, Creationis opera hæc facere & ad hunc tendere scopum, ad minimùm quatenus homo illa ab hoc non avertit. Ad rationales quod attinet creaturas, quemadmodum plura acceperunt, ut vocatæ sint ad participationem & scopum longè sublimiorem, quàm irrationales, semet autem plus captivarunt & sibi ipsis mancipârunt, ita majori indigent disappropriatione. Vide quæ in hâc Materia consideranda occurrunt!

28. Deus rationalibus Creaturis, sive potiùs homini (de quô oratio nostra texitur) animam dedit, item facultates in proprietate naturali, & quemadmodum particula auræ sive essentiæ ejus sunt, ita nunquam eos perdi patietur.

Anima ejusque facultas nihilosecciùs in radice virtutis Dei consistit, & facta est ad accipiendum operationes & gratiam Dei, & ad remittendum eas iterum in Deum. Si accidit, ut in particulari radices figat, & ex se ipsa succum attrahere ambiat, independenter à Deo, tum semet ipsam corrumpit, & nihil profert, nisi malum, & lignum putridum, quod ad combustionem spectat. Qui status relinqui nequit, nisi per abnegationem principii hujus, independentiæ & proprietatis.

Anima, quæ se à virtute & conditione Creatoris sui separare non vult, sed suam ad Eum elevat facultatem, ad accipiendum ab eo operationes & gratiam ejus, quæ eam perfectam sistant, bene facit: Conformis enim est voluntati

tati Dei, qui vult, ut animæ & earum facultates perfectæ ſint; Si autem anima has Dei gratias hæcve Dona accepit, & ea ſibi ipſi ſervat, ſibique in ſemet ipſo complacet, quia talia poſſidet, in peccata labitur, & in iis perit, ſi ita perſeverat, unde reverti nequit, niſi per viam abrenunciationis aliûs, quæ eam retrahit ab appropriatione gratiæ Dei ut propriam ſibi, & à complacentia, quam illa capiebat eò quod tantis prædita ſe videret donis, quæ etiam eam adigit, ut omnia ad Deum referat & remittat, nec ullum amplius honorem ullasve delicias quærat, quam in bonitate & liberalitate ejus

Animæ, quæ ſe ita conſiderant, quemadmodum adhuc fundamentum naturæ proprium habeant, unum ſcil. SE, & facultates à Deô ipſi datas, quas tamen libenter ad ipſum referre, & in honorem & cultum ejus applicare velit, reapſe ſunt beatæ; Beatitudo autem earum vel gradû inferior eſt ac illarum, qui per ultimam & nobilisſimam diſappropriationem, ſibi ipſis, τῷ SE, & omni illi adhærenti renuntiant, ſeque totos Deo tradunt, in quo prorſus ſe amittunt: Ita ut eorum *ME* & *MEUM* nihil ſignificet, niſi Deum, Dominum omnium, omnia operantem & omnia per ſe ipſum ordinantem. Ejusmodi inquam animabus Deus non ſolùm theſaurum ſuarum gratiarum haud ſimpliciter communicat, ſed veſtit illas etiam ſe ipſô modò ſingularisſimô, totasque eas divinas reddit. Hæ autem ſunt animæ puri amoris, quas myſtica theologia deificatas, ſponſas Dei, incomparatè ſublimiores omnibus

mnibus reliquis alterius ordinis beatorum appellat.

29. Abnegatio, quæ illas eò perducit, oritur ex privationibus, & rigorosis probationibus, quæ diversimodè, inprimis autem in theologia germanica infernum temporale audiunt: Restat verò aliquid adhuc dicere ad obviandum objectionibus, quæ hisce opponi possent. Ecce rem ipsam in se secundùm Principia Mystica.

Quod Deus, qui animam prorsus à suo SE & SIBI exuere ambit, ne in illo sibi complaceat, aspiciens se in statu Splendoris ejusmodi, & tantæ infinitæ gloriæ, sed ut ille in ipsa unicum omne sit, eam in talem incidere Statum patiatur, in quo vivaciter & admodùm Suum Nihil, item suam impotentiam suamque indignitatem & horrorem peccati, cujus Stipendium mors est, sentiat: Permittit etiam ut ineffabilem hujus damnationis percipiat impressionem ceu rei ejusmodi, quam justitia Dei illi infligere, supersedere nequeat.

Certissimum est, animas fuisse & adhuc esse, quæ in talem demissæ fuerunt statum: cujus impressionem nec ipsæmet sibi, nec ulla ipsis creatura auferre potuit. Nihilosecius, quanquam Deus hunc, ad utilitatem earum, disponat, hostis tamen illum ita adhibere studet, ut ipsis prævaleat, & in tale præcipitet malum, in quod incidere impossibile non est in hâc vitâ: Quæritur, quomodo ipsis succurri queat, ut pro virili ab ejusmodi malo præmuniantur, & ad eum perducantur statum, in quô Deus illos habere vult, ut parti-

participes fiant liberationis ejus. Mystici in fundamento de hisce loquuntur; quod quemadmodum Dei voluntas est, ut anima eò allaboret, quò suum SE & SIBI amittat, eique se totam dedat, & illum ut absolutum Dominum in se eligat; ita etiam illuc devenire possit, ut suum OMNE Deo ita offerat, ut ejus nullam amplius curam habeat, item Deum, Deique voluntatem & Manuductionem pro suâ OMNE recipiat, agát etiam ille in & cum ipsa, prout Ei lubuerit, etiamsi illam in infernum detrudere vellet, ita ut ab hoc momento Sancta hæc in illa voluntas, tanti imò majoris ipsi sit momenti, quàm omnis beatitudo juxta voluntatem propriam, atque sic ut futurarum rerum curis & meditationibus se non torqueat, sed simpliciter voluntati divinæ tradat, ubi suam inveniet liberationem. Et certè illa, quæ Dei voluntatem, ut ea in ipso est, & ab ipso provenit (Est autem Ille perfectio & elementum pacis & quietis) amplectitur, eodem hôc amplexu ipsum Bonum, ipsamque pacem amplectitur. Exitus & eventus in pluribus Sanctis hoc verum reddidit. Atque ita cura, quam hominum quidam has veritates non penetrantes suscepêre, inutilis est, dicentes hi, conditionem sive statum hunc, naturæ rem impossibilem & absurdum esse; illi autem, eundem statum ad blasphemias abire.

30. Ut autem probemus, hæc non ita se habere; notandum est, in materia, quam tractamus, plures res meditandas occurrere: e. g. in puncto *Salutis* multum gaudii, voluptatis, gloriæ

&amo-


& amoris divini ſentitur: In Statu *damnationis* contrarium datur, occurrit enim ibi pœna, contemptus, ignominia, ſimplex amoris privatio, blaſphemiæ poſitivæ, & reale odium in Deum: eſt ibi etiam juſtitia Dei, quæ vult & adminiſtrat pœnas & privationes, & tandem peccatum hominis, hæc omnia promerens. Si itaq; jam ſermo habetur de anima, per manum Dei omnipotentem, quam effugere non valet, in horribilem hanc pœnam conjecta, ut ſalutem ſuam quaſi amiſſam, damnationem autem quam certiſſimam cenſeat, quæ autem nihiloſecius acquieſcere & obedire poſſet, reſpectu voluntatis Dei, item juſtitiæ ejus, & ſuæ indignitatis: Tum non ſtatim aſſeritur, eam aquieſcere & voluntatem ſuam tradere ad Deum blaſphemandum & odio habendum, multo minus ad peccandum, quod damnationis cauſa eſt, cum hæc tria minimè ex juſtitia Dei oriantur, & Deus illa haud quaquam velit: Sed dicitur tantùm, animam acquieſcere debere juſtitiæ Dei, qui illam ob indignitatem ejus æterno gaudio æternaque gloria privare vult, conſentiendo & annuendo juſtitiam hanc eſſe, absque omni tamen approbatione peccati ſive odii Dei aut blasphemiarum condemnationis. Si autem quis aſſereret, idem hoc ridiculum & impoſſibile eſſe, cum omnia hæc indiſſolubiliter conjuncta ſint in damnatione & privatione ſalutis; idem eſſet, ac ſi alphabeti obliviſceretur, quod in ſchola didicit. Docetur item ibidem, quod etiam licet in ſubjecto plures inveniantur res inſeparabiles, illas nihiloſecius diſtinctè & ſeparatim, ſive unam abs-

que

que aliâ considerare aut (ut loquuntur) facere abstractionem, item multos actûs Spiritus & cordis erga unam & non simul etiam versus alteram exercere possimus; id quod apparet in attributis Virtutis, Potentiæ, Justitiæ, Bonitatis, Veritatis, Sapientiæ & aliorum proprietatum Dei. Jam verò agimus de simili voluntatis actu, qui reverà in Deo ejusque Sanctis invenitur: Certum enim est, Deum, sanctosque in Cælis angelos acquiescere damnationi, privationi gaudii & gloriæ, pœnis & ignominiæ animarum perditarum, nec tamen acquiescunt peccatis, blasphemiis & odio, quod erga Deum fovent. Quid jam obstat, quò minus, anima in ejusmodi probationibus relicta, consentiret, similem erga semet ipsam & erga Deum exercere actum, ut Deus & Sancti ejus tam purè & nudè erga tot creaturas faciunt. Adde insuper animam hic non nugas Scholasticas agere, tentando & examinando, num motus cordis ejus bene excogitati, benè ligati sint, probasque adversus Scholasticarum omnes sustineant objectiones. Versatur enim in Schola amoris divini, qui amor Sophistarum & disputatorum quisquilias irridet, & unicè cor sivè motûs & intentionem cordis respicit, & cui desiderium atque maximè impossibiles & peregrinissimæ resolutiones tela sunt adeò penetrantia, ut cor ipsi transfodiant, eumque obligent ut se dedat animæ extravaganti, & modo peregrino ex se ipsa abeunti, quo se arbitrio hujus tradat. Et hinc fit ut amor hic divinus, quando tentatio illum ipsum tangit, & animæ proponitur justum

ſtum eſſe, ut æternùm amore privetur, neque ſe liberare poteſt ab importunis tentatoris impreſſionibus circa futurum eventum, ſi oculos à futuris ſecludit, & pro præſenti in amoris brachia ſe conjicit, quò pro virili, illud, quod amittere meruit, retineat, dicendo quaſi: ô Amor! Si neceſſè eſt ut te amittam ob indignitatem meam tuamque juſtitiam, ad minimum tamen à parte mea, quantum jam potero, te tenebo; Tum inquam fit, ut amor hoc ſuſtinere nequeat, quin eodem momento ſe dedere adigatur, ut ſancto cuidam Seculi hujus ultimi Epiſcopo accidit.

31. Animæ, has probationes transgreſſæ, adeò in Deo & ejus voluntate poſtea ſunt, ut in omnibus, quæcunque ipſis divina diſponat voluntas, indiffirentes ſint: Hæc autem indifferentia minimè extra amoris elementum, neque iis animabus, qui nondum conſiderabiles inſpiritualibus viis fecerunt progreſſûs, applicanda eſt. Et hæc obſervatio locum deberet habere in pluribus materiis, quarum mentionem fecimus.



De

De vanissimo judicio Protestantis cujusdam, adversus Mysticam Theologiam.

1-5. *CONDITIO HAUD APTA Personarum doctarum & Secularium, ad judicandum res internas & mysticas PARRHASIANA. JUDICIUM PROTESTANTIS CUJUSDAM CIRCA MYSTICAM THEOLOGIAM.*

6-12. *Septem rationes, quod Authori huic non competat, mystica judicare.*

13-15. *Status MYSTICÆ THEOLOGIÆ per omnia Secula, præprimis inter Protestantes.*

16. *Testimonia LUTHERI, MELANCHTHONIS, aliorumque Protestantium de TAULERO, qui Mysticorum facile Princeps est.*

17-19. *Author nec legit nec novit vel terminos vel res mysticas. SYSTEMATA Mystica.*

20-22. *Absurditas SYSTEMATIS ejus, & methodi agendi adversus Librum Molinosii.*

23-31. *Octo ejus modi incongrui procedendi in hisce Materiis.*

32. *CONCLUSIO scripti hujus.*

§. 1.

§. 1.

EVidens est, ad rem benè dijudicandam, facultates, quibus pollemus benè ordinatas esse, objecto appropinquare, sufficienter illud considerare, objectum vero in eas impressionem facere debere. E. g. Non possemus judicium ferre de imagine aut statua, nisi oculi nostri in bono statu essent, nisi nos eos ad statuam admoveremus, nisi satis temporis in considerandâ illâ consumeremus, & tandem, nisi objectum hoc lumine sufficienti gauderet, ad impressionem faciendam in oculos nostros. Deficiente verò ultimô hôc requisitô, licet oculos possideremus benè dispositos, qui aperti & attenti forent ad imaginem contemplandam imago autem objecti ipsis ob lucis defectum non bene imprimeretur, certò non juste de ea hujus defectûs causa judicare possemus: Etsi huic defectui ratione & imaginatione nostrâ succurrere ambiremus, excitando Spiritui nostro certam figuram aut imaginem, quam per imaginationem nobis proponimus, & magis dijudicamus; Nihilominus tamen omnia hæc neutiquam pro vera objecti cognitione, neque pro justo judicio, ad objectum quod attinet; sed solummodò pro chimeris, & figmentis maginationis nostræ tenebrosæ habenda essent.

Nemo hanc inficiabitur veritatem, respectu terrenarum & externè visibilium rerum: Num minor autem eadem veritas est in rebus spiritualibus, quæ non nisi oculo interni contemplari possu-

possumus? Foretné possibile, ut hoc medium esset ad agnoscendas eas, rectèque dijudicandas, si oculos animæ occluderemus, ab illis per contemptum & aversionem cordis elongaremus, nullum ad eas tempus nullamque applicaremus attentionem; è contrariò autem, manentes in Elemento vanitatis, desiderii, malæque cupiditatis. Quæ crassa nimis & obscuriora sunt, quam ut lumini divino & radiis objectorum divinorum transgressum concedant, quæ in oculos nostros impressionem facere debent. Nihilominus hic rerum mundique est status, qui ejusmodi res judicare ambit. Privati omnibus his veris ad rectè judicandum requisitis, phantasias interdum sortiuntur, ad sistendas imagines quasdam Spiritui suo, & vanas has imagines esse credunt ideas & cognitionem rerum mysticarum, quæ jus ipsis concedant, illas damnandi & reprobandi, ùt fabulas absurdas, cum & reapse non sint nisi chimæræ, quas ipsimet sibi formavêre & quidem modò supra propositô.

2. Respondebitur mihi forsan ad hæc; Homines seculares & plebem, qui sæpius mysticas & spirituales res censent, illud non facere, eò quod omnia ad sanam sententiam ferendam, necessaria requisita habere præsumant; Sed quod ad aptiores, ad doctos & Sapientes provocent personas, Eorum judicium respicientes & illud imitantes, ut fundamentum ipsis sufficiens.

Hoc certè ita se habet. Homines Seculares & qui in publico versantur, alia longè ponderosiora & majora habent negotia, quam ut iis

dispositionibus incumbant, quæ ad cælestia & æterna tendunt objecta, quæ spiritualia sunt & æternùm manent, in quæ facilè intrare possent, si reliqua omnia valere juberent! Suâ prudentius agunt opinione, ut momentum illud temporis, ipsis ad se ad futura disponendum datum, longè aliis consumant rebus. Posthæc autem Prudentes illi, in æternitatem eos tandem introducent, & per imputationem illis omnes donabunt dispositiones, quæ ad benè ibi gaudendum requiruntur, eò quod isti opiniones suas probè ordinârint ad opiniones Prudentum & literatorum horum, & perfectè exemplar judicii eorum imitati sunt.

O imitatores Servum pecus! Si Eruditi hi minus adhuc dispositi essent, quam vos, ad judicium ferendum de rebus hisce spiritalibus, quis tandem alius eventus sperandus esset, nisi lugubris impletio veritatis Evangelicæ: *Si cæcus cæcum duxerit, ambo in præcipitium cadent?* Maxima eruditorum pars (bonos excipe, quorum tamen numerus ad reliquos collatus, perparvus est:) non solùm hoc cum mundanis hominibus commune habent, ut pari ac illi ratione destituti sint requisitis supra notatis, & ad Spiritualia probè dignoscenda maximè necessariis; Sed præterea etiam hoc, tanquam peculiare & particulare aliquid habent ut cum Seculares homines facilè fateantur, sibi deesse requisita necessaria, seque non multum confidere parvæ illi ratiocinationi & imaginationi, quam sibi circa objecta Spiritualia fecerunt, quæ tamen non viderunt;

runt; Isti (docti) requisita hæc irrideant, aut frivolè, se illa jam tum habere, præsupponant, etiam si ea reverà non habeant: Et in hâc sua caligine activitati Spiritûs sui, ut & ideis atque imaginationibus, quas sibi per eam formârunt, item ratiociniis, quæ illinc deducunt, tantum tribuunt, ut ea etiam tanquam principia judiciorum suorum in rebus spiritualibus erigant. Hæc est dispositio, quæ (ut ajunt:) ipsis characteristica est, & mundanis hominibus longè ineptiores reddit ad res spirituales.

3. Non fallimur in hoc puncto. Toti enim orbi constat conditio eruditorum sive literatorum: Si quis ipsis dicit, animam nostram internos habere oculos, quibus res Spirituales videre & cognoscere possit; peccatum autem sive naturam corruptam, in qua nascimur, eos nobis occlusisse & corrupisse, ita, ut nihil unquam cerneremus, nisi Demiurgus, qui nobis eos creavit, manum admoveret: Plena cachinnantes buccâ. Negabunt, passivam ejusmodi facultatem, sive passivum talem intellectum nobis inesse, qui factus est, ad recipiendum impressiones, sive imaginationes objectorum divinorum, absque interventione activitatis nostræ. Hanc facultatem passivam ejusque corruptionem originalem ut chimæras & phantasias proclamabunt, & parem ab ipsis fortunam internæ ad sanationem hujus facultatis sapientes operationes Dei, experientur; Nolunt enim aliam superiorem facultatem admittere, quà nudam activitatem superficiariam rationis restrictæ & corruptæ,

[illegible] nil nisi steriles in tenebris nostri-
[illegible] imaginationes & vacua ra-
[illegible] circa objecta divina, quæ cernere ne-
[illegible] Hanc vero *rationem infallibi-*
[illegible] *nunquam imponitur necim-*
[illegible] reliquam non nisi fanaticis-
[illegible] afferunt.

[illegible] justo nimis nos à divinis ob-
[illegible] esse, nosque ad ea appropinquare
[illegible] debere, pro virili affectio-
[illegible] abrumperemus, & salva-
[illegible] vincula, quæ solvere nequi-
[illegible] quo libertatem accipiamus
[illegible] contemplemur, & in Spiritu adoramus,
[illegible] Religionis veræ: Isti nihi-
[illegible] & deridebunt, ut ridicu-
[illegible] fanaticismum ecstaticam,
[illegible] mutantem:
[illegible] ut credant se à veritate divi-
[illegible] & ad illam ineptos inhærendo re-
[illegible] magis autem primam suam cu-
[illegible] vanis, ut sunt, fabulæ,
[illegible] & erotica sive cu-
[illegible] Scripturæ explicationem se-
[illegible] affingendo ipsi
[illegible] & merè carnalem,
[illegible] Religionem, quæ pro-
[illegible] Pharisaica, Ethnica &

[illegible] esse, ut homo se exerceat,
[illegible] objectum & res divi-

nas

nas sæpiùs contemplari, orando & sperando, ut Lux desuper impressionem faciat in intellectum nostrum, cum interea activitas nostra, ab ideis & ratiociniis faciendis in silentio & quiete erit: Et sufficiet, ad insigniendum vos nomine Quietistarum & Fanaticorum. Absque omni ambagine lucem hanc supernam, item omnem impressionem, quæ idea & fabrica activæ eorum rationis non erit, pro chimæris habebunt; Si negare non audebunt, *lucem novam adhuc expectandam* esse, dicent tamen, eandem illam ex critica & activitate rationis expectandam & acquirendam esse, *hancque rationem linqui nec debere nec posse, quin homo in fanaticismum incidat*; Ita ut si quis solummodo quosdam ipsis nominare impressiones tentaret, quas lumen hoc divinum in animabus illuminatis effecit, etiamsi prorsus cum sacra Scriptura concordarent, tamen nobis dicent eas non nisi stultitiam, imaginationes, & verba inania absque sensu esse, quemadmodum reverà nomina coloris & luminis cæcis sunt: imò divinissima mysteria deridebunt ùt vanitates & fabulas. Eandem fortunam ab ipsis etiam omne reliqua experientur, quæ originem ex misera eorum ratione, i. e. ex omni eo quod non est figmentum, imaginatio aut cogitationes svaves perversæ ipsorum activitatis, non habet.

4. Ad justificandum autem, descriptionem hanc minimè esse fictam, non multa proferam exempla, Sectatorum Pelagii & Socinii Lectio Libri, *PARRHASIANA* Dn. *Clerici* inscri-

& amoris divini sentitur: In Statu *damnationis* contrarium datur, occurrit enim ibi pœna, contemptus, ignominia, simplex amoris privatio, blasphemiæ positivæ, & reale odium in Deum: est ibi etiam justitia Dei, quæ vult & administrat pœnas & privationes, & tandem peccatum hominis, hæc omnia promerens. Si itaq; jam sermo habetur de anima, per manum Dei omnipotentem, quam effugere non valet, in horribilem hanc pœnam conjecta, ut salutem suam quasi amissam, damnationem autem quam certissimam censeat, quæ autem nihilosecius acquiescere & obedire possit, respectu voluntatis Dei, item justitiæ ejus, & suæ indignitatis: Tum non statim asseritur, eam aquiescere & voluntatem suam tradere ad Deum blasphemandum & odio habendum, multo minus ad peccandum, quod damnationis causa est, cum hæc tria minimè ex justitia Dei oriantur, & Deus illa haud quaquam velit: Sed dicitur tantùm, animam acquiescere debere justitiæ Dei, qui illam ob indignitatem ejus æterno gaudio æternaque gloria privare vult, consentiendo & annuendo justitiam hanc esse, absque omni tamen approbatione peccati sive odii Dei aut blasphemiarum condemnationis. Si autem quis assereret, idem hoc ridiculum & impossibile esse, cum omnia hæc indissolubiliter conjuncta sint in damnatione & privatione salutis; idem esset, ac si alphabeti oblivisceretur, quod in schola didicit. Docetur item ibidem, quod etiam licet in subjecto plures inveniantur res inseparabiles, illas nihilosecius distinctè & separatim, sive unam absque

quæ aliâ considerare aut (ut loquuntur) facere abstractionem, item multos actûs Spiritus & cordis erga unam & non simul etiam versus alteram exercere possimus; id quod apparet in attributis Virtutis, Potentiæ, Justitiæ, Bonitatis, Veritatis, Sapientiæ & aliorum proprietatum Dei. Jam verò agimus de simili voluntatis actu, qui reverà in Deo ejusque Sanctis invenitur: Certum enim est, Deum, sanctosque in Cælis angelos acquiescere damnationi, privationi gaudii & gloriæ, pœnis & ignominiæ animarum perditarum, nec tamen acquiescunt peccatis, blasphemiis & odio, quod erga Deum fovent. Quid jam obstat, quò minus, anima in ejusmodi probationibus relicta, consentiret, similem erga semet ipsam & erga Deum exercere actum, ut Deus & Sancti ejus tam purè & nudè erga tot creaturas faciunt. Adde insuper animam hic non nugas Scholasticas agere, tentando & examinando, num motus cordis ejus bene excogitati, benè ligati sint, probasque adversus Scholasticarum omnes sustineant objectiones. Versatur enim in Schola amoris divini, qui amor Sophistarum & disputatorum quisquilias irridet, & unicè cor sivè motûs & intentionem cordis respicit, & cui desiderium atque maximè impossibiles & peregrinissimæ resolutiones tela sunt adeò penetrantia, ut cor ipsi transfodiant, eumque obligent ut se dedat animæ extravaganti, & modo peregrino ex se ipsa abeunti, quo se arbitrio hujus tradat. Et hinc fit ut amor hic divinus, quando tentatio illum ipsum tangit, & animæ proponitur justum

ftum esse, ut æternùm amore privetur, neque se liberare poteft ab importunis tentatoris impressionibus circa futurum eventum, si oculos à futuris secludit, & pro præsenti in amoris brachia se conjicit, quò pro virili, illud, quod amittere meruit, retineat, dicendo quasi: ô Amor! Si necessè eft ut te amittam ob indignitatem meam tuamque juftitiam, ad minimum tamen à parte mea, quantum jam potero, te tenebo; Tum inquam fit, ut amor hoc suftinere nequeat, quin eodem momento se dedere adigatur, ut sancto cuidam Seculi hujus ultimi Episcopo accidit.

31. Animæ, has probationes transgressæ, adeò in Deo & ejus voluntate poftea sunt, ut in omnibus, quæcunque ipsis divina disponat voluntas, indiffirentes sint: Hæc autem indifferentia minimè extra amoris elementum, neque iis animabus, qui nondum considerabiles inspiritualibus viis fecerunt progressûs, applicanda eft. Et hæc observatio locum deberet habere in pluribus materiis, quarum mentionem fecimus.



De

De vanissimo judicio Protestantis cujusdam, adversus Mysticam Theologiam.

1-5. *CONDITIO HAUD APTA Personarum doctarum & Secularium, ad judicandum res internas & mysticas PARRHASIANA. JUDICIUM PROTESTANTIS CUJUSDAM CIRCA MYSTICAM THEOLOGIAM.*

6-12. *Septem rationes, quod Authori huic non competat, mystica judicare.*

13-15. *Status MYSTICÆ THEOLOGIÆ per omnia Secula, præprimis inter Protestantes.*

16. *Testimonia LUTHERI, MELANCHTHONIS, aliorumque Protestantium de TAULERO, qui Mysticorum facile Princeps est.*

17-19. *Author nec legit nec novit vel terminos vel res mysticas. SYSTEMATA Mystica.*

20-22. *Absurditas SYSTEMATIS ejus, & methodi agendi adversus Librum Molinosii.*

23-31. *Octo ejus modi incongrui procedendi in hisce Materiis.*

32. *CONCLUSIO scripti hujus.*

§. I.

§. 1.

EVidens est, ad rem benè dijudicandam, facultates, quibus pollemus benè ordinatas esse, objecto appropinquare, sufficienter illud considerare, objectum vero in eas impressionem facere debere. E. g. Non possemus judicium ferre de imagine aut statua, nisi oculi nostri in bono statu essent, nisi nos eos ad statuam admoveremus, nisi satis temporis in considerandâ illâ consumeremus, & tandem, nisi objectum hoc lumine sufficienti gauderet, ad impressionem faciendam in oculos nostros. Deficiente verò ultimô hôc requisitô, licet oculos possideremus benè dispositos, qui aperti & attenti forent ad imaginem contemplandam imago autem objecti ipsis ob lucis defectum non benè imprimeretur, certò non juste de ea hujus defectûs causa judicare possemus: Etsi huic defectui ratione & imaginatione nostrâ succurrere ambiremus, excitando Spiritui nostro certam figuram aut imaginem, quam per imaginationem nobis proponimus, & magis dijudicamus; Nihilominus tamen omnia hæc neutiquam pro vera objecti cognitione, neque pro justo judicio, ad objectum quod attinet; sed solummodò pro chimeris, & figmentis maginationis nostræ tenebrosæ habenda essent.

Nemo hanc inficiabitur veritatem, respectu terrenarum & externè visibilium rerum: Num minor autem eadem veritas est in rebus spiritualibus, quæ non nisi oculo interni contemplari possu-

possumus ? Foretné possibile, ut hoc medium esset ad agnoscendas eas, rectèque dijudicandas, si oculos animæ occluderemus, ab illis per contemptum & aversionem cordis elongaremus, nullum ad eas tempus nullamque applicaremus attentionem; è contrariò autem, manentes in Elemento vanitatis, desiderii, malæque cupiditatis. Quæ crassa nimis & obscuriora sunt, quam ut lumini divino & radiis objectorum divinorum transgressum concedant, quæ in oculos nostros impressionem facere debent. Nihilominus hic rerum mundique est status, qui ejusmodi res judicare ambit. Privati omnibus his veris ad rectè judicandum requisitis, phantasias interdum sortiuntur, ad sistendas imagines quasdam Spiritui suo, & vanas has imagines esse credunt ideas & cognitionem rerum mysticarum, quæ jus ipsis concedant, illas damnandi & reprobandi, ùt fabulas absurdas, cum & reapse non sint nisi chimæræ, quas ipsimet sibi formavêre & quidem modò supra propositô.

2. Respondebitur mihi forsan ad hæc ; Homines seculares & plebem, qui sæpius mysticas & spirituales res censent, illud non facere, eò quod omnia ad sanam sententiam ferendam, necessaria requisita habere præsumant ; Sed quod ad aptiores, ad doctos & Sapientes provocent personas, Eorum judicium respicientes & illud imitantes, ut fundamentum ipsis sufficiens.

Hoc certè ita se habet. Homines Seculares & qui in publico versantur, alia longè ponderosiora & majora habent negotia, quam ut iis

Hh dispo-

dispositionibus incumbant, quæ ad cælestia & æterna tendunt objecta, quæ spiritualia sunt & æternùm manent, in quæ facilè intrare possent, si reliqua omnia valere juberent! Suâ prudentius agunt opinione, ut momentum illud temporis, ipsis ad se ad futura disponendum datum, longè aliis consumant rebus. Posthæc autem Prudentes illi, in æternitatem eos tandem introducent, & per imputationem illis omnes donabunt dispositiones, quæ ad benè ibi gaudendum requiruntur, eò quod isti opiniones suas probè ordinârint ad opiniones Prudentum & literatorum horum, & perfectè exemplar judicii eorum imitati sunt.

O imitatores Servum pecus! Si Eruditi hi minus adhuc dispositi essent, quam vos, ad judicium ferendum de rebus hisce spiritalibus, quis tandem alius eventus sperandus esset, nisi lugubris impletio veritatis Evangelicæ: *Si cæcus cæcum duxerit, ambo in præcipitium cadent?* Maxima eruditorum pars (bonos excipe, quorum tamen numerus ad reliquos collatus, perparvus est:) non solùm hoc cum mundanis hominibus commune habent, ut pari ac illi ratione destituti sint requisitis supra notatis, & ad Spiritualia probè dignoscenda maximè necessariis; Sed præterea etiam hoc, tanquam peculiare & particulare aliquid habent ut cum Seculares homines facilè fateantur, sibi deesse requisita necessaria, seque non multum confidere parvæ illi ratiocinationi & imaginationi, quam sibi circa objecta Spiritualia fecerunt, quæ tamen non viderunt;

runt; Isti (docti) requisita hæc irrideant, aut frivolè, se illa jam tum habere, præsupponant, etiam si ea reverà non habeant: Et in hâc sua caligine activitati Spiritûs sui, ut & ideis atque imaginationibus, quas sibi per eam formârunt, item ratiociniis, quæ illinc deducunt, tantum tribuunt, ut ea etiam tanquam principia judiciorum suorum in rebus spiritualibus erigant. Hæc est dispositio, quæ (ut ajunt:) ipsis characteristica est, & mundanis hominibus longè ineptiores reddit ad res spirituales.

3. Non fallimur in hoc puncto. Toti enim orbi constat conditio eruditorum sive literatorum: Si quis ipsis dicit, animam nostram internos habere oculos, quibus res Spirituales videre & cognoscere possit; peccatum autem sive naturam corruptam, in qua nascimur, eos nobis occlusisse & corrupisse, ita, ut nihil unquam cerneremus, nisi Demiurgus, qui nobis eos creavit, manum admoveret: Plena cachinnantes buccà. Negabunt, passivam ejusmodi facultatem, sive passivum talem intellectum nobis inesse, qui factus est, ad recipiendum impressiones, sive imaginationes objectorum divinorum, absque interventione activitatis nostræ. Hanc facultatem passivam ejusque corruptionem originalem ut chimæras & phantasias proclamabunt, & parem ab ipsis fortunam internæ ad sanationem hujus facultatis sapientes operationes Dei, experientur; Nolunt enim aliam superiorem facultatem admittere, quà nudam activitatem superficiariam rationis restrictæ & corruptæ,

quæ ordinarie nil nisi steriles in tenebris nostris ideas, item mortuas imaginationes & vacua ratiocinia circa objecta divina, quæ cernere nequeunt, format: Hanc vero *rationem infallibilem* esse dicunt, *cui nunquam imponitur nec imponi potest*, omne reliquum non nisi fanaticismum esse asserunt.

Si illis dicitur, justò nimis nos à divinis objectis remotos esse, nosque ad ea appropinquare & à terrenis absolvi debere, pro virili affectiones nos illic obligantes abrumpentes, & salvatorem nostrum ut vincula, quæ solvere nequimus, solvat, petentes, quò libertatem accipiamus in internam intrandi Vacuitatem, ubi Deum invenimus, contemplamur, & in Spiritu adoramus, id quod essentia est Religionis veræ: Isti nihilominùs cachinnabuntur & deridebunt, ut ridiculam Spiritualitatem, & devotionem ecstaticam, Religionem in purum fanaticismum mutantem: imò tantum abest, ut credant se à veritate divina remotas & ad illam ineptos inhærendo rebus externis; ut magis autem primam suam curam dedicaturi sint rebus vanis, ut sunt, fabulæ, Historiolæ, carmina, critica & exotica sive curiosa, quibus Sacræ Scripturæ explanationem sepire, & constringere conantur, affingendo ipsi non nisi sensum externum & merè carnalem, quò *Christianam Religionem* extruant, quæ propriè aliud nihil sit, quam Pharisaica, Ethnica & Historica Moralitas.

Dicite illis, necessè esse, ut homo se exerceat, in interiori suo divinum objectum & res divinas

nas sæpiùs contemplari, orando & sperando, ut Lux desuper impressionem faciat in intellectum nostrum, cum interea activitas nostra, ab ideis & ratiociniis faciendis in silentio & quiete erit: Et sufficiet, ad insigniendum vos nomine Quietistarum & Fanaticorum. Absque omni ambagine lucem hanc supernam, item omnem impressionem, quæ idea & fabrica activæ eorum rationis non erit, pro chimæris habebunt; Si negare non audebunt, *lucem novam adhuc expectandam* esse, dicent tamen, eandem illam ex critica & activitate rationis expectandam & acquirendam esse, *hancque rationem linqui nec debere nec posse, quin homo in fanaticismum incidat*; Ita ut si quis solummodo quosdam ipsis nominare impressiones tentaret, quas lumen hoc divinum in animabus illuminatis effecit, etiamsi prorsus cum sacra Scriptura concordarent, tamen nobis dicent eas non nisi stultitiam, imaginationes, & verba inania absque sensu esse, quemadmodum reverà nomina coloris & luminis cæcis sunt: imò divinissima mysteria deridebunt ùt vanitates & fabulas. Eandem fortunam ab ipsis etiam omne reliqua experientur, quæ originem ex misera eorum ratione, i. e. ex omni eo quod non est figmentum, imaginatio aut cogitationes svaves perversæ ipsorum activitatis, non habet.

4. Ad justificandum autem, descriptionem hanc minimè esse fictam, non multa proferam exempla, Sectatorum Pelagii & Socinii Lectio Libri, *PARRHASIANA* Dn. *Clerici* inscri-

pti, & præprimis p. 384. 385. (alios ejusdem originis Libris præterimus) sufficientia nobis sistit specimina, meque commovetur, ut respondeam vanis cavillationibus circa res divinas & mysticas, discursibus vagabundis & injuriis personalibus, quas in libro hoc effundit homo hujus characteris, homo, qui *notoriam malitiam* esse dicit officium charitatis, quod ipsi exhibitum fuit, dum illi demonstratum est, ipsum nullum requisitum habere, necessariorum ad benè dijudicandas res spirituales & divinas, quas tamen censere voluit; item illum præter has adeò justè requisitas conditiones, ad hoc ineptum & in caligine esse, atque ita omnes ejus repræsentationes & ideas, quas obsura ejus ratio circa has res exitavit, ut & omnia de illis prolata judicia, non esse nisi figmenta & errores. Prætereà, illum, quô errores suos pertinaciter vindicaret, improvisò locum dedisse malæ cordis dispositioni, quæ nos impellit, ut adversus eos, qui caliginem & tenebras nostras non approbant, commoveamur, & studeamus, eos & effata sive dicta eorum sarcasticè perstringere, imò ipsas illorum rationes pervertere & locò earum falsas & extravagantes supponere. Non minùs illum jam sæpius ad extremitates pervenisse, tàm respectu Patrum antiquorum, quàm Scriptorum recentiorum, eorundemque solidorum & orthodoxorum, quorum hostem se alacriter declaravit. Ecce, hoc ipsi in timore Dei remonstratum erat, modô admodum discreto & convincente, quò agnitis defectibus suis, eos impo-

sterum

ſterum evitare, & ab iis ad animæ ſuæ ſalutem ſibi poſſet cavere. Aſt quoniam ille hoc in malam trahit partem, idemque ridiculè perſtringere, ſive (ut Sanctis loquitur Judas,) *ea quæ non novit blasphemare* pergit: Manui ipſum divinæ committo, quæ illum reſtituat, ipſique velle & efficere ſuæ donet ſalutis. Non ejus, ſed Lectorum ipſius cauſa argumentum hoc ὡς ἐν παρόδῳ delibavi, ne malum ejusmodi exemplar, pro regula judiciorum ſuorum ponant circa res internas & ſpirituales. Videtur mihi, eos majorem cauſam habituros indignandi, quam præoccupationem admittendi, quando videbunt injurias ibi eſſe effuſas absque probatione, id quod vel minima earum cum Libro quem citavit, collatio ad oculum demonſtrabit. Hoc judicium ſufficiet illis, qui ab hujusmodi literatis ſibi imponi nolunt, quorum tamen, Deo ſint laudes, non maximus eſt numerus.

5. Reliqui enim non in deplorandas adeò ineptias redacti ſunt; Maxima quippe eruditorum pars concordant in requiſitis generalibus, quæ ad objecta Dei & Spiritûs benè intelligenda neceſſaria ſunt. In genere fatentur, animam ſpirituales habere oculos, licèt per peccatum originis occluſas, eorum aperturam à Dei gratiâ interne operante exſpectandam eſſe; fatentur itidem, hominem illi, quod ſpiritale nec caducum eſt, appropinquare debere, per relictionem rerum corruptibilium; hanc hujus operationis gratiam deſuper petendam, conſtanter in corde faciem Dei implorandam eſſe, lucemque ejus di-

vinam illuc intrare, irradiare & impressionem facere debere, quò vivas nobis det ideas & veram cognitionem rerum spiritualium & divinarum, ad quas excitandas & judicandas ratio nostra pari laborat impotentiâ. Sin autem hæc omnia concedunt, quid ergò ipsis deest? Hoc, scilicet quod frigidè & speculativè in generali hâc agnitione commorentur & acquiescant, praxin verò & exercitium rei non ingrediantur. Hinc re ipsa ad corruptam recidunt rationem, & per eam sibi excitant imagines, cogitationes, ratiocinia circa res divinas & Sacram Scripturam, & mille imaginationes proprii Spiritus, quas objectis divinis similes esse æstimant, imò pro principiis habent, juxta quæ consequenter reipsâ condemnant & reprobant Substantiam rei ejusdem, cujus Speculationem & assertionem generalem concesserant. Affectus & tenebræ illorum, quæ ab hoc agendi & procedendi modo separari nequeunt, adeò succrescunt & proficiunt, ut profanent, ac pro fabulis fanaticismo & figmentis habeant ipsum hunc animæ oculum apertum, appropinquationes has & collectiones interiores, eandem hanc contemplationem Dei, has gratiæ ejus operationes, hancque eandem lucem & has ipsas impressiones individuas objectorum divino modo illuminantium quarum Speculationem & generalem assertionem admiserant; Et porrò, passionibus suis, & activitati ratiociniorum suorum frenum relaxando, eas ut ridiculas exclamant, & centum injusta ferunt judicia, quæ vulgus ut exempla recipit & imitatur, judicando

cando, de illis ita, ut perversi literati judicarunt.

En tibi accurate depictum Statum *Authoris novi tractatuli Historici, judicium Protestantis cujusdam circa Mysticam theologiam continentis*, omniumque eorum, qui illum ut legitimum in hâc materia judicem colunt, suaq; ad illius accommodant judicia. Quandoquidem autem præjudicium hoc *Theologiæ Germanicæ*, quæ ad mysticam facit theologiam contradicit; jam meum erit officium & institutum, eam è medio tollere, & probare, omnes cum antesignanum, tum Sectatores fallere. Scopus mihi præfixus est, ut Author propriæ Salutis suæ causâ injurias has valere jubeat, ne alii suam ulteriùs lædant animam, condemnando juxta judicium Authoris nostri modô illegitimô res sibi ignotas, neve salutare Dei lumen ab hominibus contemnatur, & ludibrio habeatur, sed potiùs quæratur, ametur & magni æstimetur. Modus meus procedendi non erit ut totum hujus Authoris Libellum refutare suscipiam, aut hanc materiam prolixe deducam: Committo hoc operæ aliis magis ad tale negotium apti. Scribo præfationem, & hæc me brevem esse, & contrahere pleraque jubet, ut planum faciam & per specimina quadam hinc inde ex libro ejus excerpta monstrem, multum abesse, quin qualitates, quæ à Cognitore & Disquisitore mysticarum rerum requiruntur, habeat, cum è contrariò ejusmodi polleat qualitatibus, quæ illis prorsus repugnant. Lectores quos sibi elegit, & dispositiones cordis & mentis, quas

numque puta lumen in rebus Spiritualibus, sine dubio in administratione sua tali egisset modo, qui cognitioni rei tam ponderosæ quadravisset. E contrario autem docet nos, illud quod nobis apposuit, ferculum pro *vulgo* esse, eique *ad gustum* fore, item pro *curiosis*, ibi *recreationem* sibi inventuris: In secunda editione certiores nos reddit, mundum reapse ferculum hoc novum, perfectissimè sui elementi & gustus reperisse ut Spatio dierum quindecim prorsus distractum sit; Dedisse autem se ei nomen Satyri, mundum permeantis. Si jam plura non præstò essent, sufficerent tamen ad persvadendum omnibus christianis bonæ mentis illos in toto ejus libro nil, nisi mundana & carnalia sperare posse, quod idem de judicio ejus adversus theologiam mysticam sentiendum. Veritas inter christianos magni momenti est, omnes Doctores, qui à mundo *gustari* eosque spiritualia tractando *delectare* præ se ferunt etiam postea ipsis reverà complacent, carnales & in spiritu erroris esse. Johannes inquit: *Sunt*
1. Joh. 4. *de Mundo, & loquuntur secundùm mundum, & Mundus eos auscultat. Nos autem sumus à Deo: Deum qui audit, auscultat etiam nos: Qui à Deo non est, non audit nos; Per hoc cognoscimus, ubi sit, Spiritus Veritatis aut Spiritus erroris.*

7. Alia adhuc res in libro hoc consideranda, & præjudicium contra ipsum formans, est causa cur Author eum scripserit, & Scopus, quem Author sibi præfixit. Certas respexit Personas, ùt causam

causam durioris actionis in loco quodam adversùs illos, qui ejus sunt Sectæ, & hæc opinio Spiritum ultionis in ipso excitavit, ut omne quod potuit malum, & pro virili contemtuosissimè de ipsis scriberet, hocque ideò, ut partim ipsis dolorem & ærumnam excitaret, si se ita depictos & universo orbi expositos cernerent, partim in animis lectorum motûs & passiones odii, aversionis & condemnationis contra illos excitaret. Ipsemet fateri cogitur, tædiô se commotum esse ad scribendum. Declarat in præfatione ad *Curiosos*, se *Librum sive opusculum suum publicare debuisse, si vel unus Episcopus cui malè vult, castigandus fuisset*, quem ibi etiam *malè tractavit*, & *aversione omnium honestorum hominum dignum* judicavit. Totus ejus Liber admodùm easdem testatur dispositiones, non solum adversus has personas, sed & contra omnes ipsi obvios. Quid autem Mystici, & contemplatores ipsi fecerunt, qui ante tot Secula defuncti sunt, quorum omne crimen fuit, quod à mundo se separârint, ad Deum se applicuerint, & Scripta quædam reliquerunt de lumine & gratiâ, à Deo ipsis communicatis, eum in finem ut homines ad divinum ejus amorem attraherentur.

Spiritus enim Christianismi, sine quo esse non possumus in Spiritu veritatis, non vult, ut odio habeamus, aut odiosos reddamus vel ipsos hostes & Persecutores. Jesus Christus inquit: *Benedicite maledicentibus vobis, benefacite odio vos habentibus, orate pro persequentibus vos.* Et quidem ipsemet ita fecit. Potestne Jesus Christus

ftus Lucis & veritatis ſuæ Spiritum illis dare, quorum & cor & praxis, cordi & praxi ipſius è diametro contrariantur ? Etiamſi quoque unus aut alter antea aliquam capacitatem aut lucem habuerit in rebus divinis, nonne intentio & diſpoſitio adeò obliqua atque Spiritui Sancto contraria eas prorſus delere, & talium *judicium* pervertere poſſent.

8. Accidit interdum, ut aliquis re malà *intentione* inceptâ, in progreſſu reſipiſcant, & benè abſolvatur illud quod malè inchoatum erat. Sed in toto hujus Authoris Libro, ne minimum invenimus veſtigium rationibilis ejuſmode reditûs & converſionis. Videtur ibi ignis prædominare, & paſſiones, quæ mentem quàm plurimum obtenebrant, ut ſunt ira, cholera, indignatio, odium, zelus, quarum effuſione maximam & optimam vitæ ſuæ partem Author triviſſe, negare non poterit idque non ſolum adverſus hoſtes, ſed & contra confratres & fratres, quibus cum adhuc occupatus foret, niſi potentia ſuperior in hoc paſſu & ex hâc parte manus ipſi ligâſſet. Sed à parte adverſariorum & Myſticorum liberas adhuc illas habet; Hinc non eſt mirandum, bellum illuc ſe contuliſſe: Interim *nubila mens eſt, hæc ubi regnant.* Res divinæ & Spirituales non niſi in Elemento Pacis & quietis item per Spiritum Sapientiæ deſuper intelligi poſſunt; Sapientiam autem St. Jacobus ita deſcribit: *Sapientia de-*

Jacob. 4. *ſuperveniens eſt caſta, pacifica, moderata, tractabilis, plena compaſ-*

ſione

ſione & abundans bonis fructibus, ſine difficultatibus: Si autem veſtrûm quis Sapiens & prudens eſt, monſtrato opera & effectus per vitam cum hàc manſuetâ ſive dulci ſapientiâ conjunctam. Sed, inquit idem Apoſtolus, quod ad paſſiones & diſpoſitiones jamjam notatas attinet, *ſi in corde veſtro fovetis amaritudinem zeli, & Spiritum contentionis, ne* falſò vos *Sapientiâ hâc glorie-mini, neque contra veritatem mentiamini: Hæc enim non eſt Sapientia deſuper veniens, ſed TERRESTRIS, ANIMALIS & DIABOLICA. Ubi enim invidia ſive zelus & Spiritus iræ eſt, ibi mera eſt confuſio & omne malum.* Poteritne juxta rationem ex ejusmodi radice ſufficiens circa Theologiam myſticam judicium expectari?

9. Eò minùs hoc expectari poterit, quò magis in quantò locô notatur, cenſuram ſive judicium ejus non ſolum effectûs eſſe obſcurarum ejus paſſionum, ſed & originem ſuam habere ex malevola voluntate, quæ & invenit malum, ubi nullum eſſe aliàs convicta eſt. Avertat Deus, me hoc ipſi ex privato zelo imputare: Audiamus ipſum loquentem: p. 169. ubi prius de *transformatione, Deificatione* & eô quod Theologi *contemplatores* dicunt, *in ipſis non amplius eſſe τὸ ME, & nullum aliud ME quam Dei*, addit verba ſequentia, has tangentes expreſſiones: *Certus ſum, Quietiſtas hæc non ſecundum literam intelligere. Amor jubet, ut Quietiſtis circa hæc ſenſus TOLERABILIS concedatur, item circa ea, quæ protulerunt Rusbrochius, Dionyſius Car-*

Carthusianus & alii. Interim tamen alibi ea contra hanc convictionem & contra charitatis officium, juxta literam accipit sensu intolerabili, ac si mystici per *impietatem horribilem* è Creatura verum facerent Deum. Ecce proprii ejus termini, p. 17. *Quô Concilio, quâve Bulla horribilis hæc impietas, quæ è Creatura verum facit Deum, ceu tonitru in terram arietata est? Nonne adhuc temporis cum magna de Rusbrochio loquuntur Reverentia in Schola Mystica. - Quid significant termini, qui toties in Theologia Mystica occurrunt, cum legitur de transformatione, divinicatione Deiformitate, unione essentiæ - Non ampliùs invenio τὸ ME: Non aliud ME est, quam Deus?* Hicque primi ejus argumenti finis est, contra dogmata quædam Mysticæ Theologiæ, & inprimis *Transformationis*, sive *Deificationis*: p. 81. *Quicunque etiam eorum sit sensus, conceptus, sive intellectus, intolerabilis tamen prorsus est: Hoc est vel perfectus fanaticismus, vel hæresis, vel abominanda superbia.* Equidem non immoror evidentibus horum locorum contradictionibus, quæ alium sistent articulum; sed tantum probo, evidenter videri posse, eum malum, horribilem impietatem, hæresin, sensum intolerabilem quærere & invenire, cum tamen convictus sit, hæc argumenta non secundum nudam literam accipi, & charitatem requirere, & velle, ut tolerabilis illis donetur sensus. Miser ille Molinos, qui tamen nunquam illum læsit, etiam unus est illorum, quibus cum ita processit. *Si*, inquit, *Manuductionem*

nem Spiritualem tali modò legerimus attentione, qualis adhiberi solet in legendis rebus parvi æstimatis. (hoc est, sine passione & intentione mali aliquid indè extrahendi:) *Nihil ibi inveniremus, quod Scandalo nobis foret, aut ansam daret opinandi, illum approbare doctrinam de famoso Libertinismo.* - *Sed si idem Liber debita inquiritur attentione, quo fundamentum ejus videatur.* (ita appellat cupidinem sive desiderium, quô Disputatores mali aliquid inveniendi & extrahendi flagrare solent:) *Sub magna & formosa Spiritualitatis specie, confusa invenietur massa omnium impuritatum, quæ ipsi imputantur:* Et hoc vocat insuper *DIE CLARIUS.* (p. 110.) O Rem mirabilem! tot hominum millia inter Pontificios, Protestantes, imò ipsum nostrum Authorem cum ipsis tam multum temporis in horribili adeò excæcatione fuisse & plerumque adhuc esse, ut in Molinosii hujus Libris videre non potuerint, quod jam Author noster Meridie clarius conspicit! Cessabit autem admiratio nostra, quamprimum in mentem revocaverimus doctrinam Domini nostri nos docentis; dari genus Diei, qui non est nisi caligo & hunc Diem in omnibus illis reperiri, qui rem aliquam oculo malevolo aspiciunt: *Oculus tuus si Simplex fuerit, totum tuum corpus Lumen erit: Si autem oculus tuus malus fuerit, totum tuum corpus opacum erit; Si itaque lux, quæ est in te tenebrosa est, quanta quæso ipsæ erunt tenebræ?* Item quanta erit hominis ejusmodi ad sententiam de Theologia mystica ferendam ineptitudo!

quæ ordinarie nil nisi steriles in tenebris nostris ideas, item mortuas imaginationes & vacua ratiocinia circa objecta divina, quæ cernere nequeunt, format: Hanc vero *rationem infallibilem* esse dicunt, *cui nunquam imponitur nec imponi potest*, omne reliquum non nisi fanaticismum esse asserunt.

Si illis dicitur, justò nimis nos à divinis objectis remotos esse, nosque ad ea appropinquare & à terrenis absolvi debere, pro virili affectiones nos illic obligantes abrumpentes, & salvatorem nostrum ut vincula, quæ solvere nequimus, solvat, petentes, quò libertatem accipiamus in internam intrandi Vacuitatem, ubi Deum invenimus, contemplamur, & in Spiritu adoramus, id quod essentia est Religionis veræ: Isti nihilominùs cachinnabuntur & deridebunt, ut ridiculam Spiritualitatem, & devotionem ecstaticam, Religionem in purum fanaticismum mutantem: imò tantum abest, ut credant se à veritate divina remotas & ad illam ineptos inhærendo rebus externis; ut magis autem primam suam curam dedicaturi sint rebus vanis, ut sunt, fabulæ, Historiolæ, carmina, critica & exotica sive curiosa, quibus Sacræ Scripturæ explanationem sepire, & constringere conantur, affingendo ipsi non nisi sensum externum & merè carnalem, quò *Christianam Religionem* extruant, quæ propriè aliud nihil sit, quam Pharisaica, Ethnica & Historica Moralitas.

Dicite illis, necessè esse, ut homo se exerceat, in interiori suo divinum objectum & res divi-

nas

nas sæpiùs contemplari, orando & sperando, ut Lux desuper impressionem faciat in intellectum nostrum, cum interea activitas nostra, ab ideis & ratiociniis faciendis in silentio & quiete erit: Et sufficiet, ad insigniendum vos nomine Quietistarum & Fanaticorum. Absque omni ambagine lucem hanc supernam, item omnem impressionem, quæ idea & fabrica activæ eorum rationis non erit, pro chimæris habebunt; Si negare non audebunt, *lucem novam adhuc expectandam* esse, dicent tamen, eandem illam ex critica & activitate rationis expectandam & acquirendam esse, *hancque rationem linqui nec debere nec posse, quin homo in fanaticismum incidat*; Ita ut si quis solummodo quosdam ipsis nominare impressiones tentaret, quas lumen hoc divinum in animabus illuminatis effecit, etiamsi prorsus cum sacra Scriptura concordarent, tamen nobis dicent eas non nisi stultitiam, imaginationes, & verba inania absque sensu esse, quemadmodum reverà nomina coloris & luminis cæcis sunt: imò divinissima mysteria deridebunt ùt vanitates & fabulas. Eandem fortunam ab ipsis etiam omne reliqua experientur, quæ originem ex misera eorum ratione, i. e. ex omni eo quod non est figmentum, imaginatio aut cogitationes svaves perversæ ipsorum activitatis, non habet.

4. Ad justificandum autem, descriptionem hanc minimè esse fictam, non multa proferam exempla, Sectatorum Pelagii & Socinii Lectio Libri, *PARRHASIANA* Dn. *Clerici* inscri-

pti, & præprimis p. 384. 385. (alios ejusdem originis Libris præterimus) ſufficientia nobis ſiſtit ſpecimina, neque commovetur, ut reſpondeam vanis cavillationibus circa res divinas & myſticas, diſcurſibus vagabundis & injuriis perſonalibus, quas in libro hoc effundit homo hujus characteris, homo, qui *notoriam malitiam* eſſe dicit officium charitatis, quod ipſi exhibitum fuit, dum illi demonſtratum eſt, ipſum nullum requiſitum habere, neceſſariorum ad benè dijudicandas res ſpirituales & divinas, quas tamen cenſere voluit; item illum præter has adeò juſtè requiſitas conditiones, ad hoc ineptum & in caligine eſſe, atque ita omnes ejus repræſentationes & ideas, quas obſura ejus ratio circa has res exitavit, ut & omnia de illis prolata judicia, non eſſe niſi figmenta & errores. Præterea, illum, quô errores ſuos pertinaciter vindicaret, improviſò locum dediſſe malæ cordis diſpoſitioni, quæ nos impellit, ut adverſus eos, qui caliginem & tenebras noſtras non approbant, commoveamur, & ſtudeamus, eos & effata ſive dicta eorum ſarcaſticè perſtringere, imò ipſas illorum rationes pervertere & locò earum falſas & extravagantes ſupponere. Non minùs illum jam ſæpius ad extremitates perveniſſe, tàm reſpectu Patrum antiquorum, quàm Scriptorum recentiorum, eorundemque ſolidorum & orthodoxorum, quorum hoſtem ſe alacriter declaravit. Ecce, hoc ipſi in timore Dei remonſtratum erat, modô admodum diſcreto & convincente, quò agnitis defectibus ſuis, eos impoſterum

ſterum evitare, & ab iis ad animæ ſuæ ſalutem ſibi poſſet cavere. Aſt quoniam ille hoc in malam trahit partem, idemque ridiculè perſtringere, ſive (ut Sanctis loquitur Judas,) *ea quæ non novit blasphemare* pergit: Manui ipſum divinæ committo, quæ illum reſtituat, ipſique velle & efficere ſuæ donet ſalutis. Non ejus, ſed Lectorum ipſius cauſa argumentum hoc *ὡς ἐν παρόδῳ* delibavi, ne malum ejusmodi exemplar, pro regula judiciorum ſuorum ponant circa res internas & ſpirituales. Videtur mihi, eos majorem cauſam habituros indignandi, quam præoccupationem admittendi, quando videbunt injurias ibi eſſe effuſas absque probatione, id quod vel minima earum cum Libro quem citavit, collatio ad oculum demonſtrabit. Hoc judicium ſufficiet illis, qui ab hujusmodi literatis ſibi imponi nolunt, quorum tamen, Deo ſint laudes, non maximus eſt numerus.

5. Reliqui enim non in deplorandas adeò ineptias redacti ſunt; Maxima quippe eruditorum pars concordant in requiſitis generalibus, quæ ad objecta Dei & Spiritûs benè intelligenda neceſſaria ſunt. In genere fatentur, animam ſpirituales habere oculos, licèt per peccatum originis occluſas, eorum aperturam à Dei gratiâ interne operante exſpectandam eſſe; fatentur itidem, hominem illi, quod ſpiritale nec caducum eſt, appropinquare debere, per relictionem rerum corruptibilium; hanc hujus operationis gratiam deſuper petendam, conſtanter in corde faciem Dei implorandam eſſe, lucemque ejus divinam

vinam illuc intrare, irradiare & impresſionem facere debere, quò vivas nobis det ideas & veram cognitionem rerum ſpiritualium & divinarum, ad quas excitandas & judicandas ratio noſtra pari laborat impotentiâ. Sin autem hæc omnia concedunt, quid ergò ipſis deeſt? Hoc, ſcilicet quod frigidè & ſpeculativè in generali hâc agnitione commorentur & acquieſcant, praxin verò & exercitium rei non ingrediantur. Hinc re ipſa ad corruptam recidunt rationem, & per eam ſibi excitant imagines, cogitationes, ratiocinia circa res divinas & Sacram Scripturam, & mille imaginationes proprii Spiritus, quas objectis divinis ſimiles eſſe æſtimant, imò pro principiis habent, juxta quæ conſequenter reipsâ condemnant & reprobant Subſtantiam rei ejusdem, cujus Speculationem & aſſertionem generalem conceſſerant. Affectus & tenebræ illorum, quæ ab hoc agendi & procedendi modo ſeparari nequeunt, adeò ſuccreſcunt & proficiunt, ut profanent, ac pro fabulis fanaticiſmo & figmentis habeant ipſum hunc animæ oculum apertum, appropinquationes has & collectiones interiores, eandem hanc contemplationem Dei, has gratiæ ejus operationes, hancque eandem lucem & has ipſas impresſiones individuas objectorum divino modo illuminantium quarum Speculationem & generalem aſſertionem admiſerant; Et porrò, pasſionibus ſuis, & activitati ratiociniorum ſuorum frenum relaxando, eas ut ridiculas exclamant, & centum injuſta ferunt judicia, quæ vulgus ut exempla recipit & imitatur, judicando

cando de illis ita, ut perversi literati judicarunt.

En tibi accurate depictum Statum *Authoris novi tractatuli Historici, judicium Protestantis cujusdam circa Mysticam theologiam continentis*, omniumque eorum, qui illum ut legitimum in hâc materia judicem colunt, suaq; ad illius accommodant judicia. Quandoquidem autem præjudicium hoc *Theologiæ Germanicæ*, quæ ad mysticam facit theologiam contradicit; jam meum erit officium & institutum, eam è medio tollere, & probare, omnes cum antesignanum, tum Sectatores fallere. Scopus mihi præfixus est, ut Author propriæ Salutis suæ causâ injurias has valere jubeat, ne alii suam ulteriùs lædant animam, condemnando juxta judicium Authoris nostri modô illegitimô res sibi ignotas, neve salutare Dei lumen ab hominibus contemnatur, & ludibrio habeatur, sed potiùs quæratur, ametur & magni æstimetur. Modus meus procedendi non erit ut totum hujus Authoris Libellum refutare suscipiam, aut hanc materiam prolixe deducam: Committo hoc operæ aliis magis ad tale negotium apti. Scribo præfationem, & hæc me brevem esse, & contrahere pleraque jubet, ut planum faciam & per specimina quadam hinc inde ex libro ejus excerpta monstrem, multum abesse, quin qualitates, quæ à Cognitore & Disquisitore mysticarum rerum requiruntur, habeat, cum è contrariò ejusmodi polleat qualitatibus, quæ illis prorsus repugnant. Lectores quos sibi elegit, & dispositiones cordis & mentis, quas

hic illic apparere fecit, item generalis methodus, qua objectum suum tractat, plus materiæ suppeditabunt, quam opus fuerit, ad conclusionem formandam, illum illegitimum esse judicem, cui nequaquam competat de internis rebus & mysticâ theologia judicare, itemque judicium ejus circa eam latum *de nihilo prorsus esse*. Ordiamur.

6. Primò, statim ab initiô tractatûs Author noster declarat, se suum conflavisse Librum *plebi* & *curiosis*: Promittit illos ibi reperturos, quæ ad *gustum* & recreationem ipsis esse poterint. Plebs sive vulgus, sunt homines mundani, qui, si maximam respicis partem, neutiquam student, magno labore conditiones, ad res spirituales & internas benè cognoscendas, resiquitas acquirere, sed potiùs respuunt, quò non vacent nisi negotio vanitatis & vitæ sensualis. *Curiosi* sunt ejusmodi, qui, cum in se ipsos descendere, & ibi unicum illud solidum & æternum objectum quærere, item juxta admonitionem Apostoli, propriam suam miseriam & malas dispositiones, per quas summum hoc bonum amiserunt, deplorare, aut punctum illud quod reliquum habent temporis, in se benè disponendo & proponendo probè collocare deberent, quò coram tribunali & judicio Dei eorum vel salus vel infortunium dependet, sistere possent; hæc omnia oblivioni tradere volunt, quò extra semet ipsos mille inquirant nugas, & alias res, ad ipsos non spectantes; judicium suum ferant, de dictis factisve hujus vel illius, eaque risui & contemptui exponere

ponere allaborant; & in hoc negotio nec illi, quod ipsis Sanctissimum esse posset & captum eorum exsuperat, parcent. Quæro & interrogo, num possibile sit, unquam cuidam hominum, Spiritualia possidenti in mentem venire posse, velle hisce hominibus complacere, aut præsumere, ipsis se ad gustum aut placitum fore: Ad minimùm Jesus Christus, qui Sancta ineptis animabus proponere vetuit, longè aberat & ab instituto hoc, & à spe ejusmodi, testatus, se non expectare, nisi mundi odium, cum aliud propositum non foveret, quàm solummodò veritatem proponendi, & lucem revelandi; & toties veros suos Legatos monens, fore ut ipsi vulgo sive plebi non saperent, quia *mundus Spiritum veritatis recipere nequit, quem neque videt, neque agnoscit*, & ita ad judicium ferendum de rebus ad ipsum respicientibus prorsus ineptus est: Sanctus *PAULUS*, expressis inquit terminis; *Si hominibus complacere vellem* (i. e. Si ab hominibus gustari vellem:) *non essem sane Servus Christi.* St. Joannnes dicit; *Si quis mundum amat* (ipsi placere & sapere vult) *in eo non est amor Patris* (& consequenter nec cognitio mysteriorum divinorum:) Imò & omnes, qui solidè Spiritualia tradiderunt, monent & hortantur, hæc non mundo aut *curiosis* Seculi Scripta esse, qui benè facerent, si ea relinquerent. Sed tantùm iis competere, qui ad minimum affectionibus mundi renuntiant, & Deum ex omni corde quærere appetunt. Si itaque Author noster divinum hunc thesaurum habuisset verum divinumque

numque puta lumen in rebus Spiritualibus, sine dubio in administratione sua tali egisset modo, qui cognitioni rei tam ponderosæ quadravisset. E contrario autem docet nos, illud quod nobis apposuit, ferculum pro *vulgo* esse, eique *ad gustum* fore, item pro *curiosis*, ibi *recreationem* sibi inventuris: In secunda editione certiores nos reddit, mundum reapse ferculum hoc novum, perfectissimè sui elementi & gustus reperisse ut Spatio dierum quindecim prorsus distractum sit; Dedisse autem se ei nomen Satyri, mundum permeantis. Si jam plura non præstò essent, sufficerent tamen ad persvadendum omnibus christianis bonæ mentis illos in toto ejus libro nil, nisi mundana & carnalia sperare posse, quod idem de judicio ejus adversus theologiam mysticam sentiendum. Veritas inter christianos magni momenti est, omnes Doctores, qui à mundo *gustari* eosque spiritualia tractando *delectare* præ se ferunt etiam postea ipsis reverà complacent, carnales & in spiritu erroris esse. Johannes inquit: *Sunt*
1. Joh. 4. *de Mundo, & loquuntur secundùm mundum, & Mundus eos auscultat. Nos autem sumus à Deo: Deum qui audit, auscultat etiam nos: Qui à Deo non est, non audit nos; Per hoc cognoscimus, ubi sit, Spiritus Veritatis aut Spiritus erroris.*

7. Alia adhuc res in libro hoc consideranda, & præjudicium contra ipsum formans, est causa cur Author eum scripserit, & Scopus, quem Author sibi præfixit. Certas respexit Personas, ut causam

causam durioris actionis in loco quodam adversùs illos, qui ejus sunt Sectæ, & hæc opinio Spiritum ultionis in ipso excitavit, ut omne quod potuit malum, & pro virili contemtuosissimè de ipsis scriberet, hocque ideò, ut partim ipsis dolorem & ærumnam excitaret, si se ita depictos & universo orbi expositos cernerent, partim in animis lectorum motûs & passiones odii, aversionis & condemnationis contra illos excitaret. Ipsemet fateri cogitur, tædiô se commotum esse ad scribendum. Declarat in præfatione ad *Curiosos*, se *Librum sive opusculum suum publicare debuisse, si vel unus Episcopus cui malè vult, castigandus fuisset*, quem ibi etiam *malè tractavit*, & *aversione omnium honestorum hominum dignum* judicavit. Totus ejus Liber admodùm easdem testatur dispositiones, non solum adversus has personas, sed & contra omnes ipsi obvios. Quid autem Mystici, & contemplatores ipsi fecerunt, qui ante tot Secula defuncti sunt, quorum omne crimen fuit, quod à mundo se separârint, ad Deum se applicuerint, & Scripta quædam reliquerunt de lumine & gratiâ, à Deo ipsis communicatis, eum in finem ut homines ad divinum ejus amorem attraherentur.

Spiritus enim Christianismi, sine quo esse non possumus in Spiritu veritatis, non vult, ut odio habeamus, aut odiosos reddamus vel ipsos hostes & Persecutores. Jesus Christus inquit: *Benedicite maledicentibus vobis, benefacite odio vos habentibus, orate pro persequentibus vos.* Et quidem ipsemet ita fecit. Poteſtne Jesus Christus

ſtus Lucis & veritatis ſuæ Spiritum illis dare, quorum & cor & praxis, cordi & praxi ipſius è diametro contrariantur? Etiamſi quoque unus aut alter antea aliquam capacitatem aut lucem habuerit in rebus divinis, nonne intentio & diſpoſitio adeò obliqua atque Spiritui Sancto contraria eas prorſus delere, & talium *judicium* pervertere poſſent.

8. Accidit interdum, ut aliquis re malà intentione inceptâ, in progreſſu reſipiſcant, & benè abſolvatur illud quod malè inchoatum erat. Sed in toto hujus Authoris Libro, ne minimum invenimus veſtigium rationibilis ejusmode reditûs & converſionis. Videtur ibi ignis prædominare, & paſſiones, quæ mentem quàm plurimum obtenebrant, ut ſunt ira, cholera, indignatio, odium, zelus, quarum effuſione maximam & optimam vitæ ſuæ partem Author triviſſe, negare non poterit idque non ſolum adverſus hoſtes, ſed & contra confratres & fratres, quibus cum adhuc occupatus foret, niſi potentia ſuperior in hoc paſſu & ex hâc parte manus ipſi ligâſſet. Sed à parte adverſariorum & Myſticorum liberas adhuc illas habet; Hinc non eſt mirandum, bellum illuc ſe contuliſſe: Interim *nubila mens eſt, hæc ubi regnant.* Res divinæ & Spirituales non niſi in Elemento Pacis & quietis item per Spiritum Sapientiæ deſuper intelligi poſſunt; Sapientiam autem St. Jacobus ita deſcribit: *Sapientia deſuperveniens eſt caſta, pacifica, moderata, tractabilis, plena compaſſione*

Jacob. 4.

sione & abundans bonis fructibus, sine difficultatibus: Si autem vestrûm quis Sapiens & prudens est, monstrato opera & effectus per vitam cum hác mansuetá sive dulci sapientiá conjunctam. Sed, inquit idem Apostolus, quod ad passiones & dispositiones jamjam notatas attinet, *si in corde vestro fovetis amaritudinem zeli, & Spiritum contentionis, ne* falsò vos *Sapientiá hâc gloriemini, neque contra veritatem mentiamini: Hæc enim non est Sapientia desuper veniens, sed TERRESTRIS, ANIMALIS & DIABOLICA. Ubi enim invidia sive zelus & Spiritus iræ est, ibi mera est confusio & omne malum.* Poteritne juxta rationem ex ejusmodi radice sufficiens circa Theologiam mysticam judicium expectari?

9. Eò minùs hoc expectari poterit, quò magis in quantô locô notatur, censuram sive judicium ejus non solum effectûs esse obscurarum ejus passionum, sed & originem suam habere ex malevola voluntate, quæ & invenit malum, ubi nullum esse aliàs convicta est. Avertat Deus, me hoc ipsi ex privato zelo imputare: Audiamus ipsum loquentem: p. 169. ubi prius de *transformatione*, *Deificatione* & eô quod Theologi *contemplatores* dicunt, *in ipsis non amplius esse τὸ ME, & nullum aliud ME quam Dei*, addit verba sequentia, has tangentes expressiones: *Certus sum, Quietistas hæc non secundum literam intelligere. Amor jubet, ut Quietistis circa hæc sensus TOLERABILIS concedatur, item circa ea, quæ protulerunt Rusbrochius, Dionysius Car-*

Carthusianus & alii. Interim tamen alibi ea contra hanc convictionem & contra charitatis officium, juxta literam accipit sensu intolerabili, ac si mystici per *impietatem horribilem* è Creatura verum facerent Deum. Ecce proprii ejus termini, p. 17. *Quô Concilio, quâve Bulla horribilis hæc impietas, quæ è Creatura verum facit Deum, ceu tonitru in terram arietata est? Nonne adhuc temporis cum magna de Rusbrochio loquuntur Reverentia in Schola Mystica. - Quid significant termini, qui toties in Theologia Mystica occurrunt, cum legitur de transformatione, divinicatione Deiformitate, unione essentiæ - Non amplius invenio τὸ ME: Non aliud ME est, quam Deus?* Hicque primi ejus argumenti finis est, contra dogmata quædam Mysticæ Theologiæ, & inprimis *Transformationis*, sive *Deificationis*: p. 81. *Quicunque etiam eorum sit sensus, conceptus, sive intellectus, intolerabilis tamen prorsus est: Hoc est vel perfectus fanaticismus, vel hæresis, vel abominanda superbia.* Equidem non immoror evidentibus horum locorum contradictionibus, quæ alium sistent articulum; sed tantum probo, evidenter videri posse, eum malum, horribilem impietatem, hæresin, sensum intolerabilem quærere & invenire, cum tamen convictus sit, hæc argumenta non secundum nudam literam accipi, & charitatem requirere, & velle, ut tolerabilis illis donetur sensus. Miser ille Molinos, qui tamen nunquam illum læsit, etiam unus est illorum, quibus cum ita processit. *Si*, inquit, *Manuductionem*

nem Spiritualem tali modò legerimus attentione, qualis adhiberi solet in legendis rebus parvi æstimatis. (hoc est, sine passione & intentione mali aliquid indè extrahendi :) *Nihil ibi inventremus, quod Scandalo nobis foret, aut ansam daret opinandi, illum approbare doctrinam de famoso Libertinismo. - Sed si idem Liber debita inquiritur attentione, quo fundamentum ejus videatur.* (ita appellat cupidinem sive desiderium, quô Disputatores mali aliquid inveniendi & extrahendi flagrare solent :) *Sub magna & formosa Spiritualitatis specie, confusa invenietur massa omnium impuritatum, quæ ipsi imputantur :* Et hoc vocat insuper *DIE CLARIUS.* (p. 110.) O Rem mirabilem! tot hominum millia inter Pontificios, Protestantes, imò ipsum nostrum Authorem cum ipsis tam multum temporis in horribili adeò excæcatione fuisse & plerùmque adhuc esse, ut in Molinosii hujus Libris videre non potuerint, quod jam Author noster Meridie clarius conspicit! Cessabit autem admiratio nostra, quamprimum in mentem revocaverimus doctrinam Domini nostri nos docentis ; dari genus Diei, qui non est nisi caligo & hunc Diem in omnibus illis reperiri, qui rem aliquam oculo malevolo aspiciunt! *Oculus tuus si Simplex fuerit, totum tuum corpus Lumen erit: Si autem oculus tuus malus fuerit, totum tuum corpus opacum erit ; Si itaque lux, quæ est in te tenebrosa est, quantæ quæso ipsæ erunt tenebræ?* Item quanta erit hominis ejusmodi ad sententiam de Theologia mystica ferendam ineptitudo!

10. Nihilominùs Author noſter aptisſimum ſe æſtimat, & quidem ex rationibus novis, quas ſpiritualiter diſcernemus & inquiremus; nempè quia Proteſtans eſt, multas peragravit regiones, multasque ſpinas in myſticis Libris legendis devoravit, ænigmata eorum quâ potuit diligentia & decore detexit; Imò mutuo dedit ipſis Syſtema quoddam, eò quod nullum haberent: Ergò Convenit ipſi, ut ſemet judicem Myſticæ theologiæ ſiſtat. Inveniemus & videbimus easdem nos obligare res, ut prorſus contrariam juſto tamen modo inde eliciamus concluſionem. Nam in quinto loco, ſtatim ab initio tractatûs ſui dicit, *ſuum eſſe inſtitutum*, de rebus in quæſtionem vocatis judicium fabricare, ex ratione, *quia Proteſtans eſt, & quia Proteſtantes ſoli ſunt in poſſeſſione, ut credunt, veræ fidei, atque credere poſſunt ipſos ſolos pro chriſtianis puri amoris haberi debere.* Ratio hæc, non ſolum nihil valet, ſed etiam talis eſt, ex qua directè contrarium concludi poteſt. Nihil inquam valet: Si enim purus amor in hâc vita ſolummodo figmentum & fabula eſt, juxta opinionem noſtri Authoris, neceſſariò Proteſtantes cum ipſo, in qualitate chriſtianorum primi amoris non erunt, niſi figmentum, id eſt ficti chriſtiani & chimæriſtæ, ſecundum ipſum; Qui titulus tamen admodum miſer eſt, & tamen inde & jus & capacitas res myſticas judicandi, prætenditur. Quod ad veram attinet fidem; quemadmodum fides Proteſtantium, quatenus diſtingvitur ab eſſentia fidei cum aliis chriſtianis communis, nihil aliud eſt,

eſt, quam miſerabilis maſſa ſpeculationum controverſarum, rerum ejusmodi, quæ ad Salutem minimè neceſſariæ ſunt, ſive quædam differentia praxeos externæ; (quas tamen res Diabolus longè melius novit, & hypocritæ probiùs multò intelligunt quam ipſi:) Ita non video quâ ratione vi ejus ſibi capacitas & jus, judicium circa res myſticas ferendi arrogare queant. Allegare enim ejusmodi titulos idem eſt, ac fateri, ſe earum materiarum nullam habere peritiam, atque ita ad judicium de ipſis ferendum prorſus ineptum eſſe.

11. Quô autem me explicem, ne bonis hominibus ſcandalo ſim, dico duplex *Proteſtantium* dari genus: Alii ſunt pacifici & ſolido atque eſſentiali chriſtianiſmo vacant, parum curantes controverſias & diſputationes, à quibus optimi quique abhorrent; tales proximum ſuum ſuæ opinioni, praxi & divino judicio linquunt: Ipſimet autem illi complacere contendunt, per praxin & officia amoris & aliarum virtutum chriſtianarum erga eum, & erga omnes. Iidem aptisſimi ſunt ad res myſticas dijudicandas, modò ſe ad id præparent, prout rei pondus requirit. Alii autem ſunt rixoſi, diſputatores & logomachi, qui totam ſuam Religionem paucis exceptis, in eo conſiſtere faciunt, ut ſe ceremoniis & opinionibus Eccleſiæ Romanæ opponant, per alias opiniones & Ritûs. Non reſpicio ſolùm, Spiritum rixarum & diſputationis, quando per hoc intellectus & paſſiones ita turbare posſint, ut homo totus ad myſtica agnoſcenda ineptus red-

datur, quales reipsa in omni Secta sunt imò & ipsi in Romanò Ecclesia Scholastici: Sed præprimis assero protestantes hos Disputatores, in statu Protestantissimi sui, neutiquam legitimos theologiæ Mysticæ judices esse. Omnes enim illi, qui ante hâc, imò etiam hodierna de Theologiâ Mysticâ, optimè scripserunt, Pontificii fuerunt, non obstante, quod fuerint praxeos & opinionum, à protestantibus Disputatoribus damnatarum socii, acsi nullam cum æternâ salute, vera luce, summisque Dei gratiis communionem haberent. Hinc Protestantes rebus sic stantibus, & juxta Partis & Sectæ suæ principia obligati sunt, mystica Scripta eorumque Authores & materias condemnare. Sic autem nemo respectu Partis suæ rem aliquam damnare obligatus, in re eadem ut justus & legitimus judex recipi potest. Restat jam probare, utrum Author noster pacificis an rixosis Protestantibus ascribendus sit. Non spero fore opus, ut ob decisionem hujus quæstionis Romam legatio destinetur.

12. Præter præjudicium hoc, notate novum aliquid à parte cognitionis. Video Authorem nostrum (ignoscat mihi quæso hanc expressionem, aliam enim non invenio) tanta cæcutire ignorantiâ in rebus mysticis, ut ob evitandam prolixitatem, quinque capitibus restringi debeat; nempè ignorantia Historiæ, Lecturæ, terminorum, rerum generalium & specialium.

13. Non immorabor aut insistam ei, quod de ætate Theologiæ Mysticæ referre voluit, dum nullum citat exemplum antiquius, quam Essæo-

rum

rum inter Judæos, & Platonicorum inter gentiles: cum tamen ab mundi exordio sive (ut Scripturæ verbis utamur) *à Seculis ad Secula* Sapientia Dei (cujus possessio mystica est theologia) *in Sanctos ingressa est, & amicos Dei atque Prophetas* inter ipsos *creavit gentiles*, cum ad Deum apprinquârunt, & omni fidelitate claritatem Legis scriptæ in corda ipsorum seqvuti sunt: Rariùs autem hoc usu venit; Et Discipuli verorum horum Mysticorum, qui non perseverabant, degenerârunt ad Speculationes vanas & curiositates, quibus consequenter & Satanas se immiscuit. Item non insistam ei, quod Author persvadere conatur, Originem contemplationis in religione christiana, ex Platone ducere, & *Mysticos St. Clementem ab Alexandriâ, qui Seculo tertio vixit, ùt Sectæ suæ Caput & Antesignanum venerari.* Hæc enim assertio Historiæ adeò contrariatur, ut magno labore inter omnes mysticos, qui hactenus prodierunt, vix unus reperiatur, cui notum fuit, Clementem hunc aliqua cum ipsis communia habere: Nec unquam solummodò nomen ejus ab aliquo Authorum mysticorum recitatum est: Et nisi Archiepiscopus Cameracensis quædam invenisset loca, quæ in pastorali ejus extant, omnibus, si paucos excipis, ignota mansissent. Multum abest, quin Scripta Doctoris hujus, multò minùs autem Platonicorum origini contemplationis in Ecclesia Christi aliquid contulerint. Novit item nemo non, principes & Abbates eorum, qui divinam hanc vitam

Sap. 7, 27.

reſtaurabant, poſt apoſtaſiam Meridiem & Orientem verſus in ſolitudine & deſerto vixiſſe, & omnes ferè e. g. Antonium, Pachomium, Horum &c. idiotas & laicos indoctos fuiſſe, imò poſtremus uterque, forte & primus neque legere ſciebat. Tot chriſtianorum millia, qui ductum eorum ſequebantur, non minùs ac inſpectionem aliorum anachoretarum præprimis Seculo quarto & quinto, omnes idiotæ erant, ſi vel duos exceperis, qui mediocri imbuti erant literatura, inter 10. aut 20000. Interim tamen omnes, & præprimis Ægyptiaci (qui ne hilum de Platone aut Clemente Alexandrino ſciebant:) per putam orationem, cui accedebat mortificatio, veri contemplatores & poſſeſſores puri amoris Dei evadebant, id quod non provenit, niſi ex infuſione cælitùs, ceu ex unica origine divinæ hujus vitæ in omnibus illis, qui ab omni ævo à mundo ſeceſſerant, vel in cænobiis, vel alibi, & faciem Dei in ſinceritate cordis ſui implorabant. Probè etiam notandum, ſumma experimenta, & diviniſſima Scripta myſtica, quæ teruntur, ſimplices fæminas Authores ſibi vindicare, quales fuere Angela, Catharina Genuenſis & Thereſia; quarum vitæ & Scripta nihil comparandum: nihiloſeciùs tamen nequidquā de Platone aut Clemente Alexandro reſciverant, num unquam in orbe fuerint nec ne: Imò ipſemet Author ſe refutat, addens, *artem hanc perfectificandi propagatam eſſe in cænobiis, ceu habitaculis ſuperbiæ, Seculis XIII. XIV. XV. Quæ Secula profundâ laborabant ignorantia; Et in barbaris hiſce Seculis*

cauſam

causam nativitatis hujus theologiæ reperiri posse. Extricate hoc si nobis lubet. "Platonici & Clemens Alexandrinus in Christianismo mysticam "theologiam, apathiam, artem perfectificandi genuerunt, quæ ars superbiâ Monachorum (sublimitatem hanc Spiritûs affectantium) in cænobiis, Seculis barbaris & profundâ barbarie laborantibus duravit, & continuavit ubi nec de "Clemente nec de Platone quicquam innotescebat, & ecce *causa originis* ejus, quod jam mille "annis ante prognatum, & usque tum continua-"tum fuit. Quænam hæc sunt ænigmata! Si Mystici ita locuti fuissent, quid quæso de tantâ ipsorum contradictione diceretur?

14. Sed linquamus hæc omnia: Ecce hic aliquid, quod, cum ad novissimas faciat Historias, paulò accuratiùs discutiendum erit: Dicit folio tertio. *Agimus hic de mysticâ theologia, cujus Protestantes in genere ignari sunt, dum eam semper æstimarunt & adhuc hodienum habent pro fanaticismo, SUPERSTITIONE, & HYPOCRISI, hinc semper eam indignam æstimârunt vel minimùm temporis ipsi impendere.* Refert hîc Author noster perspicuè admodum rem probè notandam & aptissimam ad *gratum reddendum homini plebejo judicium Protestantium contra mysticam theologiam*, hoc est, quod illam judicant & extrema damnant damnatione, culpando eam ut *fanaticismum superstitionem* & *hypocrisin*: cum interim omnibus ignota sit; imò neque agnoscere eam volunt, dum ullum ipsi impendere tempus eam dedignantur. O rem

elegantem! Posito quæstionem esse de rebus merè terrenis, me verò dicere; agitur de hac & illa re, quam illi, quorum interest, magni momenti æstimant imo maximam rem ducunt; inventi autem sunt judices, ejus prorsus ignari, etiam cognitionem illius respuentes, nec aliquod temporis ipsi impendere dignantes, & nihilosecius judicium de illa tulerunt, & quidem maximè contrarium. Totum interrogo mundum num quendam in se noverit destitutum adeò ratione & brutalem, ut hoc magni penderet judicium? Interim juxta Authoris nostri effatum, ipsemet cum consortibus suis ita egerunt & judicarunt circa res mysticas, quas tractamus. Quod olim illud fecerit absque suo judicio, nullum est dubium ob factum ipsum: Ecce hic judicium, quod publicè de illa ante quindecim annos protulit: *Mystica hac theologia est quasi textura barbararum & haud intelligibilium expressionum, ridiculosarum visionum, stultæ & extravagantis devotionis, quæ satis capax est mentes seducere. Ejusmodi autem sunt Libri Tauleri, Schonhoffii, Rusbrochii &c.* Verum jam est illum tum temporis ne hilum cognitionis ejus, quod judicabat habuisse, adeò, ut paucos post annos, quàm mente conceperat, *Experimentum Theologiæ mysticæ edere*, quod, ejus *Impletioni Prophetiarum* annexum cernitur, Theologiam Symbolicam, sive allegoricam (ut tum ipsi remonstrabatur:) pro mysticâ haberet, & totum suum tractatum ad eam extenderet, nec ullum tamen de hâc (mysticâ) verbum protulerit.
Cogno-

Cognoſcit caſum hunc in genere, in novo ſuo libro, quem jam tractamus, in hæc verba erumpens. *Maxima* (Proteſtantium) *Pars ipſimet neſciebant quid MYSTICÆ THEOLOGIÆ termini ſibi vellent. Scientia hac ferè ſimilis æſtimabatur Scientiæ theologorum illorum, qui absq; omnimodo & excesſivè explicationes allegoricas adamant* (*LUPUS IN FABULA, IPSEMET ENIM ERAT.*) *Sed* addit, *hoc non ita ſe habet.* Cur igitur judicatur, cur quæſo condemnatur res, quæ etiam adeò ignota, ut nec nomen illius conſtet? Videbimus poſtea num ab hac ignorantia convaluerit: Jam reſpectu Proteſtantium Gallicorum, ſi ipſis annuere lubuerit, Hiſtoricum hoc, judicibusque tam incommodum factum, ac ſi *omnes ferè in myſtica theologia ignorantes* eſſent, eam nihiloſecius condemnarent, quanquam quid ſit neſcientes, misſum faciemus: Hoc non eſt illud, cum immorari inſtitutum eſt: En hoc!

15. Non conceditur ipſi factum illud Hiſtoricum, *omnes ferè proteſtantes Myſticam theologiam ignorare*, eosque illam temnere & condemnare; Judicat hiſce, ſe non minùs theologiæ myſticæ hiſtoriam modernam, quàm antiquam ignorare. In Belgio Proteſtantium Numerus non eſt parvus, & in Germania vel centies tantus, præprimis Auguſtanæ Confesſioni addictorum, quorum permulti myſticam theologiam magni faciunt, & ſublimem in eâ cognitionem acquiſiverunt. Et quidem ad multos varii Statûs, generis & Profesſionis homines,

Doctores, Pastores, Professores multosque eruditos & varia scientia præstantes atque experientissimos provocare possem, non minùs quàm ad magnum numerum Laicorum. Sed mittam Personas, & ad sequentem irrefragabilem provoco rationem, quæ hæc est: Omnem mundum, cùm adversarios tum amicos convenire in eô, quod mystica theologia tota & integra contineatur in Scriptis Tauleri, & inter Scriptores Mysticos nullius authoritas sit magis considerata & stabilita, quam ipsius. Omnia enim opera ejus vel septies aut octies ad minimùm impressa sunt, in usum quidem Protestantium, & bis Belgicè, semet aut bis à *Johanne Arndio* Germanicè: Semel aut bis *Basiléa*, & non ita pridem bis *Francofurti* spatio duodecim annorum, operâ *Domini Doctoris Speneri*, qui adhuc in vivis & Magnus est Mysticus, imò caput omnium Religiosorum Augústanæ Confessionis, in tota Brandeburgicâ ditione. Addo, quod multa Tauleri opuscula sæpiùs denuò, itidem in usum Protestantium impressa sint; item Professorem Tübingensem, Besoldum inquam primùm publicavisse, & imprimi curavisse elegantissimùm hujus Tauleri Tractatulum, *Imitationem Pauperis vitæ Christianæ*. *Doctorem* verò *Spenerum* primùm luci dedisse aliud ejusdem opusculum, *de vita contemplativa*, quod non invenitur, nisi in Editione Francofurtana. Jam ne septem aut octo Editiones Mysticorum Principis in usum Protestantium procuratæ, & per doctos admodum Protestantibus auditoribus suis commendatæ annexis

nexis & præfixis teſtimoniis favorabilibus, indicant, *omnes ferè Proteſtantes myſticam ignorare theologiam, eamque contemtui habere?* Audiamus propria ipſorum teſtimonia contra hunc contemptum. Et ne objiciatur mihi, teſtimonium duorum aut trium Doctorum particularium comparari non debere cum grandi reliquorum Proteſtantium multitudine; quosdam Claſsis primæ allegabo, quorum prolixitas (ſi ita apparuerit fortè) Lectoribus non diſplicebit, cum hâc vice talia tractemus, quæ Proteſtantibus Gallicis parùm innotuerunt.

16. Audite hîc Lutherum, & quomodo ſe in cauſa Tauleri erga amicum ſuum explicet: *Quodſi deſideras, in vernacula tua veterem & puram Theologiam legere, eme Sermones Tauleri Monachi Prædicatoris, Nullibi enim, neque in lingua latina, neque germanica puriorem vidi theologiam, quæ ſalubrior eſſet, & cum Evangelio melius concordaret.* Tom.I.Epiſt. Ep. 23. ad Spalat. p. 23.

Idem in alia Epiſtola ad eundem dicit amicum. *Rogo te adhuc ſemel, crede mihi hâc in re, & fac quod tibi dico. Compara tibi TAULERUM, quod jam antea monui, ſi fortè eum acquirere poteris, ut facilè te hoc poſſe credo. Hic ſanè eſt, Liber, in quô puram adeò & ſalutarem invenies doctrinam, ut omnia, quæ jam docentur vel græco vel Hebraico vel latino idiomate, nihil ſint niſi ferrum & terra, cum illâ comparata.* Epiſt. 108. ad eundem.

Item

In Epist. præfixa Tractat. Gochii.

Idem in alia adhuc dicit Epistola: *Nuperrimme in vernaculâ nostra Liber Tauleri excusus est, qui olim Thomista fuerat, sed si rotundè fatendum, talis extitit Doctor, cui vix à temporibus Apostolorum similem quendam prodiisse, credo.*

Idem Tomô I. Operum suorum (Jenens.) p. 86. inquit: *Quod Tauleri Doctrinam attinet, quanquam Theologis in Academiis ignotus fuerit & est, ideoque ab ipsis temnitur, certò tamen, scio, me in illo plus puræ & divinæ invenisse doctrinæ, quàm in OMNIBUS OMNIUM ACADEMIARUM DOCTORIBUS nec inveni nec invenietur.*

Tom. II. Jenensi Lat. p. 53.

Alibi adhuc: *TAULERUS HIC, Homo Dei dicit, & cuivis per experientiam constare deberet Deum, nunquam gratiorem, suaviorem, dulciorem aut amiciorem esse amicis suis, quàm probando illos per Crucem.* His Lutheri testimoniis effata Melanchthonis addemus dicentis: *Origenes inter Patres Primatum & primum ordinem sibi vindicat, quod ad allegorias & mysticas interpretationes attinet; Sed inter Contemporaneos nostros Taulerus facilè Princeps est. Audio tamen Sophistas quosdam inveniri, qui clarissimi hujus viri doctrinam prorsus christianam contemnere nituntur: Illi enim, qui in cippo ejus imaginem Sancti Johannis, digito suo Jesum Christum monstrantis in sculpi curraverunt, aliud*

indi-

indicare noluerunt, quam doctrinam ejus homines rectà ad Christum reducere.

Audiamus etiam, quid *Johannes Arndius* (quem *Lætus* in *Compendio* suo *Historiæ universalis*, *Pietatis Singularis Formatorem* insignit) de Taulero testetur. *Res proh dolor! jam temporis eò devenerunt, ut Scriptura magis secundum carnem & rationem humanam, quàm juxta Spiritum explicetur. Facta enim est Theologia ex doctrinâ & illuminatione divinâ, ars & Scientia rationis. Taulerus autem totam suam doctrinam in suppressione & mortificatione carnis, item in restauratione Spiritûs sive hominis novi fundat. Docet, quomodo cor Deo tradi debeat, quem actum per vocabulum RESIGNATIO exprimit: Paucis absolvam; Cor, quod Jesum Christum pro fundamento suo habet, in Taulero tale inveniet lumen, ad correctionem, devotionem, sanctitatem, probitatem, pietatem, timorem Dei, sapientiam spiritualem, ut ipsô fructuosè uti potuerit, ceu medicamento pretiosò, ad animæ suæ salutem. Itaque unicuique lectionem hujus Libri in optima formâ commendo, & certus sum, Lectorem laborem suum abundanter indè compensaturum.* Multa alia missa facio testimonia, cùm *Lutheri*, tum *Welleri*, *Neandri* & aliorum *Doctorum Protestantium*, quæ partim in ultimis editionibus Francofurtanis Germanicis, partim in Belgicis obvia erunt, hic autem pro repetitione prolixiora sunt. Hâctenus Argentoratenses Honorem Sepulchri ejus sibi vindicârunt, ubi imago

Præfatione in conciones ejus.

imago ejus expressa - cernitur in lævo suo brachio tenens agnum, Jesum Christum denotantem quem indice manûs suæ dextræ monstrat. Cùm itaque Mysticus hic Doctor ejusque Scripta nota adeò, & à pluribus Protestantium admodum adamata sint; quilibet facile judicabit, utrum Author noster aliquam statûs hujus theologiæ hodierni peritiam habeat respectu Protestantium? Dum universaliter de eorum ignorantia & contemptu circà hanc Theologiam loquitur.

Ad Anglicos quod attinet Protestantes, cum non sim peritus Lingvæ eorum, certum quid de ipsis concludere nequeo in causâ Theologiæ mysticæ. Ingenere quidem scio, multos illorum eam probè novisse & magni pendere, quod nobis Scripta Doctissimi *Francisci Rous*, & sermones Doctoris *Joh. Eberhardi* persvadent, quæ sensui Tauleriano admodum respondere asseruntur, & Belgicè prodierunt; item Libri Doctoris *Joh. Owenii*; Et certò scio, multa hujusdem generis opuscula extare: Ut ita Author noster, cum ignorantiam & contemptum Protestantium Doctorum in rebus mysticis, justò latiùs extendat, ex parte hâc multum decipiatur.

17. Ignorantia autem ejus in cognitione crassior adhuc est ex parte lecturæ. Ex libro ejus convinci non possum, unquam illum mysticum quendam librum solidè perlegisse. Unicum illud Molinosii opusculum & quædam Scripta Prælatorum illorum, quos perstringere studuit, meô quidem judicio omnia illa sunt, quæ in hâc materia

materia legit, & ex hisce allegata aliorum mysticorum transcribit: Et cùm quædam allegatorum horum falsa sint, minimè tamen intermisit, eadem ita imperfectè exscribere, e. g. Primus, quem citat locus (p. 16.) & cujus causâ in sequentibus contra Rusbrochium fulminatur, hic est: *Anima contemplatrix cessat esse in essentia, in quâ antea erat, quam in essentiam Dei transformabatur, mutabatur, & immergebatur.* Mihi videtur quod, quando institutum est Authorem quendam ob locum aliquem ex alio qui illum forte ex libro & codice depravato exscripsit, allegatum prosternere, ad minimùm inquiri debeat, num dictum illud, de quo sermo est, ita in originali Authoris textu ita extet, aut bene translatum sit? Supradictus itaque locus non sic, ut allegatus est, extat in Rusbrochio, sed potiùs contrarium. Sequentia enim superioribus prorsus contraria verba in ipso leguntur; *Semel pro semper lectorem diligenter animadvertere & memoriâ retinere velim, ut creatura semper maneat creatura, nec unquam essentiam suam amittat: quod absurdum sit dicere.* (de Nuptiis Spirit. Part. 3. c. 1.) Et quando paulò antea dicit, unionem, de qua loquitur absque alteritate esse, statim addit restrictionem duplicem, hanc, terminum adhibendo, *ut sic dicam*, illam quæ indicat ipsum *de alteritate*, quatenus perceptibilis est, loqui: *sine aliqua, ut sic dicam, perceptibili alteritate.* Addit tandem: *Obsecro omnes ad quorum manus ista, notitiamque pervenerint, si quidem ea non intellexerint, neque in Spiritus*

sui

sui fruitiva unitate sentiant ac experiantur, *ut ne quod hinc offendiculum capiant*, *sed sinant esse id quod sunt:* Si Criticus quidam hæc omnia in originali vidisset, sine dubio severum tale & durum judicium suspendisset. Alia nota, quod Mysticos non legerit, est, quod notissimos neque nominare novit. Quinquies citavit Reginam Franciæ *Mariam Theresam*, cujus nomen memoriæ ipsius impressum erat, locò Santæ *Theresæ de Jesu*, quæ nunquam *Mariæ* nomen habuit. Citat etiam *Catharinam de Siena* pro *Genuensi.* Dominum *Olierium*, aliàs Superiorem Scholæ Sancti Sulpicii Lutetiis, qui in tota Gallia & alibi admodum notus est, pro *alienigena* nescio quò *Latino* in suo Libello gallico Author noster habet, *dicens certus quidam OLERIUS*: Cujus erroris origo est, quod nomen ejus non nisi in Latinis Libris allegatum vidit. Nota verò omnium certissima, illum prorsus nullos legisse Mysticos, quorum tamen judex esse præ se fert, est querela, quam toties repetit, mysticam theologiam *confusam esse massam* rerum quarundam *sine ordine*, *sine methodo*, *sine connexione*, item *mysticos non Systematicè scripsisse*, ideòque se ipsis aliquod Systema mutuò dare debere (p. 15. & 78.) Quo igitur ipsi ostendamus, mysticos ipsi prorsus ignotos, Systematicam autem ejus liberalitatem supervacaneam esse, (timeo Danaos & dona ferentes) vel duodecim recensebo, qui Systematicè & methodice scripserunt. Ipsemet primus duorum vices explere potest, duo enim edidit Systemata:

Sunt

Sunt autem sequentes, *Harphius*, *Rusbrochius de ornatu Spir. Nupt. Barbanson*, *Gelenius*, *Mich. à St. Augustino*, *Alvarez de Paz*, *Sandæus*, *Hugo de Palma*, *Thomas à Jesu*, (itidem duo edidit) *Johannes à Jesu Maria*; Ecce vobis decem Authores & duodecim Systemata omnia Latina. En adhuc quædam Gallica, Belgica & Germanica. *Caufeldi Abregé de la perfection chrêtienne*, *Liber de l' abnegation interieure sive la Ruine de l' amour propre*; *P. Johannes Evangelista*, *Thalamus Sponsi*, *Hoburg*, *&c.* Hæc si non sufficient, numerus duplicari poterit, si Authori nostro visum fuerit, ut taceamus *Scalam* & *Noctem obscuram Johannis à Cruce*, Colloquia Sanctæ *Catharinæ de Genua* & alios multos, qui bonô ordine & optimâ methodo res suas digesserunt. Plurimi ipsorum præclarissimam adhibuerunt methodum, quæ unquam visa est, & ab eruditis *analysis* appellatur, ubi subjectum in suis partibus adeò resolvitur, ut una ex altera quasi concatenata & quasi aliâ ex alia nata appareat super principium suppositum, ut ita constructio particulatim cernatur. Hoc autem modo scripserunt *Harphius*, *Rusbroch*, *P. Johann. Evangelista*, Authores *de l' Abregé de la perfection chrêtienne*, *de la Ruin de l' amour propre*, *Thalamir Sponsi*, *Canfeldius*, & magnus aliorum numerus, quos omnes nominare supervacaneum: Itaque Liberalitas Authoris nostri Systematica non est de tempore.

18. Ad terminos quod attinet mysticos, querelæ (circa obscuritatem, caliginem, confusio-

 nem

nem terminos barbaros & feros, nihil significantes &c.) meo quidem judicio, testimonium satis clarum sunt, illum juxta propriam suam sententiam res mysticas non intelligere. Si quis responderet, illud tantum vulgi causa dictum esse, idem esset ac nihil dicere, quod non possit convenire cum terminis aliarum artium & scientiarum, quare absurditas foret ejusmodi fundere querelas. Præterea plerique Mysticorum latine prostant, quod cum vulgi querelis circa obscuritatem terminorum illorum consistere nequit. Locutus est Author ita respectu sui ipsius & sibi similium. Ita inquit. p. 71. *Theologia hæc tali conscripta est lingvâ, quam eruditi admodùm raro intelligunt. Loquimur & scribimus, ut intelligamur. Hi autem Doctores scripserunt, ne intelligerentur.* Certissimum signum, illum terminos non intelligere est, quod cum Archiepisco Cameracensi contendere vult p. 15. 16. circa effatum ejus omnes *vias internas ad purum amorem intendere*, eumque amorem totius theologiæ Mysticæ scopum esse. *Nos nihil*, inquit, *credimus, postquam oculis nostris scopum Moralis hujus mysticæ vidimus, quod appellant vias internas, quæ omnes hominem perfectificare, Deificare & transformare intendunt; &c.* Nesciens omnes hosce terminos, *purus amor, christiana perfectio, Deificatio, Transformatio, singularis cum Deo unio*, Synonyma, & ejusdem significationis esse: Cum enim juxta Johannis effatum Deus ipsemet amor & quidem amor purus sit, etiam amorem purum possidere sive

cum eo unitum esse, & Deum possidere aut cum ipso unitum esse, una eademque res est: Et cum idem Deus perfectus, imò perfectio ipsa sit, etiam ipsum sive amorem purum possidere & perfectionem possidere itidem una eademque res est: Deum possidere, sive (ut loquitur Petrus) divinæ naturæ participem esse, (quæ (natura) juxta Pauli expressionem, in eandem nos mutat imaginem & cum Deô unum facit Spiritum) sunt adeò evidenter idem quod Deificatio, Transformatio, Unio, &c. ut vel simplicissimus idiota illud comprehendere possit. Atque ita indifferens est, quis etiam terminus horum eligatur, ad judicandum finem theologiæ mysticæ, quem *St. Catharina de Genua purum amorem*; l' Abregé, *perfectionem*; Johannes à Cruce *Deificationem* appellat, absque minimâ contradictione sive oppositione & mutatione mundi, aut ad minimum eorum, qui terminorum valorem intelligunt. Quia autem Author noster illum non intelligit, quanti ergò quæso judicium ejus circa theologiam Mysticam æstimandum?

19. Quod itaque ad intelligentiam ipsarum rerum attinet, ipsemet clarè exprimit, mysticam theologiam ejusque materias ipsi domum obscuram, terram ignotam, ænigma &c. esse. Neque diffitemur magnum metum, multasque difficultates ipsum cepisse tùm, cum generale hujus Theologiæ Systema conflare, sibi proponeret. Verum est, velle illum Lectoribus suis hic illic persvadere, se tantum veritum esse, ne ipsis laborem aut sibi molestiam conciliaret, qui

metus eum impedivit, quo minùs materias Subjecti hujus deduceret & explicaret; Quò cum ita loquentem audientes diceretis ipsum rem *in solidum* intelligere & possidere: Minùs autem ridiculum fuisset, si simpliciter & cordatè fassus esset, metum hunc indè venire, quod mysticam theologiam prorsus non intelligeret, cum eam *indignam* habuerit, cui *aliquod temporis impenderet.* Prima statim definitio quâ ipsâm definire voluit, planum facit, illum eam parùm intelligere. *Mystica* inquit p. 3. *theologia est ars* (perfectificandi p. 7.) *est enim Scientia omninò practica, per quam animas devotas jam in hac vita ad perfectam & internam cum Deitate unionem adducere student: Mystici hujus Scientiæ sunt Magistri*, & omnia tendunt *non solum ad perfectam charitatem, & purum amorem, sed & ad veram salutem, (quæ juste summa & sublimissima dici potest adhuc in hac vita; ubi nec attendi debeat seculum futurum) ad verum* (inquit alibi) *glorificatorum statum.* Ex illis quæ superiùs diximus, videre est, assertionem hanc ultimam non veram esse. Si autem Author eam studiô Theologiæ Mysticæ imputat, non est sanè sincerus. Mystica enim theologia non magis ars aut scientia est, quam visus, auditus, amor, spiratio, vitaque naturalis. Est donum Dei supernaturale: Est visus spiritualis, & divinus per Spiritum Sanctum in animum hominum illorum, qui se Scholæ internæ, quò voces Magistrorum humanorum penetrare nequeunt, tradunt, infusus amor: Possunt quidem censu-

censuram & Regulas dare: Sed illæ tantum ad media pertinent, quibus ab impedimentis expedimur, aut ea præcavemus, & justitiæ vocamus atque studemus, sive ad bonam partem nos vertimus, licet non perducat aut operetur aliquid verè reate. Et hoc nequaquam ipsis jus concedit, ut appellentur *Magistri artis perfectificandi:* cum potius à superbâ hujus tituli arrogatione sibi caveant: Eodem modo quo illi, qui media præscribunt organum visûs ab incommoditatibus suis restituentia, sibi cavent, ne titulum patiantur, *Magistri in arte videndi* & adhuc minùs *Magistri lucis aut illuminationis.* Possunt quidem Regulas suas justo disponere ordine, item loqui & scribere de operationibus Dei & Spirituali experientia, omnia bono ordine & Systematicè. Sed hoc propterea neutiquam theologia mystica est, sed Systematica, nempè expressio externa, quæ per se extra theologiam mysticam mortua est, quippe ea nomen tantum suum Systematicæ impropriè commodat; Quemadmodum multæ aliæ res, quæ tractantur, patiuntur, ut nomina earum impropriè Libris illis dentur, qui de ipsis loquuntur, atque ita Liber ejusmodi, nomen & titulum *Naturalis vita* habere posset, in quo hæc methodicé ex- & proposita esset, absit tamen ut naturalis vita dicatur *ars* aut Scientia, Author verò hujus Libri, *Magister in hoc arte sive Scientia.* Prolixiores aliquantum in materia hâc extitimus, quo illi, qui mysticæ theologiæ addiscendæ desiderio tenentur magnam admodum evitent inconvenien-

 tiam

tiam & sciant, eam tantùm prorsus imperfectè & impropriè in Libris quæri & inveniri, qui nos semper cæcos relinquunt, si præter hoc eam non simul in Deo in cordibus nostris per viam orationis quærimus. Jesus Christus inquit, *omnes à Deo docti erunt, & cuncti, qui tali modo Patrem audiverunt, & tali modo etiam ab ipso docti sunt, ad me veniunt.* Impiis autem sive cæcis hominibus hoc ut fanaticismum calumniantibus, *ne timeatis* inquit ipsemet Deus, *contemptum hominum, nec terreamini blasphemiis & persecutionibus eorum: Sed potiùs audite me vos, qui veram novistis justitiam, & legem meam in cordibus vestris habetis. Vermis hos corrodet irrisores:* Et sane beatitudo foret, si non esset vermis *nunquam interiens.*

Joh. 6.

Esai 51.

20. Facilè judicari potest, hominem mundo Systema quoddam communicaturum, quâ de re etiam sit, postea autem retractantem, nec solidam cognitionem, nec veram rei ipsius imaginem habere. Si compendium illud Systematicum, quod Author noster de Theologia mystica edere ambivit, rectè consideratur, judicium à superiori alienum fieri non potest. Nolo substantiam ejus examinare, neque res ipsas tangere, sed tantum generaliter aliquid notabo. Methodus, qua eam tractat & intelligit omnium absurdissima est. *Hæc est*, inquit p. 15. *ut priùs scopus artis sive scientiæ ponatur, & quid institutum sit facere explicetur: postea & via & regulæ*

ad

ad scopum præfixum perveniendi cernuntur. Hoc non adeò absurdum foret, si per illud intelligeret, quod statim ab initio paucis verbis, & quasi uno puncto notari & monstrari debeat scopus, qui generaliter præfixus est. Hoc quippe rationi consentit, ad minimùm enim vel ruditer sciendum, quid quæratur, & scopus, quà tendatur: Sed prolixè incipere scopum hunc à maximô ad minimum explicare, magna est stultitia. Scopus enim rei, ejusque adimpletio difficulter comprehenditur, nisi per eum, qui illius principia & media, vias & progressus vidit; ipsosque omnes secutus est. Atque ita prolixa hæc scopi explicatio in ultimum locum reservari debet: aliàs enim animus Incipientium confunditur, cum ipsis primô statim intuitu expositio hæc proponitur. Hoc autem Author noster fecit, & ita orsus est. Sub terminis *Deificatio, transformatio, status passivus* vulgo, id est hominibus, nihil rerum mysticarum intelligentibus, aut si vel maximè speciosum est, vix inchoantibus, statim ab initio omnium sublimissimas, ad statum eorum minimè quadrantes, imò ultimas, illisque, qui omnia ferè pertransierunt & ferè ad scopum pervenerunt, reservatas, explicare existimavit. Huic negotio 48. priores Libelli sui (quem Abregé Systematique inscripsit) paginas, in genere 70. paginas continentis impendit, atque ita tertiam partem hujusdem libri geminatam prædicta expositione implevit. Nec tamen hanc sentit perversitatem, sed potiùs suam methodum putat omnium optimè excogitatam esse: *Non*

est, inquit p. 48. *quod quis abs re esse ducat, nos circa hunc articulum prolixiores fuisse, clavis enim ille est, domus hujus obscuræ:* En! coronidem domus & cacumen vel potiùs intimum conclave pro clave habuit! Quænam hæc est ignorantia pro Introductore, quæve confusio, imò quæ distractio hominum eorum, qui se introduci opinantur! Non opus quoque est Lectores ejus interrogare, num Spiritum suum ex introductione ejus obscuratum & obnubilatum sentiant? Num clavis hic ipsis invisibilis non sit? Num ipsis non videatur mera sibi proponi ænigmata? Si Author spirituales has materias ita tractavit ea intentione, ut riderentur, easque idcircò inverso ordine explicuit, ut reprobarentur, ab illis, qui in ipsis non nisi tenebras & caliginem invenient, malè admodum fecit. Sed credibilius est, ex ignorantia eum in hoc passu peccavisse, & in fundamento nec rem, quam tractare affectavit, nec rationem & modum, regulas bonâ methodô deducendi, intellexit.

21. Pauca autem hæc omnia sunt respectu & incomparatione partitionis, enumerationis, & explicationum particularium mediorum & itinerum mysticorum, quas in sequentibus tradit. Sine exaggeratione affirmare possum, me pro viro bene literato, & tali, qui bene dispositam Epitomen dare præ se fert, nunquam massam confusiorem vidisse, quàm hanc Epitomen Systematicam, quam Author misericordiâ motus ei commodare vult theologiæ, quæ in quæstionem venit, consistit nempè ex meris partibus corrasis &

con-

confusè coacervatis, ubi cœlum quasi mixtum est. Videamus, quomodo materiam disponatur & in capita dispertiatur.

De mystica theologia, de Deificatione, de statu passivo, de vita unitiva, item de purgativa & illuminativâ; de contemplatione & meditatione, de oratione passiva, num status passivus cum peccato mortali consistere queat: verus omnium Mysticorum Scopus est Transformatio; Archiepiscopus Cameracensis contemplationem suam in statu cælestis perfectionis ponit: de puro; suum non quærente amore; de Sancta resignatione sive indifferentia; de ultimis signis, de abdicatione & Sacrificio Salutis suæ: Conclusio de mystica theologia in genere; Conclusiones contra quædam dogmata particularia mysticæ theologiæ. Lectoribus, rerum harum peritiâ nondum imbutis, ut & Authori nostri defectus & confusio meliùs probari non posset, quam per repræsentationem comparationis sensibilis ad capacitatem eorum accommodam. Credite itaque, & imaginamini vobis, Authorem nostrum sibi persvasisse, Anatomicos nullum artis suæ regulare Systema habere, ideòque illum ipsis quoddam mutuo dare voluisse, capita autem & partitiones modo sequenti distribuisse: *De anatomia Corporis humani, de Capite & pedibus, de nervis, de corde calce & visceribus de facie & podice; de Sangvificatione: num Sangvificatio consistere queat cum mortali vulnere decollationis. Verus scopus omnium actionum naturalium est chylus. Philosophorum Patriarcha originem nervorum*

in corde ponit, de jecore purgato, de cruribus, de humeris, de epidermide, de excoriatione, Conclusio generalis de Anatomia, conclusiones particulares, contra confusos Anatomicos, Systema methodicum non habentes. En! Nonne Systema hoc optimè dispositum, miserisque anatomicis hocce destitutis ut commodetur dignum. Irregulariter Authoris nostri ejusque Epitome theologiæ Mysticæ Systematis, non minor est, & accuratiùs depingi nequit: Magna etiam foret vanitas; Si Prudentes Ordinem & Explicationem ibi invenire allaboràrent. Ad minimum Author noster, quam parum etiam Spiritui ejus infuerit, partitionibus suis, licèt multùm deficientibus, meliorem & magis connectentem ordinem dare debuisset, qualis sequens aut similis esse potuisset: "De theologia Mystica & tri-"bus ejus viis sive statibus, de purificatione, de "illuminatione & unione generali, de medita-"tione, de contemplatione, de Oratione passiva "& statu passivo, de probationibus amoris, de "resignatione & indifferentia sancta: De amore "puro in sua perfectione, sive de unione perfe-"cta, aliàs de transformatione & Deificatione. &c. Hoc modo fortè res alia aliam extricare potuisset; Et si Lectores regularitate quadam incepissent ab eo, quod juxta ordinem primum & facillimum est, apti fuissent ad comprehendendum id, quod ab illis dependet, & semper longè difficilius est initiò. Sed in ea confusione, sive potiùs dilaniatione, in quam Author materias hasce demisit, & juxta horribiles illas glossas, explicationes

tiones & appellationes, quibus illas oneravit & deformavit, culpando eas ùt *extravagationes, ſtultas viſiones, horribiles impietates, blaſphemias, impietates primi ordinis, fanaticiſmum totalem, frivolam ſuperbiam, hæreſin &c.* nihil ibi Syſtemati aut Myſticæ theologiæ ſimile cerni poteſt; "Non ſunt niſi membra miſera & inco-"gnoſcibilia, à pulchro corpore ſeparata, tota-"liter contaminata, ſangvine & cæno dedecora-"ta, & in Sterquilinio toti orbi viſum expoſita. Plus myſticarum rerum ibi non invenitur, quam centones laceratorum, maleq; compoſitorum locorum, ut & hîc illic diſſipatæ expreſſiones, & quidem tali modo, ut odium in illis excitaretur qui pulchrum hoc corpus nunquam viderunt; item ut myſticis anſa præberetur, exteriorem hanc, abominabiliter propoſitum ſuæ theologiæ partem conſpiciendo, exclamandi, ut Jacob faciebat, cum ipſi panni de veſte filii ſui Joſephi monſtrabantur: *Ecce veſtem filii mei Joſephi laceratam! Joſeph eſt devoratus, mala eum Beſtia dilaniavit!* Benè feciſſet Author, ſi multum hominum incitaviſſet, talem cum illo comparationem faciendi, quam tamen aliter non profero, quàm ut ipſi eam indicem, absque intentione, ut applicationem ingratam in ipſum facerem, qui potius opto, ut ſe emendet, nec iraſcatur, multò minus autem in deploranda hac occupatione ſe confirmet aut continuet, quæ eum impulit à materiis ad Perſonas Myſticorum & Sanctorum ſeſe vertere. Puriſſimas & illuminatiſſimas animas, quas unquam orbis habuit, ille

ille insignit, *Fanaticos*, *Illuminatos Hispaniæ*, *Visionarios*, *Spiritus langvidos*, *quibus ut Helleborus applicaretur & vena secaretur consultum foret*, *Homines mali characteris & malæ fidei*, *Hypocritas & mendaces.* Hoc iracundiæ genus, quod nec Advocati & vilissimi garruli contra adversarios suos applicare audent, metu, ne ab auditorio removeantur, cùm indigni forent, in conspectu honestorum hominum verba fundere: Hoc inquam iracundiæ genus, quæso! an decet Theologum, qui judex in rebus mysticis esse audet?

Jam declaravi, me non discussurum hasce materias, neque in omnes inquirere defectûs, qui innumerabiles forent. Committo hoc illi, qui directè de hisce librum conscribere suscipiet, ubi quælibet evolvi poterint. Dicam tantum aliquid de horrenda quâdam maculâ, magnum incutiente horrorem, quâ tamen totum Mysticorum corpus & mysticam theologiam in genere inquinare studet: Quod nempè *impurum hunc modum* teneat, *Statum passivum*, *ut & purum amorem*, *cum peccato mortali probè consistere posse; hominem absq; fide in Deum absorberi posse: Idololatram, gentilem, Mœchum, Scortatorem in numero passivorum esse, & cum Deo etiam singulari quodam modo uniri posse.* pag. 143. aut potius, ut pag. 35. sese explicat: *Animam cum Deo intimè unitam, conjugatamque vinculo amoris omnipotentis & puri, Deum videntem modo contemplativo, in Deum immersam, absorptam & annihilatam, in sublimissimam & per-*

& perfectissimam essentiam transformatam & Deificatam, in peccatis mortalibus adhuc hærere posse. Omnes hæ expressiones accusationes sunt naturæ Systematis à mystico nostro Authore, hoc est, sunt fructûs ex ipso orientes, eosque commodare vult, nam de omnibus hisce nihil unquam in mysticis repertum est. *Sed quid!* inquit p. 142. *Nonne impuritates hæ in veris inveniuntur Mysticis?* Nequaquam: Et *quid*, pergit, *significat, quod tres, illi Prælati in declaratione sua dicunt, juxta Authoritatem Sanctæ Theresæ, juxta Explicationes Johannis à Jesu & juxta opiniones Jacobi Alvarez de Paz, & Sancti Francisci de Sales multorumque aliorum docentium, Statum passivum & orationem passivam cum peccato mortali consistere posse.* Hoc significat, primò ut loca hic illic excerpta ita, ùt inveniuntur, linquantur absque depravatione: nullibi enim in hisce invenitur terminus, *status passivus*, sed tantum *oratio quietis.* Hoc plus significat, Deum interdum ut maximos peccatores commoveat & ad se convertat, eos supernaturali aliquo lumine & quibusdam divinis cogitationibus illustrare, ad quod nihil conferunt activitate sua: item Deum in illis idem sæpius repetere aut ad tempus omittere posse; Et nequaquam credo Authorem nostrum hisce contradicturum. Sed hoc minimè efficit Statum, & multò minùs *Statum passivum unionis intimæ & puri amoris Mysticorum.* Hoc vocatur, res gratiæ vocationis extraordinariæ & non gratiæ unionis. Ex quô patet, Accusationem Authoris

nostri

nostri de nihilo esse: Nec ipse aliter potest quàm revocando annihilare illam: Dicit enim alibi de Mysticis eorumque Theologia, eos pro fundamento ponere *Statum sine peccato*, sive *impeccabilitatem* & *privelegium*, *tentationibus non amplius subjectum esse*. pag. 21. *Concedendum*, inquit, (p. 38.) *Mysticos juxta principia sua credere debere, Contemplatores non solum non in peccato esse mortali, sed nec unquam in illud recidere posse*. Paulò inferius *proprium & certum ipsis dedicat statum, item speciem unionis cum Deo, quæ contemplatores Sanctis in Cœlo omninò æquales reddit. p. 41. ita ut Sancti in cælis majus aut amplius habere nequeant. Statum* (p. 45.) *in quo animâ non amplius habet proprium, nullam propriam voluntatem, nullam propriam formam, omnes enim formas, quas à gratia accepit lance æquali possidet*. Pluribusne indigemus, ut illum per seipsum refutemus? Sed accusatio jucundior ipsi videbatur, quam ut eam missam faceret, quin operam impendisset eam alio in loco repetere. Dicit, Molinosium in spirituali sua Manuductione omnia impuritatum & abominationum genera tradidisse: posteà eum insimulat, quod aliud non sint, quàm consequentiæ, ex Doctrina Mysticorum oriundæ. p. 144. Inquit, *Molinos optimè ratiocinatus, & imitatus est viam, quam Mystici ipsi monstrârunt & patefecerunt. - & consequenter erravit. Evidenter videre possemus, Quietismum* (En! abominationem, quam Molinosio imputat) *nihil aliud esse, quam mysticam theologiam justò sublimius*

miùs agitatam, per homines, qui citò nimium frequentaverunt viam, jam optimè tritam. Author noster mirabilis est demonstrator. Fatetur autem; Eos juxta Mysticorum Principia, nec esse nec labi posse in peccatis mortalibus, interim tamen evidenter demonstrare potest, citò nimiùm viam eorum jam planè tritam frequentantes in omnem casuros abominationem. Hoc si verum, necessariò genus quoddam diei & evidentiæ ipsi esse debet, quò alii destituuntur. Interim quemadmodum nihil probat, & minis tantum latrat, aut ad Summum simplici declarationi immoratur, ita & nos tacere possumus, usque quò effectum evidenter demonstret.

22. Niholoseciùs, quia per *Manuductionem spiritualem* Molinosii Mystas condemnare existimavit, ansa mihi præbetur Lectoribus Observationes quasdam dare, circa suspicionem, quam ipsis de eâ fecit. Itaque monetur, hîc jam non quæri de propositionibus, quæ ipsi tribuuntur, nec de Epistolis ignotis, nec de Conditione ejus, nec de particularibus ipsi opinionibus, sed tantummodò de Libro ejus & de contentis hujus libri, quem Author noster in tria redegit capita, ea autem vel centies repetit, tantum ipsi inest desiderium illa benè inculcandi. Verùm tria hæc capita sunt: *Inactio, inattentio, & permissio omnium generum impuritatum & vitiorum:* Quæ tres sunt chimæræ, nullibi in toto hoc libro occurrentes, omninò autem contrarium eorum reperire licet. Quippe videmus ibi, Personis, qui per propriam suam activitatem & rationem satis

operati

metus eum impedivit, quo minùs materias Subjecti hujus deduceret & explicaret; Quò eum ita loquentem audientes diceretis ipsum rem *in solidum* intelligere & possidere: Minùs autem ridiculum fuisset, si simpliciter & cordatè fassus esset, metum hunc indè venire, quod mysticam theologiam prorsùs non intelligeret, cum eam *indignam* habuerit, cui *aliquod temporis impenderet*. Prima statim definitio quâ ipsâm definire voluit, planum facit, illum eam parùm intelligere. *Mystica* inquit p. 3. *theologia est ars* (perfectificandi p. 7.) *est enim Scientia omninò practica, per quam animas devotas jam in hac vita ad perfectam & internam cum Deitate unionem adducere student: Mystici hujus Scientiæ sunt Magistri*, & omnia tendunt *non solum ad perfectam charitatem, & purum amorem, sed & ad veram salutem, (quæ juste summa & sublimissima dici potest adhuc in hac vita; ubi nec attendi debeat sæculum futurum) ad verum* (inquit alibi) *glorificatorum statum*. Ex illis quæ superiùs diximus, videre est, assertionem hanc ultimam non veram esse. Si autem Author eam studiô Theologiæ Mysticæ imputat, non est sanè sincerus. Mystica enim theologia non magis ars aut scientia est, quam visùs, auditus, amor, spiratio, vitaque naturalis. Est donum Dei supernaturale: Est visus spiritualis, & divinus per Spiritum Sanctum in animum hominum illorum, qui se Scholæ internæ, quò voces Magistrorum humanorum penetrare nequeunt, tradunt, infusùs amor: Possunt quidem censu-

censuram & Regulas dare: Sed illæ tantum ad media pertinent, quibus ab impedimentis expedimur, aut ea præcavemus, & justitiæ vocamus atque studemus, sive ad bonam partem nos vertimus, licet non perducat aut operetur aliquid verè reate. Et hoc nequaquam ipsis jus coucedit, ut appellentur *Magistri artis perfectificandi:* cum potius à superbâ hujus tituli arrogatione sibi caveant: Eodem modo quo illi, qui media præscribunt organum visûs ab incommoditatibus suis restituentia, sibi cavent, ne titulum patiantur, *Magistri in arte videndi* & adhuc minùs *Magistri lucis aut illuminationis*. Possunt quidem Regulas suas justo disponere ordine, item loqui & scribere de operationibus Dei & Spirituali experientia, omnia bono ordine & Systematicè. Sed hoc propterea neutiquam theologia mystica est, sed Systematica, nempè expressio externa, quæ per se extra theologiam mysticam mortua est, quippe ea nomen tantum suum Systematicæ impropriè commodat; Quemadmodum multæ aliæ res, quæ tractantur, patiuntur, ut nomina earum impropriè Libris illis dentur, qui de ipsis loquuntur, atque ita Liber ejusmodi, nomen & titulum *Naturalis vita* habere posset, in quo hæc methodicé ex- & proposita esset, absit tamen ut naturalis vita dicatur *ars* aut Scientia, Author verò hujus Libri, *Magister in hoc arte sive Scientia*. Prolixiores aliquantum in materia hâc extitimus, quo illi, qui mysticæ theologiæ addiscendæ desiderio tenentur magnam admodum evitent inconvenien-

tiam & sciant, eam tantùm prorsus imperfectè & impropriè in Libris quæri & inveniri, qui nos semper cæcos relinquunt, si præter hoc eam non simul in Deo in cordibus nostris per viam orationis quærimus. Jesus Christus inquit, *omnes à Deo docti erunt, & cuncti, qui tali modo Patrem audiverunt, & tali modo etiam ab ipso docti sunt, ad me veniunt.* Impiis autem sive cæcis hominibus hoc ut fanaticismum calumniantibus, *ne timeatis* inquit ipsemet Deus, *contemptum hominum, nec terreamini blasphemiis & persecutionibus eorum: Sed potiùs audite me vos, qui veram novistis justitiam, & legem meam in cordibus vestris habetis. Vermis hos corrodet irrisores:* Et sane beatitudo foret, si non esset vermis *nunquam interiens.*

Joh. 6.

Esai 51.

20. Facilè judicari potest, hominem mundo Systema quoddam communicaturum, quâ de re etiam sit, postea autem retractantem, nec solidam cognitionem, nec veram rei ipsius imaginem habere. Si compendium illud Systematicum, quod Author noster de Theologia mystica edere ambivit, rectè consideratur, judicium à superiori alienum fieri non potest. Nolo substantiam ejus examinare, neque res ipsas tangere, sed tantum generaliter aliquid notabo. Methodus, qua eam tractat & intelligit omnium absurdissima est. *Hæc est*, inquit p. 15. *ut priùs scopus artis sive scientiæ ponatur, & quid institutum sit facere explicetur: postea & via & regulæ ad*

ad scopum præfixum perveniendi cernuntur. Hoc non adeò absurdum foret, si per illud intelligeret, quod statim ab initio paucis verbis, & quasi uno puncto notari & monstrari debeat scopus, qui generaliter præfixus est. Hoc quippe rationi consentit, ad minimùm enim vel rudi tenùs sciendum, quid quæratur, & scopus, quà tendatur: Sed prolixè incipere scopum hunc à maximô ad minimum explicare, magna est stultitia. Scopus enim rei, ejusque adimpletio difficulter comprehenditur, nisi per eum, qui illius principia & media, vias & progressus vidit, ipsosque omnes secutus est. Atque ita prolixa hæc scopi explicatio in ultimum locum reservari debet: aliàs enim animus Incipientium confunditur, cum ipsis primô statim intuitu expositio hæc proponitur. Hoc autem Author noster fecit, & ita orsus est. Sub terminis *Deificatio, transformatio, status passivus* vulgo, id est hominibus, nihil rerum mysticarum intelligentibus, aut si vel maximè speciosum est, vix inchoantibus, statim ab initio omnium sublimissimas, ad statum eorum minimè quadrantes, imò ultimas, illisque, qui omnia ferè pertransierunt & ferè ad scopum pervenerunt, reservatas, explicare existimavit. Huic negotio 48. priores Libelli sui (quem Abregé Systematique inscripsit) paginas, in genere 70. paginas continentis impendit, atque ita tertiam partem hujusdem libri geminatam prædicta expositione implevit. Nec tamen hanc sentit perversitatem, sed potiùs suam methodum putat omnium optimè excogitatam esse: *Non*

est, inquit p. 48. *quod quis abs re esse ducat, nos circa hunc articulum prolixiores fuisse, clavis enim ille est, domus hujus obscura*: En! coronidem domus & cacumen vel potiùs intimum conclave pro clave habuit! Quænam hæc est ignorantia pro Introductore, quæve confusio, imò quæ distractio hominum eorum, qui se introduci opinantur! Non opus quoque est Lectores ejus interrogare, num Spiritum suum ex introductione ejus obscuratum & obnubilatum sentiant? Num clavis hic ipsis invisibilis non sit? Num ipsis non videatur mera sibi proponi ænigmata? Si Author spirituales has materias ita tractavit ea intentione, ut riderentur, easque idcircò inverso ordine explicuit, ut reprobarentur, ab illis, qui in ipsis non nisi tenebras & caliginem invenient, malè admodum fecit. Sed credibilius est, ex ignorantia eum in hoc passu peccavisse, & in fundamento nec rem, quam tractare affectavit, nec rationem & modum, regulas bonâ methodô deducendi, intellexit.

21. Pauca autem hæc omnia sunt respectu & incomparatione partitionis, enumerationis, & explicationum particularium mediorum & itinerum mysticorum, quas in sequentibus tradit. Sine exaggeratione affirmare possum, me pro viro bene literato, & tali, qui bene dispositam Epitomen dare præ se fert, nunquam massam confusiorem vidisse, quàm hanc Epitomen Systematicam, quam Author misericordiâ motus ei commodare vult theologiæ, quæ in quæstionem venit, consistit nempè ex meris partibus corrasis & con-

confusè coacervatis, ubi cœlum quasi mixtum est. Videamus, quomodo materiam disponatur & in capita dispertiatur.

De mystica theologia, de Deificatione, de statu passivo, de vita unitiva, item de purgativa & illuminativâ; de contemplatione & meditatione, de oratione passiva, num status passivus cum peccato mortali consistere queat: verus omnium Mysticorum Scopus est Transformatio; Archiepiscopus Cameracensis contemplationem suam in statu cælestis perfectionis ponit: de puro; suum non quærente amore; de Sancta resignatione sive indifferentia; de ultimis signis, de abdicatione & Sacrificio Salutis suæ: Conclusio de mystica theologia in genere; Conclusiones contra quædam dogmata particularia mysticæ theologiæ. Lectoribus, rerum harum peritiâ nondum imbutis, ut & Authori nostri defectus & confusio meliùs probari non posset, quam per repræsentationem comparationis sensibilis ad capacitatem eorum accommodam. Credite itaque, & imaginamini vobis, Authorem nostrum sibi persvasisse, Anatomicos nullum artis suæ regulare Systema habere, ideòque illum ipsis quoddam mutuo dare voluisse, capita autem & partitiones modo sequenti distribuisse: *De anatomia Corporis humani, de Capite & pedibus, de nervis, de corde calce & visceribus de facie & podice; de Sangvificatione: num Sangvificatio consistere queat cum mortali vulnere decollationis. Verus scopus omnium actionum naturalium est chylus. Philosophorum Patriarcha originem nervorum*

in corde ponit, de jecore purgato, de cruribus, de humeris, de epidermide, de excoriatione, Conclusio generalis de Anatomia, conclusiones particulares, contra confusos Anatomicos, Systema methodicum non habentes. En! Nonne Systema hoc optimè dispositum, miserisque anatomicis hocce destitutis ut commodetur dignum. Irregulariter Authoris nostri ejusque Epitome theologiæ Mysticæ Systematis, non minor est, & accuratiùs depingi nequit: Magna etiam foret vanitas; Si Prudentes Ordinem & Explicationem ibi invenire allaboràrent. Ad minimum Author noster, quam parum etiam Spiritui ejus infuerit, partitionibus suis, licèt multùm deficientibus, meliorem & magis connectentem ordinem dare debuisset, qualis sequens aut similis esse potuisset: "De theologia Mystica & tri-"bus ejus viis sive statibus, de purificatione, de "illuminatione & unione generali, de medita-"tione, de contemplatione, de Oratione passiva "& statu passivo, de probationibus amoris, de "resignatione & indifferentia sancta: De amore "puro in sua perfectione, sive de unione perfe-"cta, aliàs de transformatione & Deificatione. &c. Hoc modo fortè res alia aliam extricare potuisset: Et si Lectores regularitate quadam incepissent ab eo, quod juxta ordinem primum & facillimum est, apti fuissent ad comprehendendum id, quod ab illis dependet, & semper longè difficilius est initiò. Sed in ea confusione, sive potiùs dilaniatione, in quam Author materias hasce demisit, & juxta horribiles illas glossas, explica-
tiones

tiones & appellationes, quibus illas oneravit & deformavit, culpando eas ùt *extravagationes, stultas visiones, horribiles impietates, blasphemias, impietates primi ordinis, fanaticismum totalem, frivolam superbiam, hæresin &c.* nihil ibi Systemati aut Mysticæ theologiæ simile cerni potest; "Non sunt nisi membra misera & incognoscibilia, à pulchro corpore separata, totaliter contaminata, sangvine & cæno dedecorata, & in Sterquilinio toti orbi visum exposita. Plus mysticarum rerum ibi non invenitur, quam centones laceratorum, maleq; compositorum locorum, ut & hîc illic dissipatæ expressiones, & quidem tali modo, ut odium in illis excitaretur qui pulchrum hoc corpus nunquam viderunt; item ut mysticis ansa præberetur, exteriorem hanc, abominabiliter propositum suæ theologiæ partem conspiciendo, exclamandi, ut Jacob faciebat, cum ipsi panni de veste filii sui Josephi monstrabantur: *Ecce vestem filii mei Josephi laceratam! Joseph est devoratus, mala eum Bestia dilaniavit!* Benè fecisset Author, si multum hominum incitavisset, talem cum illo comparationem faciendi, quam tamen aliter non profero, quàm ut ipsi eam indicem, absque intentione, ut applicationem ingratam in ipsum facerem, qui potius opto, ut se emendet, nec irascatur, multò minus autem in deploranda hac occupatione se confirmet aut continuet, quæ eum impulit à materiis ad Personas Mysticorum & Sanctorum sese vertere. Purissimas & illuminatissimas animas, quas unquam orbis habuit, ille

ille insignit, *Fanaticos*, *Illuminatos Hispaniæ*, *Visionarios*, *Spiritus langvidos*, *quibus ut Helleborus applicaretur & vena secaretur consultum foret*, *Homines mali characteris & malæ fidei*, *Hypocritas & mendaces*. Hoc iracundiæ genus, quod nec Advocati & vilissimi garruli contra adversarios suos applicare audent, metu, ne ab auditorio removeantur, cùm indigni forent, in conspectu honestorum hominum verba fundere: Hoc inquam iracundiæ genus, quæso! an decet Theologum, qui judex in rebus mysticis esse audet?

Jam declaravi, me non discussurum hasce materias, neque in omnes inquirere defectûs, qui innumerabiles forent. Committo hoc illi, qui directè de hisce librum conscribere suscipiet, ubi quælibet evolvi poterint. Dicam tantum aliquid de horrenda quâdam maculâ, magnum incutiente horrorem, quâ tamen totum Mysticorum corpus & mysticam theologiam in genere inquinare studet: Quod nempè *impurum hunc modum* teneat, *Statum passivum*, *ut & purum amorem*, *cum peccato mortali probè consistere posse; hominem absq; fide in Deum absorberi posse: Idololatram, gentilem, Mœchum, Scortatorem in numero passivorum esse*, *& cum Deo etiam singulari quodam modo uniri posse*. pag. 143. aut potius, ut pag. 35. sese explicat: *Animam cum Deo intimè unitam*, *conjugatamque vinculo amoris omnipotentis & puri*, *Deum videntem modo contemplativo*, *in Deum immersam*, *absorptam & annihilatam*, *in sublimissimam*

& per-

& perfectissimam essentiam transformatam & Deificatam, in peccatis mortalibus adhuc hærere posse. Omnes hæ expressiones accusationes sunt naturæ Systematis à mystico nostro Authore, hoc est, sunt fructûs ex ipso orientes, eosque commodare vult, nam de omnibus hisce nihil unquam in mysticis repertum est. *Sed quid!* inquit p. 142. *Nonne impuritates hæ in veris inveniuntur Mysticis?* Nequaquam: Et *quid*, pergit, *significat, quod tres, illi Prælati in declaratione sua dicunt, juxta Authoritatem Sanctæ Theresæ, juxta Explicationes Johannis à Jesu & juxta opiniones Jacobi Alvarez de Paz, & Sancti Francisci de Sales multorumque aliorum docentium, Statum passivum & orationem passivam cum peccato mortali consistere posse.* Hoc significat, primò ut loca hic illic excerpta ita, ut inveniuntur, linquantur absque depravatione: nullibi enim in hisce invenitur terminus, *status passivus*, sed tantum *oratio quietis.* Hoc plus significat, Deum interdum ut maximos peccatores commoveat & ad se convertat, eos supernaturali aliquo lumine & quibusdam divinis cogitationibus illustrare, ad quod nihil conferunt activitate sua: item Deum in illis idem sæpius repetere aut ad tempus omittere posse; Et nequaquam credo Authorem nostrum hisce contradicturum. Sed hoc minimè efficit Statum, & multò minùs *Statum passivum unionis intimæ & puri amoris Mysticorum.* Hoc vocatur, res gratiæ vocationis extraordinariæ & non gratiæ unionis. Ex quô patet, Accusationem Authoris nostri

nostri de nihilo esse: Nec ipse aliter potest quàm revocando annihilare illam: Dicit enim alibi de Mysticis eorumque Theologia, eos pro fundamento ponere *Statum sine peccato*, sive *impeccabilitatem* & *privelegium*, *tentationibus non amplius subjectum esse*. pag. 21. *Concedendum*, inquit, (p. 38.) *Mysticos juxta principia sua credere debere, Contemplatores non solum non in peccato esse mortali, sed nec unquam in illud recidere posse.* Paulò inferius *proprium & certum ipsis dedicat statum, item speciem unionis cum Deo, quæ contemplatores Sanctis in Cœlo omninò æquales reddit. p. 41. ita ut Sancti in cælis majus aut amplius habere nequeant. Statum* (p. 45.) *in quo animâ non amplius habet proprium, nullam propriam voluntatem, nullam propriam formam, omnes enim formas, quas à gratia accepit lance æquali possidet.* Pluribusne indigemus, ut illum per seipsum refutemus? Sed accusatio jucundior ipsi videbatur, quam ut eam missam faceret, quin operam impendisset eam alio in loco repetere. Dicit, Molinosium in spirituali sua Manuductione omnia impuritatum & abominationum genera tradidisse: posteà eum insimulat, quod aliud non sint, quàm consequentiæ, ex Doctrina Mysticorum oriundæ. p. 144. Inquit, *Molinos optimè ratiocinatus, & imitatus est viam, quam Mystici ipsi monstrârunt & patefecerunt. - & consequenter erravit. Evidenter videre possemus, Quietismum* (En! abominationem, quam Molinosio imputat) *nihil aliud esse, quam mysticam theologiam justò sublimius*

mius

minùs agitatam, per homines, qui citò nimium frequentaverunt viam, jam optimè tritam. Author noſter mirabilis eſt demonſtrator. Fatetur autem; Eos juxta Myſticorum Principia, nec eſſe nec labi poſſe in peccatis mortalibus, interim tamen evidenter demonſtrare poteſt, citò nimiùm viam eorum jam planè tritam frequentantes in omnem caſuros abominationem. Hoc ſi verum, neceſſariò genus quoddam diei & evidentiæ ipſi eſſe debet, quò alii deſtituuntur. Interim quemadmodum nihil probat, & minis tantum latrat, aut ad Summum ſimplici declarationi immoratur, ita & nos tacere poſſumus, usque quò effectum evidenter demonſtret.

22. Niholoſeciùs, quia per *Manuductionem ſpiritualem* Molinoſii Myſtas condemnare exiſtimavit, anſa mihi præbetur Lectoribus Obſervationes quasdam dare, circa ſuſpicionem, quam ipſis de eà fecit. Itaque monetur, hîc jam non quæri de propoſitionibus, quæ ipſi tribuuntur, nec de Epiſtolis ignotis, nec de Conditione ejus, nec de particularibus ipſi opinionibus, ſed tantummodò de Libro ejus & de contentis hujus libri, quem Author noſter in tria redegit capita, eà autem vel centies repetit, tantum ipſi ineſt deſiderium illa benè inculcandi. Verùm tria hæc capita ſunt: *Inactio, inattentio, & permiſſio omnium generum impuritatum & vitiorum:* Quæ tres ſunt chimæræ, nullibi in toto hoc libro occurrentes, omninò autem contrarium eorum reperire licet. Quippe videmus ibi, Perſonis, qui per propriam ſuam activitatem & rationem ſatis

operati

operati sunt, & à Deo ad orationem contemplativam trahuntur, apprimè conducere, ut huic exercitio vacare volentes, activitati suæ renunciient, nec multis ampliùs attendant ideis & ratiociniis Spiritûs nostri, atque motibus imaginationis proprii desiderii, propriæ voluntatis, imò nec, quantum præcaveri potest, tentationibus & cogitationibus, quas suggerit adversarius. En! *Inactio*, & *inattentio*, quam inchoantibus & Discipulis suis commendat. Quod verò nulla activitas attentionis ad Deum, aut desiderii amoris, spei, humilitatis, submissionis, patientiæ, aversionis à tentationibus & à repugnantiâ, quo minùs ipsis consentiatur, aut peragantur, haberi debeat, non est verum etiamsi Author illud Lectoribus suis persvadere conatur, cantando & recantando: *Non attentio, non actio, non desideria, sine cogitationibus, sine opera, nihil de hoc, nihil de illo*, est extinctio omnis Pietatis; Ejus autem contrarium meridie clariùs invenitur, in omnibus ferè paginis Manuductionis spiritualis, e. g. quod ad spirituales animæ actiones attinet, stabilit eas p. 4. 5. 6. 8. 17. 32. 49. 52. 67. 73. 85. 86. 164. 166. 182. 183. &c. quod ad attentionem attinet p. 8. 18. 52. 85. 155. 256. &c. Quod distractionibus & tentationibus consentiri non debeat, p. 42. 48. 60. 117. 259. & resistendum sit, ne consentiatur, aut peragantur. p. 7. 32. 43. 44. 49. 52. 63. &c. Quod oppugnandæ sint, immobilitas vero servanda & tandem vincendum sit, p. 43. 45. 143. 150. 181. 185. 202. Hocque per externam & internam mortificationem, dum sensuali-

ſualitati morimur & in omnibus rebus nos mortificamus, p. 161. 176. 187. 195. 203. &c. Contentus eſſe debeo allegatione paucarum paginarum. Præfationem ſcribo, & Articulum hunc tantùm quaſi per accidens attingo: Si verò fuſiùs aliquantum omnia loca, librum hunc accuſatum juſtificantia proferre deberem (qui liber, prout Author noſter loquitur, *docet, pios maximè abominanda perpetrare poſſe vitia, iis ſuccumbere, ea peragere, Deum realiter blaſphemare, ſcortari poſſe, idque clarius ſole*, pag. 110. 111. 112.) æſtimo nullum honeſtum hominem repertum iri, qui ſe contineret, quin enarrationes Authoris noſtri ac ſi abominabilia hæc in hoc libro tam innocenti inveniſſet, pro execrandis injuriis, deteriora ut taceam, haberet: Quanquam enim vel parùm libellus hic cum excerptis Authoris noſtri confrontetur, luculenter tamen apparet, nunquam infideliorem, aut magis veneficam (ignoſcat mihì hocce vocabulum) narrationem ſive cenſuram prolatam eſſe, cum antidotum ſemper ferè in eodem loco, paginâ eadem, quæ cenſetur, inveniatur. Aſſero hoc, quia plura habui ſpecimina. Adhuc ſemel moneo, me hîc non agere niſi ſolummodo de Libro, qui inſcribitur *ſpiritualis Manuductio*: Quod enim ad Perſonam Molinoſii attinet, itemque ad illud, quid vel habuerit, egerit, ſcripſerit, meritus ſit, nec ne, ego nec vindicabo, nec accuſabo, nec judicabo, neque ſimpliciter opinabor; omnia juſto Dei judicio relinquo & curæ illorum, qui ſui id eſſe negotii voluerunt. Quod autem ad

Librum ejus attinet, ego cum toto mundô non nisi quæ pulchra & elegantia sunt in illo reperii: quin admodùm obstupesco, quomodo Scriptor, qui nunquam quædam edidit, quæ vel tribus hujus Libri paginis comparari queant, non solùm eum denuò contemptui exponere, sed & visui totius orbis ùt tabernam infernalem, Authorem verò ejus (qui ipsum tamen nunquam læsit, quem etiam minimè novit) ùt *falsum Doctorem*, ùt *impurum Mysticum*, imò *ut hypocritam* proponere, ausus sit, & hoc quidem modo omnium amarissimo. Quocircò sciat, in judicio hoc vel centies plures contineri ambages & obliquitates, quàm in reliquâ Libri sui parte importunis terminis, Prælatis imputat, nil nisi *profundam malignitatem*, *obliquitatem & profundam iniquitatem*, *contradictiones enormes & stultas*, *malam hominis malignitate & falsitate corrupti fidem*, & omnia quæcunque vel rabiosissimi affectûs suggerere potuissent, spirando. Ideò sanè indigeret, ut sibi ipsi concionaretur verba Pauli: *O homo, inexcusabilis es, in quo enim alium judicas, in eo te ipsum condemnas, cum tu, qui judicas, idem operaris. Et putas quidem, ô homo! qui ita judicas eos, qui talia operantur, ipsemet autem illa committis, te judicium Dei declinaturum?* Largiatur ipsi Dominus gratiam, ut è verbis Apostoli commodum quoddam capiat!

23. Sed defatigor circa materiam adeò ingratam, & per se neminem ædificaturam. Nihilosecius, quemadmodum hisce Mundus impediri potest, ne animas suas lædant, Deumque offendant,

dant, judicium suum censuræ Authoris nostri, eundem in finem publicatæ accommodando & adæquando: Ita ne hilum pœnitet, me hâctenus, & ob scopum adeò perutilem, notavisse ineptias cordis & Spiritus, quæ faciunt, ut Authorem nostrum tanquam *judicem incompetentem*, in rebus mysticis earumque Authoribus consideremus. Paucis absolvam observationibus, ad veritatem hujus conclusionis verificandam percommodis, monstrando, quomodo hæ Authorem nostrum ad procedendi modum ejusmodi adduxerunt, qui ad qualitatem *Judicis*, & ad validitatem *Judicii æqui* minimè quadrat.

24. Prima est: Sanctissimas & gravissimas quasque res, ridiculè & contemptuosè proponere; e. g. Amor Dei, res est secundum substantiam suam tam sancta, & profunda adeò atque sublimi veneratione digna, ut meritò quis abhorreret, tot conquirere terminos ad eum eludendum & insuper, quod Author facit, cavillationem hanc annectendam. *Amor penetrat omnia, amor & amorosus penetrant omnia in hâc arte* (p. 33. p. 99.) Et quid Deus aliud quæsivit, quam ut amor omnia pertransiret, certos nos reddendo, totam legem omnesque Prophetas amorem intendere & ex illo dependere? Item Sanctus Johannes, qui amorem in omnes ferè Epistolarum suarum versiculos intrare patitur? Nonne amor hic principium & finis creationis nostræ est? Positô autem quosdam per imperitiam *amorem* hunc *purum* compatibilem dicere cum statu, in quo perfectissimè inveniri non

posset, qualis esset Status vitæ præsentis; ideò tamen nullus illam vim haberet, ut ad orandam ejus præsentiam, quæ hîc expectatur, pro *chimæris & fabulis haberet.* Addo illum, qui ut Author noster pro vero tradere audet, tantum bonum fieri non posse, quamdiu in terris vivamus, propriâ Authoritate semet ipsum Prophetam infelicitatis sistit & jactat. Sciat autem, fidem suam, quod ad divinationes attinet, vilem adeò esse atque diminutam, ut verbis ejus haud confidamus sed potiùs ad ea provocetur, quæ veri tradunt Prophetæ & diu nobis explicuerunt, dicentes; "Populum Sanctum, quem Deus sibi "diebus ultimis colligere velit, Populum fore "liberæ voluntatis, sese ad Deum ex toto corde "& ex tota animâ convertendi, Deumque Sponsum & maritum vocaturum, animam verò suam perfectissimè & solidissimè in Deum missurum. Deum autem ex parte sua se cum ipso "desponsaturum in justitiâ, & de eo gavisurum, "gaudiô tali, quali gaudere solet sponsus de sponsa suâ &c. Suntne hæc omnia descriptiones amoris mercenarii & motivi, aut potiùs relatio de tempore conversionis, ubi *purus* Dei amor in puris regnabit animabus? Ultimum itaque cum verum sit, quæ quæso est temeritas, promisso à Deo eventui, certissimè eventuro, nomina chimæræ & fabulæ dare? Idem hoc dico de doctrina Mysticorum docentium, hominem, pati debere, ut, Deus juxta suam voluntatem operetur & in omnibus rebus intra & extra illum agat; Hæc doctrina adeò sancta est, totique

que concordat Scripturæ, Psalmis Jesaiæ, & institutionibus Jesu Christi, (qui vult, ut vivas ex eo scaturientes aquas expectemus, qui etiam discipulis ne meditarentur injunxit, sed Spiritum in se loqui sinerent:) Sanctique Pauci, (qui proprium nostrum desiderium pro stultitia habet, & dicit, nos orare non posse ita ut debemus, sed solum Dei spiritum scire, operari & cognoscere suspiria, desideria & preces ineffabiles, quas ipsemet juxta Dei voluntatem in cordibus gignit & procreat:) ut neutiquam ridiculè & contemptuosè traduci deberet, terminis sequentibus: *DEUM FACERE SINERE MYSTICORUM: DEUM FACERE SINERE Quietistarum?* Cur autem non etiam *Deum facere sinere Calvinistarum*, qui jam dudum cecinerunt, & diu adhuc canent;

SINAS DEUM FACERE, illum expecta, & non sis sollicitus Ps. 37.

vel ut Conartus composuit.

SINAS DEUM FACERE, & attende eis, quæ ordinat.

Cum illi (Calvinistæ) quoque in Catechismo suo §. 26. dicunt: *Necesse est, ut cessare faciamus opera nostra, quo Deus in nobis operari queat*: His ita se habentibus: Decetne virum gravum, qui sæpiùs verba hæc pro concione declamavit, aliisque, ut ad Dei honorem canerent, præscripsit, ut ea jam risui exponat & in dicterium vertat, dicendo, τὸ *SINERE FACERE quietistarum*, cum tamen probè sciat, fædas ibi & inhonestas immisceri cogitationes ad animum di-

strahendum? Nonne judex & quidem judex Mysticus gravior & modestior esse deberet? Nonne potiùs profuisset, ut irrationalem præventionem & præcipitantiam in rebus, quarum Judex competens esse affectat, occultavisset?

25. Alius adhuc isque erroneus admodum procedendi modus, ubique in opusculo Authoris nostri obtinet, quod Statûs ut & Statuum gradûs confundat, in omnibus viis spiritualibus, & huic tribuat, alteri quod competit viceque versa, cum tamen multùm inter se differant. Illud quod Mystici tradiderunt de statu profectorum imò perfectorum, ille intelligit sive intelligi vult de inchoantibus, imò de secularibus, quibus id proponit, ut illud ita, tanquam ipse, & secundum statum suum, pro sensu & gustu suo, dijudicent.

Facit instar hominis, qui modum in Academiis docendi ignorans, casu quodam Auditorium ubi legitur, intrat, & methodum hanc novam miratur, statim verò ad pueros, qui in scholis in scribendi & legendi arte informantur, abit, eisque horrorem & aversionem imprimere vult, atque ita ferè ad imitationem Authoris nostri verba fundere debet: Academia est locus, ubi modo mirabili docetur & instituitur; videtis illic Discipulos & Scholares grandes & adultos otiosè stantes vel sedentes, & ùt statuas in *inactione*, continent *se tranquillos absque actione, absque activitate, absque Libris*, absque lectione, absque charta, absque atramento, absque pennâ, absque scripturâ & absque lingva vernaculâ,
item

item absque discursu & locutione, absque *verbo*, totos eos occupavit silentium: Passivè tantùm attendunt homini, in editiori loco stanti atque ipsi, qui illis nihil aliud prædicit & dictat, quam barbaras, peregrinas & feras lingvas, item res atque materias absurdissimas, quarum nihil comprehendi potest, illi autem ipsum *facere atque dicere sinunt quæcunque vult*, absque omni usu lingvæ aut manuum suarum. Misera hæc methodus docendi, non intendit nisi interitum omnis Lectionis & Scripturæ; est quippe extinctio & extirpatio omnium nostrarum Scholarum &c. Miseri hi pueruli, qui hanc narrationem & materias enarratas aliter judicare non possent, quàm juxta statum & discendi modum suum, semper chartâ & libris activum, admodum per novam hanc methodum confunderentur, nec sese continerent alii magnum imbibere fastidium, alii autem eam pro stultitia reputare. Prudentiores eorum erisione cùm Declamatoris tùm declamationis ejus puerilis sese satiarent.

26. Tertia irregularitas generalis in modo ejus judicandi, conclusiones ejus tangit: Extrahit eas absque præmissis & absque principiis, sive ex principiis insufficientibus & conclusionibus ipsis contradicentibus, sive etiam ipsis antithesibus adversus Evangelium, tùm proprias suas theses & principia sibi ipsi posita: *Particulares* ejus *conclusiones contra quædam dogmata Mysticæ theologiæ*, linquimus illis, quibus librum ejus examinare arriserit, & tantùm quasi in tran-

ſitu *octo* ejus *contra myſticam theologiam concluſiones generales* videbimus.

Prima & ultima contrariatur cum doctrinæ Evangelii, tum myſticæ theologiæ. Evangelium enim facit *portam vitæ anguſtam & a paucis tritam;* quippe nihil eſt, quod hominem magis terret, quam doctrina crucis, & continuæ abnegationis ſui ipſius. Secunda impia admodum foret, ſi omne illud, quod revelationum item communicationis Spiritûs Dei nomine inſignitur, pro fanaticiſmo haberet. Ipſemet ſuo contradicit principio: concesſit enim vel myriades revelationum Opilionis Cretenſis, parvarum Prophetiſſarum ex delphinatû, magnorum Prophetarum & Prophetiſſarum in Bohemia & Moravia; *qui* (ut ipſisſima ejus verba repetam) *plures viſiones & ecſtaſes habuerunt, quàm omnes ſancti Prophetæ & Apoſtoli in univerſum:* Expectat itidem viſiones (p. 82.) ad Sectam ſuam reſtaurandam. Nonne jam error & prævaricatio culpabilis eſt in judice qui ſententiam pronunciat, quod aliquid credere recuſet, cujus alibi vel millia ſpecimina admittit, ut abſurdiora taceam? Tertia & octava ejus concluſio prioribus adverſantur: concludit, myſticam *theologiam* fontem eſſe ſuperbiæ, & indirectè virtutum interitum intendere, cùm potiùs contrarium concludere conveniret: Siquidem τὸ *aliud ME non habere, quam* τὸ *Dei*, ſanctitas, purusque amor, nihil aliud ſunt, quàm pura humilitas & fons puriſſimarum virtutum, probantibus

tibus id principiis ſupra traditis. Sexta ejus concluſio, myſticam theologiam malè conceptam & ſyſtemate deſtitutam eſſe, nihil prodit, niſi ignorantiam ejus. Quarta & quinta concluſio, nihil prorſus habent, ſi illud non eſt, quod præmiſſarum & principii loco ponit, nempe quod quis præſupponat, ſe eſſe Deum, vel tantum, quantus eſt, Deus, vel etiam Prophetam, aut vir Revelationum; id quod tamen nondum probavit.

Agitur ibi de contemplatoribus & Myſticis, ut & de multis ſanctis hominibus, quorum vitas viri eruditi magnis & pluribus voluminibus publicârunt. Homines hi jam antè multa Secula defuncti ſunt, ut & illi, qui eos viderunt. Nobis de ipſis nihil reſtat, niſi ſcripta & teſtimonia, à contemporaneis illorum de ipſis edita. Omnes teſtantur, illos mundo renunciâſſe, & Deo in ſanctâ & frugifera vitâ ſeſe dediſſe, Deum verum ipſis ſingularisſimas & divinisſimas gratias communicaviſſe. Scripta illorum idem ſuggerunt. Myſticus noſter judex naturaliter alia habere nequit, quam has relationes & teſtimonia hæc ad faciendum judicium. Ecce interim judicium ejus in quinta ſua concluſione de myſtica theologia: *Quinta noſtra Concluſio adverſus myſticam theologiam eſt, plurimos contemplatores & myſticos HYPOCRITAS ET MENDACES fuiſſe, qui nullibi ſenſerunt, quæ ſenſiſſe oſtentarunt:* & in quarta concluſione inquit. *Omnes illi Sancti, quorum vitam Bollandus & Henſchenius congeſſerunt, erant HY-*

Statim in quinta ejus conclusione contra mysticos videmus contradictionem sequentem p. 89. *Videntur mystici bonam habuisse intentionem. Hypocritam, mendacem malæ fidei esse, & bonam intentionem* habere: *certò* hoc esse, & tamen illud esse *opinari*; Hæccine consentiunt vestrâ opinione?

En adhuc aliam habetis p. 85. *Nitimur homines à vanitatibus mundi dehortari, ipsos amantes reddendo pulchritudinis Paradisi, & tamen* (per doctrinam de puro amore) *radicem nobis præscindere allaborant!* Sequitur jam contradictio p. 288. *Quid autem mali theologia hæc vobis infert, cùm una manu quod det, alterâ surripiat? Vult enim ut Paradisi gloriam desideretis, item ut inferni pœnas evitetis, sub idea beneplaciti Dei. Ecce essentiale!*

Adhuc alia in eadem pagina extat contradictio: *Doctrina de puro amore, quæ extingvere aut debilitare videtur desiderium vitæ æternæ, capax est ad pietatem tepefaciendam: Sequitur jam contrarium* p. 86. *Non possemus credere, amorem nihil commodi quærentem doctrinam esse scandalosam & nocuam in praxi*, & pag. 193. *Certus sum Theologiam Episcopi Cameracensis infernum neutiquam populosum redditurum.*

Adhuc alia p. 89. *Non est nobis propositum, Theologiam mysticam odiosam reddendi, sufficit ut contemnatur.* En autem contradictionem re ipsâ & verbis: Concludendo enim p. 75. contra mysticam theologiam, esse eam fontem superbiæ, manifestum est, reapse ipsi institutum

fuisse

fuisse odiosam illam reddendi. Sit fortè Author noster aliùs affectionis quam Deus, qui superbiam odio habet & ei maledicit: Verbis verò superiùs contradixit. p. 69. *In Mysticis inveniuntur bona loca, piæ meditationes & optumæ cogitationes peridoneæ ad elevandum cor ad Deum: Ita ut Authores hi omninò contemni non mereantur, licèt id velit Episcopus de M.* Si illud, quod idem Episcopus circa hanc materiam in unico loco dixit, centum verò aliis, imprimis in Librô, *Mystici in tubo* inscriptô, revocat & emendat, ubique eam contemnere dici deberet; meritò expressio Authoris nostri idem foret, quod *protrudere eam in abyssum*, id autem quod hic de illâ protulit, mera contradictio.

En adhuc aliam contradictionem; In toto suo Libro & inprimis p. 276. 277. agit de actu sacrificii sui ipsius necessario ad salutem vel absolutè vel conditionatè in animabus per amorem puram coactis sive occupatis, acsi naturâ sua *falsus, impossibilis, contradictorius, malus & naturam animæ destruens actus*; Et conditionem ipsam per verbum *SI* expressam, *stultitiam esse, & quidem talem, quâ tota Poetarum caterva nunquam insanius quid protulerit*. (p. 245.) Sed in eodem loco (p. 277.) eundem nobis proponit actum *Si* aut *postquam vultis, me condemnatum iri, & quia ego id merui, submitto me & consentio*, ut actum adeò meritorium, salubrem & clarum ut multum absit, quin eundem destructionem naturæ animæ dicat. *Condemnatus* inquit, *actum hunc exercens remissione dignus foret,*

& lumen verum, veramque gratiam. Animæ ſvadere, ut reſipiſcat & patiatur, ut murmurationem per ſilentium ſupprimat, ut ſemet ipſam Deo ſacrificet, & conſtans & firma perſeveret, ut permaneat in Spe bonitatis divinæ & luminis ejus, item immobilis fidei, hoccine quæſo eſt, *absque tergiverſatione totidem terminis abſolutam inactionem ſvadere.*

29. Ars Omisſionis pluribus in locis Authori noſtro ſuccedit & conducit ad judicium ſuum ferendum: Interdum de ſuis aliquid addit: e. g. p. 280. locum Franciſci Saleſii citat ex inſtructione Epiſcopi Meldenſis, ubi ita legitur p. 334. *Animæ puræ tantum deformitatem quantum pulchritudinem adamarent, ſi modò dilecto ſuo placeret.* Hæc deformitas in animabus puris ſuppoſita, aliud indicare non poſſet, quam detectionem eorum *Nihili* ſive *imperfectionum*, ſive ad ſummum *abdicationis* honorum. His omnibus autem poſitis Franciſcus Saleſius nequaquam tamen eſſet *Myſticus temerarius*, ùt illum Author noſter inſignit, qui ideò duo tantùm verba ſubrepere patitur, & dictum locum ita ſiſtit: *Animæ puræ non minùs fœditatem, quam pulchritudinem amarent, non minus vitia quàm virtutes, ſi modò Amato ſuo itidem placerent?* Hæc vocabula, *& vitia & virtutes* nunquam ibi apparuerunt, ſed apparere debebant, cum *Myſticus temerarius* condemnandus eſſet.

30. En adhuc aliquid nihilo melius; Cum Authori noſtro loca illa incorrupta abſque truncatione & amplificatione linquere lubet, non autem

tem ipsi arrident, eò quod talem ex illis conclusionem, quæ illi placet, extrahere nequeat, operam dat, ut immutet verba quædam, & alia eorum loco substituat. In septima Conclusione contra Sacrificium salutis æternæ p. 88. Franciscum Salesium talem esse hominem probare ambit, qui *stultissimas has imaginationes & cogitationes* habuerit, *consentire in odium Dei in omnem æternitatem: Nunquam* dicit Author *in damnationem suam consentiri potest, consentiretur aliàs in odium Dei, ut facit Salesius, qui in Spirituali suo martyrio concludebat, se, cùm DEUM ODISSE in omnem æternitatem* debuerit, *ad minimum tamen operam navare debere, Deum durante hac vitâ ex omni corde amare.* Et p. 63. eandem jam inculcaverat rem, dicendo: *Omnia media, quæ inveniri possent, ad impediendum illum, quo minùs Deum odisset ut homo damnatus, esse, si ipsi proponeretur, ut prædestinatus jam ad Deum odio habendum in omne ævum, ad minimùm eum durante vitâ præsente ex imo cordis amore allaboraret.* Et inferiùs p. 338. citat *instructionem circa statum orationis*, p. 338. cujus terminos referre prætendit, pag. 158. inquiens: *Id, quod dixit Franciscus Salesius, quia prædestinatus sum ad odio habendum Deum in omnem æternitatem, indicat nobis, ipsum sibi imaginatum esse, se tum temporis in Statu amoris fuisse, non obstante desperatione ejus.* *Hæc* addit, *verba monstrant nobis amentiam Archiepiscopi Cameracensis, approbat enim verba Francisci:* Hoc verò magis in-

dicat debilitatem bonæ fidei Authoris nostri: Verba enim, *DEUM ODISSE* & ad id *PRÆDESTINATUM ESSE* nunquam nec in ore Sancti hujus Episcopi nec in relationibus indè factis inveniuntur. Ecce ita sonant verba in loco illô, quem ipsemet Author noster allegavit. *In extremo tandem dura ejusmodi pœnæ dolore, horribilis hæc resolutio capi debebat; ut, cùm destitutus esse deberem in vitâ futurâ, amabilem adeò Deum videre & amare, omnes adhiberem vires eum ad minimum vitâ in terris durante, ex omnibus facultatibus animæ & affectionis amare.* In hac periodo Author sequentia verba mutavit, *cùm in futuro Seculo spe destitutus esset Deum in omne ævum videndi & amandi qui tamen adeò amabilis esset*, & addidit, *cùm prædestinatus existeret, ad Deum in omnem æternitatem odio habendum.* Verùm omnes ejus censuræ consistunt ex ejusmodi amputationibus, amplificationibus & omissionibus. Verba enim si ita ut sunt linquuntur, videtur, quod actus animæ tentatæ & angustatæ consensionis in æternam faciei & amoris Dei amabilis privationem, non esse aliud, nisi actus consensionis in propriam indignitatem & in justitiam Dei, qui & in sancta animâ inveniri potest, & reapse in Deo omnibusque Sanctis respectu damnatorum, repetitur: Quemadmodum supra notavimus, Author verò noster ipsemet approbavit asserens, actum quô quis dicit, *quia Vis, ut sim damnatus, summitto me & consentio;* non solum non malum, sed etiam remissione dignum esse: locô ut juxta

pro-

proprium ejus consensum (p. 158.) *consentire in Dei odium in æternitatem*, sit idem ac *consentire ut quis mala, scelerata & perversa evadat creatura:* Et hoc idem est, odium & blasphemias contra Deum positivè approbare: Qui actus sanè ejusmodi est, ut non inveniatur, nisi in anima, quæ per hunc actum graviter contra amorem Dei peccaret, & se instituto & proposito Dei opponeret, per quod Deus eam in hisce tentationibus & angustiis venire patitur & permittit: Hoc enim Propositum non eò intendit, ut ab animo per vim Actus consensionis in odium Dei exigatur; sed ut amor ejus in Deum purgetur, quod fieri nequit, nisi per actus Deum amandi, tempore eo, quo nec temporalem nec æternum jam cernitur & possidetur bonum & commodum, & quidem hac sola de causa, quia Deus est, in quô cum justitia ejus, tum omnia reliqua ejus attributa amore digna sunt. Et hoc est id, quod fit per actus submissionis sive consensionis in hanc justitiam & privationes, quas justitia hæc nobis infligere potest, juxta nostrum meritum, dum nos actibus Dei erga nos submittimus, utpote, qui justissimi sunt, & non, dum locum damus actibus odii adversus illum: id quod evidenter instituto ejus contrariaretur, atque scopum ejus in nobis destrueret. Cur igitur aliena adeò nobis sistitur immutatio? Quid Author noster diceret, si ita cum ipso procederemus & assertiones ejus simili modo citaremus. *Damnatus talem submissionis agens actum; quia vis ut te odio habeam, & tibi in omnem æterni-*

ille insignit, *Fanaticos*, *Illuminatos Hispaniæ*, *Visionarios*, *Spiritus langvidos*, *quibus ut Helleborus applicaretur & vena secaretur consultum foret*, *Homines mali characteris & malæ fidei*, *Hypocritas & mendaces*. Hoc iracundiæ genus, quod nec Advocati & vilissimi garruli contra adversarios suos applicare audent, metu, ne ab auditorio removeantur, cùm indigni forent, in conspectu honestorum hominum verba fundere: Hoc inquam iracundiæ genus, quæso! an decet Theologum, qui judex in rebus mysticis esse audet?

Jam declaravi, me non discussurum hasce materias, neque in omnes inquirere defectûs, qui innumerabiles forent. Committo hoc illi, qui directè de hisce librum conscribere suscipiet, ubi quælibet evolvi poterint. Dicam tantum aliquid de horrenda quâdam maculâ, magnum incutiente horrorem, quâ tamen totum Mysticorum corpus & mysticam theologiam in genere inquinare studet: Quod nempè *impurum hunc modum teneat*, *Statum passivum*, *ut & purum amorem*, *cum peccato mortali probè consistere posse; hominem absq; fide in Deum absorberi posse: Idololatram, gentilem, Mæchum, Scortatorem in numero passivorum esse, & cum Deo etiam singulari quodam modo uniri posse*. pag. 143. aut potius, ut pag. 35. sese explicat: *Animam cum Deo intimè unitam, conjugatamque vinculo amoris omnipotentis & puri, Deum videntem modo contemplativo, in Deum immersam, absorptam & annihilatam, in sublimissimam*

& per-

& perfectissimam essentiam transformatam & Deificatam, in peccatis mortalibus adhuc hærere posse. Omnes hæ expressiones accusationes sunt naturæ Systematis à mystico nostro Authore, hoc est, sunt fructûs ex ipso orientes, eosque commodare vult, nam de omnibus hisce nihil unquam in mysticis repertum est. *Sed quid!* inquit p. 142. *Nonne impuritates hæ in veris inveniuntur Mysticis?* Nequaquam: Et *quid*, pergit, *significat, quod tres, illi Prælati in declaratione sua dicunt, juxta Authoritatem Sanctæ Theresæ, juxta Explicationes Johannis à Jesu & juxta opiniones Jacobi Alvarez de Paz, & Sancti Francisci de Sales multorumque aliorum docentium, Statum passivum & orationem passivam cum peccato mortali consistere posse.* Hoc significat, primò ût loca hic illic excerpta ita, ût inveniuntur, linquantur absque depravatione: nullibi enim in hisce invenitur terminus, *status passivus*, sed tantum *oratio quietis.* Hoc plus significat, Deum interdum ut maximos peccatores commoveat & ad se convertat, eos supernaturali aliquo lumine & quibusdam divinis cogitationibus illustrare, ad quod nihil conferunt activitate sua: item Deum in illis idem sæpius repetere aut ad tempus omittere posse; Et nequaquam credo Authorem nostrum hisce contradicturum. Sed hoc minimè efficit Statum, & multò minùs *Statum passivum unionis intimæ & puri amoris Mysticorum.* Hoc vocatur, res gratiæ vocationis extraordinariæ & non gratiæ unionis. Ex quô patet, Accusationem Authoris nostri

nostri de nihilo esse: Nec ipse aliter potest quàm revocando annihilare illam: Dicit enim alibi de Mysticis eorumque Theologia, eos pro fundamento ponere *Statum sine peccato*, sive *impeccabilitatem & privelegium, tentationibus non amplius subjectum esse.* pag. 21. *Concedendum*, inquit, (p. 38.) *Mysticos juxta principia sua credere debere, Contemplatores non solum non in peccato esse mortali, sed nec unquam in illud recidere posse.* Paulò inferius *proprium & certum ipsis dedicat statum, item speciem unionis cum Deo, quæ contemplatores Sanctis in Cœlo omninò æquales reddit. p. 41. ita ut Sancti in cœlis majus aut amplius habere nequeant. Statum* (p. 45.) *in quo animâ non amplius habet proprium, nullam propriam voluntatem, nullam propriam formam, omnes enim formas, quas à gratia accepit lance æquali possidet.* Pluribusne indigemus, ut illum per seipsum refutemus? Sed accusatio jucundior ipsi videbatur, quam ut eam missam faceret, quin operam impendisset eam alio in loco repetere. Dicit, Molinosium in spirituali sua Manuductione omnia impuritatum & abominationum genera tradidisse: posteà eum insimulat, quod aliud non sint, quàm consequentiæ, ex Doctrina Mysticorum oriundæ. p. 144. Inquit, *Molinos optimè ratiocinatus, & imitatus est viam, quam Mystici ipsi monstrârunt & patefecerunt. - & consequenter erravit. Evidenter videre possemus, Quietismum* (En! abominationem, quam Molinosio imputat) *nihil aliud esse, quam mysticam theologiam justò sublimius*

minùs agitatam, per homines, qui citò nimium frequentaverunt viam, jam optimè tritam. Author noster mirabilis est demonstrator. Fatetur autem; Eos juxta Mysticorum Principia, nec esse nec labi posse in peccatis mortalibus, interim tamen evidenter demonstrare potest, citò nimiùm viam eorum jam planè tritam frequentantes in omnem casuros abominationem. Hoc si verum, necessariò genus quoddam diei & evidentiæ ipsi esse debet, quò alii destituuntur. Interim quemadmodum nihil probat, & minis tantum latrat, aut ad Summum simplici declarationi immoratur, ita & nos tacere possumus, usque quò effectum evidenter demonstret.

22. Niholoseciùs, quia per *Manuductionem spiritualem* Molinosii Mystas condemnare existimavit, ansa mihi præbetur Lectoribus Observationes quasdam dare, circa suspicionem, quam ipsis de eà fecit. Itaque monetur, hìc jam non quæri de propositionibus, quæ ipsi tribuuntur, nec de Epistolis ignotis, nec de Conditione ejus, nec de particularibus ipsi opinionibus, sed tantummodò de Libro ejus & de contentis hujus libri, quem Author noster in tria redegit capita, eà autem vel centies repetit, tantum ipsi inest desiderium illa benè inculcandi. Verùm tria hæc capita sunt: *Inactio, inattentio, & permissio omnium generum impuritatum & vitiorum:* Quæ tres sunt chimæræ, nullibi in toto hoc libro occurrentes, omninò autem contrarium eorum reperire licet. Quippe videmus ibi, Personis, qui per propriam suam activitatem & rationem satis

operati

operati sunt, & à Deo ad orationem contemplativam trahuntur, apprimè conducere, ut huic exercitio vacare volentes, activitati suæ renuncient, nec multis ampliùs attendant ideis & ratiociniis Spiritûs nostri, atque motibus imaginationis proprii desiderii, propriæ voluntatis, imò nec, quantum præcaveri potest, tentationibus & cogitationibus, quas suggerit adversarius. En! *Inactio*, & *inattentio*, quam inchoantibus & Discipulis suis commendat. Quod verò nulla activitas attentionis ad Deum, aut desiderii amoris, spei, humilitatis, submissionis, patientiæ, aversionis à tentationibus & à repugnantiâ, quo minùs ipsis consentiatur, aut peragantur, haberi debeat, non est verum etiamsi Author illud Lectoribus suis persvadere conatur, cantando & recantando: *Non attentio, non actio, non desideria, sine cogitationibus, sine opera, nihil de hoc, nihil de illo*, est extinctio omnis Pietatis; Ejus autem contrarium meridie clariùs invenitur, in omnibus ferè paginis Manuductionis spiritualis, e. g. quod ad spirituales animæ actiones attinet, stabilit eas p. 4. 5. 6. 8. 17. 32. 49. 52. 67. 73. 85. 86. 164. 166. 182. 183. &c. quod ad attentionem attinet p. 8. 18. 52. 85. 155. 256. &c. Quod distractionibus & tentationibus consentiri non debeat, p. 42. 48. 60. 117. 259. & resistendum sit, ne consentiatur, aut peragantur. p. 7. 32. 43. 44. 49. 52. 63. &c. Quod oppugnandæ sint, immobilitas vero servanda & tandem vincendum sit, p. 43. 45. 143. 150. 181. 185. 202. Hocque per externam & internam mortificationem, dum sensuali-

ſualitati morimur & in omnibus rebus nos mortificamus, p. 161. 176. 187. 195. 203. &c. Contentus eſſe debeo allegatione paucarum paginarum. Præfationem ſcribo, & Articulum hunc tantùm quaſi per accidens attingo: Si verò fuſiùs aliquantum omnia loca, librum hunc accuſatum juſtificantia proferre deberem (qui liber, prout Author noſter loquitur, *docet, pios maximè abominanda perpetrare poſſe vitia, iis ſuccumbere, ea peragere, Deum realiter blaſphemare, ſcortari poſſe, idque clarius ſole*, pag. 110. 111. 112.) æſtimo nullum honeſtum hominem repertum iri, qui ſe contineret, quin enarrationes Authoris noſtri ac ſi abominabilia hæc in hoc libro tam innocenti inveniſſet, pro execrandis injuriis, deteriora ut taceam, haberet: Quanquam enim vel parùm libellus hic cum excerptis Authoris noſtri confrontetur, luculenter tamen apparet, nunquam infideliorem, aut magis veneficam (ignoſcat mihì hocce vocabulum) narrationem ſive cenſuram prolatam eſſe, cum antidotum ſemper ferè in eodem loco, paginâ eadem, quæ cenſetur, inveniatur. Aſſero hoc, quia plura habui ſpecimina. Adhuc ſemel moneo, me hìc non agere niſi ſolummodo de Libro, qui inſcribitur *ſpiritualis Manuductio*: Quod enim ad Perſonam Molinoſii attinet, itemque ad illud, quid vel habuerit, egerit, ſcripſerit, meritus ſit, nec ne, ego nec vindicabo, nec accuſabo, nec judicabo, neque ſimpliciter opinabor; omnia juſto Dei judicio relinquo & curæ illorum, qui ſui id eſſe negotii voluerunt. Quod autem ad

Librum ejus attinet, ego cum toto mundô non nisi quæ pulchra & elegantia sunt in illo reperii: quin admodùm obstupesco, quomodo Scriptor, qui nunquam quædam edidit, quæ vel tribus hujus Libri paginis comparari queant, non solùm eum denuò contemptui exponere, sed & visui totius orbis ùt tabernam infernalem, Authorem verò ejus (qui ipsum tamen nunquam læsit, quem etiam minimè novit) ùt *falsum Doctorem*, ùt *impurum Mysticum*, imò *ut hypocritam* proponere, ausus sit, & hoc quidem modo omnium amarissimo. Quocircò sciat, in judicio hoc vel centies plures contineri ambages & obliquitates, quàm in reliquâ Libri sui parte importunis terminis, Prælatis imputat, nil nisi *profundam malignitatem*, *obliquitatem & profundam iniquitatem*, *contradictiones enormes & stultas*, *malam hominis malignitate & falsitate corrupti fidem*, & omnia quæcunque vel rabiosissimi affectûs suggerere potuissent, spirando. Ideò sanè indigeret, ut sibi ipsi concionaretur verba Pauli: *O homo, inexcusabilis es, in quo enim alium judicas, in eo te ipsum condemnas, cum tu, qui judicas, idem operaris. Et putas quidem, ô homo! qui ita judicas eos, qui talia operantur, ipsemet autem illa committis, te judicium Dei declinaturum?* Largiatur ipsi Dominus gratiam, ut è verbis Apostoli commodum quoddam capiat!

23. Sed defatigor circa materiam adeò ingratam, & per se neminem ædificaturam. Nihilosecius, quemadmodum hisce Mundus impediri potest, ne animas suas lædant, Deumque offendant,

dant, judicium suum censuræ Authoris nostri, eundem in finem publicatæ accommodando & adæquando: Ita ne hilum pœnitet, me hactenus, & ob scopum adeò perutilem, notavisse ineptias cordis & Spiritus, quæ faciunt, ut Authorem nostrum tanquam *judicem incompetentem* in rebus mysticis earumque Authoribus considéremus. Paucis absolvam observationibus, ad veritatem hujus conclusionis verificandam percommodis, monstrando, quomodo hæ Authorem nostrum ad procedendi modum ejusmodi adduxerunt, qui ad qualitatem *Judicis*, & ad validitatem *Judicii æqui* minimè quadrat.

24. Prima est: Sanctissimas & gravissimas quasque res, ridiculè & contemptuosè proponere; e. g. Amor Dei, res est secundum substantiam suam tam sancta, & profunda adeò atque sublimi veneratione digna, ut meritò quis abhorreret, tot conquirere terminos ad eum eludendum & insuper, quod Author facit, cavillationem hanc annectendam. *Amor penetrat omnia, amor & amorosus penetrant omnia in hâc arte* (p. 33. p. 99.) Et quid Deus aliud quæsivit, quam ut amor omnia pertransiret, certos nos reddendo, totam legem omnesque Prophetas amorem intendere & ex illo dependere? Item Sanctus Johannes, qui amorem in omnes ferè Epistolarum suarum versiculos intrare patitur? Nonne amor hic principium & finis creationis nostræ est? Posito autem quosdam per imperitiam *amorem* hunc *purum* compatibilem dicere cum statu, in quo perfectissimè inveniri non

posset, qualis esset Status vitæ præsentis, ideò tamen nullus illam vim haberet, ut ad orandam ejus præsentiam, quæ hîc expectatur, pro *chimeris & fabulis haberet*. Addo illum, qui ut Author noster pro vero tradere audet, tantum bonum fieri non posse, quamdiu in terris vivamus, propriâ Authoritate semet ipsum Prophetam infelicitatis sistit & jactat. Sciat autem, fidem suam, quod ad divinationes attinet, vilem adeò esse atque diminutam, ut verbis ejus haud confidamus sed potiùs ad ea provocetur, quæ veri tradunt Prophetæ & diu nobis explicuerunt, dicentes; "Populum Sanctum, quem Deus sibi "diebus ultimis colligere velit, Populum fore "liberæ voluntatis, sese ad Deum ex toto corde "& ex tota animâ convertendi, Deumque Sponsum & maritum vocaturum, animam verò suam perfectissimè & solidissimè in Deum missurum. Deum autem ex parte sua se cum ipso "desponsaturum in justitiâ, & de eo gavisurum, "gaudiô tali, quali gaudere solet sponsus de sponsa suâ &c. Suntne hæc omnia descriptiones amoris mercenarii & motivi, aut potiùs relatio de tempore conversionis, ubi *purus* Dei amor in puris regnabit animabus? Ultimum itaque cum verum sit, quæ quæso est temeritas, promisso à Deo eventui, certissimè eventuro, nomina chimæræ & fabulæ dare? Idem hoc dico de doctrina Mysticorum docentium, hominem, pati debere, ut, Deus juxta suam voluntatem operetur & in omnibus rebus intra & extra illum agat; Hæc doctrina adeò sancta est, toti-

que concordat Scripturæ, Psalmis Jesaiæ, & institutionibus Jesu Christi, (qui vult, ut vivas ex eo scaturientes aquas expectemus, qui etiam discipulis ne meditarentur injunxit, sed Spiritum in se loqui sinerent:) Sanctique Pauci, (qui proprium nostrum desiderium pro stultitia habet, & dicit, nos orare non posse ita ut debemus, sed solum Dei spiritum scire, operari & cognoscere suspiria, desideria & preces ineffabiles, quas ipsemet juxta Dei voluntatem in cordibus gignit & procreat:) ut neutiquam ridiculè & contemptuosè traduci deberet, terminis sequentibus: *DEUM FACERE SINERE MYSTICORUM: DEUM FACERE SINERE Quietistarum?* Cur autem non etiam *Deum facere sinere Calvinistarum*, qui jam dudum cecinerunt, & diu adhuc canent;

SINAS DEUM FACERE, illum expecta, & non sis sollicitus Ps. 37.

vel ut Conartus composuit.

SINAS DEUM FACERE, & attende eis, quæ ordinat.

Cum illi (Calvinistæ) quoque in Catechismo suo §. 26. dicunt: *Necesse est, ut cessare faciamus opera nostra, quo Deus in nobis operari queat*: His ita se habentibus: Decetne virum gravum, qui sæpiùs verba hæc pro concione declamavit, aliisque, ut ad Dei honorem canerent, præscripsit, ut ea jam risui exponat & in dicterium vertat, dicendo, τὸ *SINERE FACERE quietistarum*, cum tamen probè sciat, fædas ibi & inhonestas immisceri cogitationes ad animum di-

ſtrahendum? Nonne judex & quidem judex Myſticus gravior & modeſtior eſſe deberet? Nonne potiùs profuiſſet, ut irrationalem præventionem & præcipitantiam in rebus, quarum Judex competens eſſe affectat, occultaviſſet?

25. Alius adhuc isque erroneus admodum procedendi modus, ubique in opuſculo Authoris noſtri obtinet, quod Statûs ut & Statuum gradûs confundat, in omnibus viis ſpiritualibus, & huic tribuat, alteri quod competit viceque verſa, cum tamen multùm inter ſe differant. Illud quod Myſtici tradiderunt de ſtatu profectorum imò perfectorum, ille intelligit ſive intelligi vult de inchoantibus, imò de ſecularibus, quibus id proponit, ut illud ita, tanquam ipſe, & ſecundum ſtatum ſuum, pro ſenſu & guſtu ſuo, dijudicent.

Facit inſtar hominis, qui modum in Academiis docendi ignorans, caſu quodam Auditorium ubi legitur, intrat, & methodum hanc novam miratur, ſtatim verò ad pueros, qui in ſcholis in ſcribendi & legendi arte informantur, abit, eisque horrorem & averſionem imprimere vult, atque ita ferè ad imitationem Authoris noſtri verba fundere debet: Academia eſt locus, ubi modo mirabili docetur & inſtituitur; videtis illic Diſcipulos & Scholares grandes & adultos otioſè ſtantes vel ſedentes, & ùt ſtatuas in *inactione*, continent *ſe tranquillos abſque actione, abſque activitate, abſque Libris*, abſque lectione, abſque charta, abſque atramento, abſque pennâ, abſque ſcripturâ & abſque lingva vernaculâ, item

item absque discursu & locutione, absque *verbo*, totos eos occupavit silentium: Passivè tantùm attendunt homini, in editiori loco stanti atque ipsi, qui illis nihil aliud prædicit & dictat, quam barbaras, peregrinas & feras lingvas, item res atque materias absurdissimas, quarum nihil comprehendi potest, illi autem ipsum *facere atque dicere sinunt quæcunque vult*, absque omni usu lingvæ aut manuum suarum. Misera hæc methodus docendi, non intendit nisi interitum omnis Lectionis & Scripturæ, est quippe extinctio & extirpatio omnium nostrarum Scholarum &c. Miseri hi pueruli, qui hanc narrationem & materias enarratas aliter judicare non possent, quàm juxta statum & discendi modum suum, semper chartâ & libris activum, admodum per novam hanc methodum confunderentur, nec sese continerent alii magnum imbibere fastidium, alii autem eam pro stultitia reputare. Prudentiores eorum erisione cùm Declamatoris tùm declamationis ejus puerilis sese satiarent.

26. Tertia irregularitas generalis in modo ejus judicandi, conclusiones ejus tangit: Extrahit eas absque præmissis & absque principiis, sive ex principiis insufficientibus & conclusionibus ipsis contradicentibus, sive etiam ipsis antithesibus adversus Evangelium, tùm proprias suas theses & principia sibi ipsi posita: *Particulares* ejus *conclusiones contra quædam dogmata Mysticæ theologiæ*, linquimus illis, quibus librum ejus examinare arriserit, & tantùm quasi in transitu

ſitu *octo* ejus *contra myſticam theologiam concluſiones generales* videbimus.

Prima & ultima contrariatur cum doctrinæ Evangelii, tum myſticæ theologiæ. Evangelium enim facit *portam vitæ anguſtam & a paucis tritam*; quippe nihil eſt, quod hominem magis terret, quam doctrina crucis, & continuæ abnegationis ſui ipſius. Secunda impia admodum foret, ſi omne illud, quod revelationum item communicationis Spiritûs Dei nomine inſignitur, pro fanaticiſmo haberet. Ipſemet ſuo contradicit principio: concesſit enim vel myriades revelationum Opilionis Cretenſis, parvarum Prophetiſſarum ex delphinatû, magnorum Prophetarum & Prophetiſſarum in Bohemia & Moravia; *qui* (ut ipſisſima ejus verba repetam) *plures viſiones & ecſtaſes habuerunt, quam omnes ſancti Prophetæ & Apoſtoli in univerſum*: Expectat itidem viſiones (p. 82.) ad Sectam ſuam reſtaurandam. Nonne jam error & prævaricatio culpabilis eſt in judice qui ſententiam pronunciat, quod aliquid credere recuſet, cujus alibi vel millia ſpecimina admittit, ut abſurdiora taceam? Tertia & octava ejus concluſio prioribus adverſantur: concludit, myſticam *theologiam* fontem eſſe ſuperbiæ, & indirectè virtutum interitum intendere, cùm potiùs contrarium concludere conveniret: Siquidem τὸ *aliud ME non habere, quam* τὸ *Dei*, ſanctitas, puruſque amor, nihil aliud ſunt, quàm pura humilitas & fons puriſſimarum virtutum, probantibus

tibus id principiis ſupra traditis. Sexta ejus concluſio, myſticam theologiam malè conceptam & ſyſtemate deſtitutam eſſe, nihil prodit, niſi ignorantiam ejus. Quarta & quinta concluſio, nihil prorſus habent, ſi illud non eſt, quod præmiſſarum & principii loco ponit, nempe quod quis præſupponat, ſe eſſe Deum, vel tantum, quantus eſt, Deus, vel etiam Prophetam, aut vir Revelationum; id quod tamen nondum probavit.

Agitur ibi de contemplatoribus & Myſticis, ut & de multis ſanctis hominibus, quorum vitas viri eruditi magnis & pluribus voluminibus publicârunt. Homines hi jam antè multa Secula defuncti ſunt, ut & illi, qui eos viderunt. Nobis de ipſis nihil reſtat, niſi ſcripta & teſtimonia, à contemporaneis illorum de ipſis edita. Omnes teſtantur, illos mundo renunciâſſe, & Deo in ſanctâ & frugifera vitâ ſeſe dediſſe, Deum verum ipſis ſingularisſimas & divinisſimas gratias communicaviſſe. Scripta illorum idem ſuggerunt. Myſticus noſter judex naturaliter alia habere nequit, quam has relationes & teſtimonia hæc ad faciendum judicium. Ecce interim judicium ejus in quinta ſua concluſione de myſtica theologia: *Quinta noſtra Concluſio adverſus myſticam theologiam eſt, plurimos contemplatores & myſticos HYPOCRITAS ET MENDACES fuiſſe, qui nullibi ſenſerunt, quæ ſenſiſſe oſtentarunt:* & in quarta concluſione, inquit. *Omnes illi Sancti, quorum vitam Bollandus & Henſchenius congeſſerunt, erant HY-*

Statim in quinta ejus conclusione contra mysticos videmus contradictionem sequentem p. 89. *Videntur mystici bonam habuisse intentionem.* *Hypocritam, mendacem malæ fidei esse*, & *bonam intentionem* habere: *certò* hoc esse, & tamen illud esse *opinari*; Hæccine consentiunt vestrâ opinione?

En adhuc aliam habetis p. 85. *Nitimur homines à vanitatibus mundi dehortari, ipsos amantes reddendo pulchritudinis Paradisi, & tamen* (per doctrinam de puro amore) *radicem nobis præscindere allaborant!* Sequitur jam contradictio p. 288. *Quid autem mali theologia hæc vobis infert, cùm una manu quod det, alterâ surripiat? Vult enim ut Paradisi gloriam desideretis, item ut inferni pœnas evitetis, sub idea beneplaciti Dei. Ecce essentiale!*

Adhuc alia in eadem pagina extat contradictio: *Doctrina de puro amore, quæ extingvere aut debilitare videtur desiderium vitæ æternæ, capax est ad pietatem tepefaciendam: Sequitur jam contrarium* p. 86. *Non possemus credere, amorem nihil commodi quærentem doctrinam esse scandalosam & nocuam in praxi*, & pag. 193. *Certus sum Theologiam Episcopi Cameracensis infernum neutiquam populosum redditurum.*

Adhuc alia p. 89. *Non est nobis propositum, Theologiam mysticam odiosam reddendi, sufficit ut contemnatur.* En autem contradictionem re ipsâ & verbis: Concludendo enim p. 75. contra mysticam theologiam, esse eam fontem superbiæ, manifestum est, reapse ipsi institutum

fuisse

fuiſſe odioſam illam reddendi. Sit fortè Author noſter aliûs affectionis quam Deus, qui ſuperbiam odio habet & ei maledicit: Verbis verò ſuperiùs contradixit. p. 69. *In Myſticis inveniuntur bona loca, piæ meditationes & optumæ cogitationes peridoneæ ad elevandum cor ad Deum: Ita ut Authores hi omninò contemni non mereantur, licèt id velit Epiſcopus de M.* Si illud, quod idem Epiſcopus circa hanc materiam in unico loco dixit, centum verò aliis, imprimis in Librô, *Myſtici in tubo* inſcriptô, revocat & emendat, ubique eam contemnere dici deberet; meritò expresſio Authoris noſtri idem foret, quod *protrudere eam in abyſſum*, id autem quod hic de illâ protulit, mera contradictio.

En adhuc aliam contradictionem; In toto ſuo Libro & inprimis p. 276. 277. agit de actu ſacrificii ſui ipſius neceſſario ad ſalutem vel abſolutè vel conditionatè in animabus per amorem puram coactis ſive occupatis, acſi naturâ ſua *falſus, imposſibilis, contradictorius, malus & naturam animæ deſtruens actus*; Et conditionem ipſam per verbum *SI* expreſſam, *ſtultitiam eſſe, & quidem talem, quâ tota Poetarum caterva nunquam inſanius quid protulerit.* (p. 245) Sed in eodem loco (p. 277.) eundem nobis proponit actum *Si* aut *poſtquam vultis, me condemnatum iri, & quia ego id merui, ſubmitto me & conſentio*, ùt actum adeò meritorium, ſalubrem & clarum ut multum abſit, quin eundem deſtructionem naturæ animæ dicat. *Condemnatus* inquit, *actum hunc exercens remisſione dignus foret,*

& lumen verum, veramque gratiam. Animæ ſvadere, ut reſipiſcat & patiatur, ut murmurationem per ſilentium ſupprimat, ut ſemet ipſam Deo ſacrificet, & conſtans & firma perſeveret, ut permaneat in Spe bonitatis divinæ & luminis ejus, item immobilis fidei, hoccine quæſo eſt, *absque tergiverſatione totidem terminis abſolutam inactionem ſvadere.*

29. Ars Omisſionis pluribus in locis Authori noſtro ſuccedit & conducit ad judicium ſuum ferendum: Interdum de ſuis aliquid addit: e. g. p. 280. locum Franciſci Saleſii citat ex inſtructione Epiſcopi Meldenſis, ubi ita legitur p. 334. *Animæ puræ tantum deformitatem quantum pulchritudinem adamarent, ſi modò dilecto ſuo placeret.* Hæc deformitas in animabus puris ſuppoſita, aliud indicare non poſſet, quam detectionem eorum *Nihili* ſive *imperfectionum*, ſive ad ſummum *abdicationis* honorum. His omnibus autem poſitis Franciſcus Saleſius nequaquam tamen eſſet *Myſticus temerarius*, ùt illum Author noſter inſignit, qui ideò duo tantùm verba ſubrepere patitur, & dictum locum ita ſiſtit: *Animæ puræ non minùs fœditatem, quam pulchritudinem amarent, non minus vitia quàm virtutes, ſi modò Amato ſuo itidem placerent?* Hæc vocabula, *& vitia & virtutes* nunquam ibi apparuerunt, ſed apparere debebant, cum *Myſticus temerarius* condemnandus eſſet.

30. En adhuc aliquid nihilo melius; Cum Authori noſtro loca illa incorrupta abſque truncatione & amplificatione linquere lubet, non autem

tem ipsi arrident, eò quod talem ex illis conclusionem, quæ illi placet, extrahere nequeat, operam dat, ut immutet verba quædam, & alia eorum loco substituat. In septima Conclusione contra Sacrificium salutis æternæ p. 88. Franciscum Salesium talem esse hominem probare ambit, qui *stultissimas has imaginationes & cogitationes* habuerit, *consentire in odium Dei in omnem æternitatem*: *Nunquam* dicit Author *in damnationem suam consentiri potest, consentiretur aliàs in odium Dei, ut facit Salesius, qui in Spirituali suo martyrio concludebat, se, cùm DEUM ODISSE in omnem æternitatem* debuerit, *ad minimum tamen operam navare debere, Deum durante hac vitâ ex omni corde amare.* Et p. 63. eandem jam inculcaverat rem, dicendo: *Omnia media, quæ inveniri possent, ad impediendum illum, quo minùs Deum odisset ut homo damnatus, esse, si ipsi proponeretur, ut prædestinatus jam ad Deum odio habendum in omne ævum, ad minimùm eum durante vitâ præsente ex imo cordis amore allaboraret.* Et inferiùs p. 338. citat *instructionem circa statum orationis*, p. 338. cujus terminos referre prætendit, pag. 158. inquiens: *Id, quod dixit Franciscus Salesius, quia prædestinatus sum ad odio habendum Deum in omnem æternitatem, indicat nobis, ipsum sibi imaginatum esse, se tum temporis in Statu amoris fuisse, non obstante desperatione ejus. Hæc* addit, *verba monstrant nobis amentiam Archiepiscopi Cameracensis, approbat enim verba Francisci:* Hoc verò magis in-

dicat debilitatem bonæ fidei Authoris nostri: Verba enim, *DEUM ODISSE* & ad id *PRÆDESTINATUM ESSE* nunquam nec in ore Sancti hujus Episcopi nec in relationibus indè factis inveniuntur. Ecce ita sonant verba in loco illô, quem ipsemet Author noster allegavit. *In extremo tandem dura ejusmodi pœnæ dolore, horribilis hæc resolutio capi debebat; ut, cùm destitutus esse deberem in vitâ futurâ, amabilem adeò Deum videre & amare, omnes adhiberem vires eum ad minimum vitâ in terris durante, ex omnibus facultatibus animæ & affectionis amare.* In hac periodo Author sequentia verba mutavit, *cùm in futuro Seculo spe destitutus esset Deum in omne ævum videndi & amandi qui tamen adeò amabilis esset*, & addidit, *cùm prædestinatus existeret, ad Deum in omnem æternitatem odio habendum.* Verùm omnes ejus censuræ consistunt ex ejusmodi amputationibus, amplificationibus & omissionibus. Verba enim si ita ut sunt linquuntur, videtur, quod actus animæ tentatæ & angustatæ consensionis in æternam faciei & amoris Dei amabilis privationem, non esse aliud, nisi actus consensionis in propriam indignitatem & in justitiam Dei, qui & in sancta animâ inveniri potest, & reapse in Deo omnibusque Sanctis respectu damnatorum, repetitur: Quemadmodum supra notavimus, Author verò noster ipsemet approbavit asserens, actum quô quis dicit, *quia Vis, ut sim damnatus, summitto me & consentio;* non solum non malum, sed etiam remissione dignum esse: locô ut juxta

pro-

proprium ejus consensum (p. 158.) *consentire in Dei odium in æternitatem*, sit idem ac *consentire ut quis mala, scelerata & perversa evadat creatura:* Et hoc idem est, odium & blasphemias contra Deum positivè approbare: Qui actus sanè ejusmodi est, ut non inveniatur, nisi in anima, quæ per hunc actum graviter contra amorem Dei peccaret, & se instituto & proposito Dei opponeret, per quod Deus eam in hisce tentationibus & angustiis venire patitur & permittit: Hoc enim Propositum non eò intendit, ut ab animo per vim Actus consensionis in odium Dei exigatur; sed ut amor ejus in Deum purgetur, quod fieri nequit, nisi per actus Deum amandi, tempore eo, quo nec temporalem nec æternum jam cernitur & possidetur bonum & commodum, & quidem hac sola de causa, quia Deus est, in quô cum justitia ejus, tum omnia reliqua ejus attributa amore digna sunt. Et hoc est id, quod fit per actus submissionis sive consensionis in hanc justitiam & privationes, quas justitia hæc nobis infligere potest, juxta nostrum meritum, dum nos actibus Dei erga nos submittimus, utpote, qui justissimi sunt, & non, dum locum damus actibus odii adversus illum: id quod evidenter instituto ejus contrariaretur, atque scopum ejus in nobis destrueret. Cur igitur aliena adeò nobis sistitur immutatio? Quid Author noster diceret, si ita cum ipso procederemus & assertiones ejus simili modo citaremus. *Damnatus talem submissionis agens actum; quia vis ut te odio habeam, & tibi in omnem æterni-*

POCRITÆ & VISIONARII, *certissimum est*, *plurimos eorum PESSIMI CHARACTERIS & MALÆ FIDEI fuisse.* Notate, quia omnia exteriora testimonia favorabilia admodum erant, Author noster de interiori judicare, & corda & opiniones ipsorum inquirere vult, non solùm, utrum seducti & Visionarii fuerint, sed, num intentione & voluntate seductores, *hypocritæ*, *malæ fidei*, & *mendaces* in rebus quas *senserunt*, item *pessimi characteris* extiterint. Omnes interrogo, num præter Deum, qui solus est Cardiognosta, alius quis hoc scire & judicium depositionibus sive relationibus externis contrarium facere potuerit? Interim Author noster ausus est Thronum Altissimi ascendere & judicare, tot sanctas animas in interiori suo meros *hypocritas*, *homines malæ fidei & pessimi characteris imò mendaces* fuisse! Hinc mihi vix persvadere possum, quod vel Deum credat, vel putet, Deum ipsi interiora animarum revelavisse, aut indicâsse ad quem usque gradum gratiæ & communicationis ejus sese extendere queant, nec ne. Hoc adhuc majus esset, quàm seipsum ceu mysticum & contemplatorem jactare & ultra omnes Sanctos elevare. Optimum medium extravagantes hasce conclusiones colorandi est, ut agnoscat, passiones & caliginem ejus eum ita occupavisse, ut ipsemet quæ dicat, scire nequeat: Id quod ipsum in statum eum locabit, in quo particeps fieri poterit orationis Jesu Christi & eorum, quos offendit: *Condona igitur ipsi Domine: nescit enim, quid facit!*

27. Ad-

27. Adhuc quartum agendi modum Author noster posſidet, qui non ita aliis, quàm ipſi contrariatur, nempè contradictionibus procedere, quæ interdum adeò frequentes ſunt, ut in Libro ejus ferè ſpatio quinque aut ſex linearum reperiantur: E. G. p. 26. Tractatûs ejus, quinque leguntur lineæ, duas contradictiones continentes: *In contemplatione propriè NIHIL cogitatur, NIHIL cernitur:* Pergit per contradictionem ſequentem: *Nihil niſi CERTÆ IDEÆ GENERALES EÆDEMQUE CONFUSÆ ET INDISTINCTÆ habentur* de *proprietatibus ipſiusmet Dei, de myſterio fidei, & de incarnatione verbi.* *NIHIL* & *aliquid* hìc ſunt contradictiones. *Ideæ generales confuſæ & indiſtinctæ*, ſunt *aliquid*: Habentur inquit Author, in contemplatione: Habetur itaq; aliquid, cogitatur aliquid; interim aſſerit, *propriè dicendo nihil ibi cogitatur.* Liber ejus rarus eſt ob ſingularisſimam hanc proprietatem, cum ferè in omnibus ſemet ipſum refutet. Et quidem vellem ut contenta eorum, quæ concedit paginâ 82. cum lineis ſex paginæ præcedentis & ſequentis conferretur, ſic enim, non obſtantibus reſtrictionibus, per quas ſe in ſecuritate collocare tentat, totaliter confunderetur. Ne igitur hìc enarrationem innumerabilium ejus contradictionum expectetis, ſed tantùm exempla quædam. Jam ſuperiùs contradictiones ejus in cauſâ Rusbrochii, ut & myſticæ theologiæ vidimus num. 21. Similes verò notantur etiam in cauſa Myſticarum Perſonarum, Sanctorum & Contemplativorum: En alia quædam exempla. Sta-

Statim in quinta ejus conclusione contra mysticos videmus contradictionem sequentem p. 89. *Videntur mystici bonam habuisse intentionem. Hypocritam, mendacem malæ fidei esse,* & *bonam intentionem* habere: *certò* hoc esse, & tamen illud esse *opinari*; Hæccine consentiunt vestrâ opinione?

En adhuc aliam habetis p. 85. *Nitimur homines à vanitatibus mundi dehortari, ipsos amantes reddendo pulchritudinis Paradisi, & tamen* (per doctrinam de puro amore) *radicem nobis præscindere allaborant!* Sequitur jam contradictio p. 288. *Quid autem mali theologia hæc vobis infert, cùm una manu quod det, alterâ surripiat? Vult enim ut Paradisi gloriam desideretis, item ut inferni pœnas evitetis, sub idea beneplaciti Dei. Ecce essentiale!*

Adhuc alia in eadem pagina extat contradictio: *Doctrina de puro amore, quæ extingvere aut debilitare videtur desiderium vitæ æternæ, capax est ad pietatem tepefaciendam: Sequitur jam contrarium* p. 86. *Non possemus credere, amorem nihil commodi quærentem doctrinam esse scandalosam & nocuam in praxi*, & pag. 193. *Certus sum Theologiam Episcopi Cameracensis infernum neutiquam populosum redditurum.*

Adhuc alia p. 89. *Non est nobis propositum, Theologiam mysticam odiosam reddendi, sufficit ut contemnatur.* En autem contradictionem re ipsâ & verbis: Concludendo enim p. 75. contra mysticam theologiam, esse eam fontem superbiæ, manifestum est, reapse ipsi institutum

fuisse

fuisse odiosam illam reddendi. Sit fortè Author noster aliûs affectionis quam Deus, qui superbiam odio habet & ei maledicit: Verbis verò superiùs contradixit. p. 69. *In Mysticis inveniuntur bona loca, piæ meditationes & optumæ cogitationes peridoneæ ad elevandum cor ad Deum: Ita ut Authores hi omninò contemni non mereantur, licèt id velit Episcopus de M.* Si illud, quod idem Episcopus circa hanc materiam in unico loco dixit, centum verò aliis, imprimis in Librô, *Mystici in tubo* inscriptô, revocat & emendat, ubique eam contemnere dici deberet; meritò expressio Authoris nostri idem foret, quod *protrudere eam in abyssum*, id autem quod hic de illâ protulit, mera contradictio.

En adhuc aliam contradictionem; In toto suo Libro & inprimis p. 276. 277. agit de actu sacrificii sui ipsius necessario ad salutem vel absolutè vel conditionatè in animabus per amorem puram coactis sive occupatis, acsi naturâ sua *falsus, impossibilis, contradictorius, malus & naturam animæ destruens actus*; Et conditionem ipsam per verbum *SI* expressam, *stultitiam esse, & quidem talem, quâ tota Poetarum catervâ nunquam insanius quid protulerit.* (p. 245.) Sed in eodem loco (p. 277.) eundem nobis proponit actum *Si* aut *postquam vultis, me condemnatum iri, & quia ego id merui, submitto me & consentio*, ùt actum adeò meritorium, salubrem & clarum ut multum absit, quin eundem destructionem naturæ animæ dicat. *Condemnatus* inquit, *actum hunc exercens remissione dignus foret,*

& lumen verum, veramque gratiam. Animæ ſvadere, ut reſipiſcat & patiatur, ut murmurationem per ſilentium ſupprimat, ut ſemet ipſam Deo ſacrificet, & conſtans & firma perſeveret, ut permaneat in Spe bonitatis divinæ & luminis ejus, item immobilis fidei, hoccine quæſo eſt, *absque tergiverſatione totidem terminis abſolutam inactionem ſvadere.*

29. Ars Omiſſionis pluribus in locis Authori noſtro ſuccedit & conducit ad judicium ſuum ferendum: Interdum de ſuis aliquid addit: e. g. p. 280. locum Franciſci Saleſii citat ex inſtructione Epiſcopi Meldenſis, ubi ita legitur p. 334. *Animæ puræ tantum deformitatem quantum pulchritudinem adamarent, ſi modò dilecto ſuo placeret.* Hæc deformitas in animabus puris ſuppoſita, aliud indicare non poſſet, quam detectionem eorum *Nihili* ſive *imperfectionum*, ſive ad ſummum *abdicationis* honorum. His omnibus autem poſitis Franciſcus Saleſius nequaquam tamen eſſet *Myſticus temerarius*, ùt illum Author noſter inſignit, qui ideò duo tantùm verba ſubrepere patitur, & dictum locum ita ſiſtit: *Animæ puræ non minùs fœditatem, quam pulchritudinem amarent, non minus vitia quàm virtutes, ſi modò Amato ſuo itidem placerent?* Hæc vocabula, *& vitia & virtutes* nunquam ibi apparuerunt, ſed apparere debebant, cum *Myſticus temerarius* condemnandus eſſet.

30. En adhuc aliquid nihilo melius; Cum Authori noſtro loca illa incorrupta abſque truncatione & amplificatione linquere lubet, non autem

tem ipsi arrident, eò quod talem ex illis conclusionem, quæ illi placet, extrahere nequeat, operam dat, ut immutet verba quædam, & alia eorum loco substituat. In septima Conclusione contra Sacrificium salutis æternæ p. 88. Franciscum Salesium talem esse hominem probare ambit, qui *stultissimas has imaginationes & cogitationes* habuerit, *consentire in odium Dei in omnem æternitatem: Nunquam* dicit Author *in damnationem suam consentiri potest, consentiretur aliàs in odium Dei, ut facit Salesius, qui in Spirituali suo martyrio concludebat, se, cùm DEUM ODISSE in omnem æternitatem* debuerit, *ad minimum tamen operam navare debere, Deum durante hac vitâ ex omni corde amare.* Et p. 63. eandem jam inculcaverat rem, dicendo: *Omnia media, quæ inveniri possent, ad impediendum illum, quo minùs Deum odisset ut homo damnatus, esse, si ipsi proponeretur, ut prædestinatus jam ad Deum odio habendum in omne ævum, ad minimùm eum durante vitâ præsente ex imo cordis amore allaboraret.* Et inferiùs p. 338. citat *instructionem circa statum orationis*, p. 338. cujus terminos referre prætendit, pag. 158. inquiens: *Id, quod dixit Franciscus Salesius, quia prædestinatus sum ad odio habendum Deum in omnem æternitatem, indicat nobis, ipsum sibi imaginatum esse, se tum temporis in Statu amoris fuisse, non obstante desperatione ejus. Hæc* addit, *verba monstrant nobis amentiam Archiepiscopi Cameracensis, approbat enim verba Francisci:* Hoc verò magis in-

dicat debilitatem bonæ fidei Authoris nostri: Verba enim, *DEUM ODISSE* & ad id *PRÆDESTINATUM ESSE* nunquam nec in ore Sancti hujus Episcopi nec in relationibus indè factis inveniuntur. Ecce ita sonant verba in loco illô, quem ipsemet Author noster allegavit. *In extremo tandem dura ejusmodi pœna dolore, horribilis hac resolutio capi debebat; ut, cùm destitutus esse deberem in vitâ futurâ, amabilem adeò Deum videre & amare, omnes adhiberem vires eum ad minimum vitâ in terris durante, ex omnibus facultatibus animæ & affectionis amare.* In hac periodo Author sequentia verba mutavit, *cùm in futuro Seculo spe destitutus esset Deum in omne ævum videndi & amandi qui tamen adeò amabilis esset*, & addidit, *cùm prædestinatus existeret, ad Deum in omnem æternitatem odio habendum.* Verùm omnes ejus censuræ consistunt ex ejusmodi amputationibus, amplificationibus & omissionibus. Verba enim si ita ut sunt linquuntur, videtur, quod actus animæ tentatæ & angustatæ consensionis in æternam faciei & amoris Dei amabilis privationem, non esse aliud, nisi actus consensionis in propriam indignitatem & in justitiam Dei, qui & in sancta animâ inveniri potest, & reapse in Deo omnibusque Sanctis respectu damnatorum, repetitur: Quemadmodum supra notavimus, Author verò noster ipsemet approbavit asserens, actum quô quis dicit, *quia Vis, ut sim damnatus, summitto me & consentio*; non solum non malum, sed etiam remissione dignum esse: locô ut juxta

pro-

proprium ejus consensum (p. 158.) *consentire in Dei odium in æternitatem*, sit idem ac *consentire ut quis mala, scelerata & perversa evadat creatura:* Et hoc idem est, odium & blasphemias contra Deum positivè approbare: Qui actus sanè ejusmodi est, ut non inveniatur, nisi in anima, quæ per hunc actum graviter contra amorem Dei peccaret, & se instituto & proposito Dei opponeret, per quod Deus eam in hisce tentationibus & angustiis venire patitur & permittit: Hoc enim Propositum non eò intendit, ut ab animo per vim Actus consensionis in odium Dei exigatur; sed ut amor ejus in Deum purgetur, quod fieri nequit, nisi per actus Deum amandi, tempore eo, quo nec temporalem nec æternum jam cernitur & possidetur bonum & commodum, & quidem hac sola de causa, quia Deus est, in quô cum justitia ejus, tum omnia reliqua ejus attributa amore digna sunt. Et hoc est id, quod fit per actus submissionis sive consensionis in hanc justitiam & privationes, quas justitia hæc nobis infligere potest, juxta nostrum meritum, dum nos actibus Dei erga nos submittimus, utpote, qui justissimi sunt, & non, dum locum damus actibus odii adversus illum: id quod evidenter instituto ejus contrariaretur, atque scopum ejus in nobis destrueret. Cur igitur aliena adeò nobis sistitur immutatio? Quid Author noster diceret, si ita cum ipso procederemus & assertiones ejus simili modo citaremus. *Damnatus talem submissionis agens actum; quia vis ut te odio habeam, & tibi in omnem æterni-*

tatem maledicam, submitto me & consentio; *remissione dignus foret*. Hocne probaret? Ergò, *quod tibi non vis fieri alteri non feceris*.

31. Res verò insolentissima est, quod illis, contra quos agitur, tota loca, totæque orationes attribuuntur, licèt in Scriptis eorum nullibi extent. Judex, qui tali modo clàm testes conduceret, non solum se reprobabilem faceret in rebus circa quas quæstio est, sed & ipsemet reus fieret, sive criminosum se redderet. Peto lectorem, ut paginam 121. Historici Authoris nostri tractatûs evolvat; & inveniet ibi, quod, ex secundo illic capite *Manuductionis Spiritualis* Molinosii cerptum sistens, factum quoddam Molinosiii sequentibus terminis referat: Juxta opinionem ejus, *contemplator*, *quia peccatum*, *quod committere posset*, *non sponte & voluntate fit*, *non est obligatus confiteri*: *Ipse hoc dicit totidem terminis*. Notate Authorem nostrum per hoc peccatum intelligere, *scortationem committere*, *Deum actualiter blasphemare* &c. quemadmodum ipsemet illud p. 110. 112. explicat. Atque ita, nisi me meus fallit visus, hæc recenset ut *propria* Molinosii *verba*; Contemplatorem nempè ea committere posse, neque, cum non voluntariè fiant, obligatum esse confiteri. Sæpiùs jam antea legeram cùm hoc caput, tum totum sæpiùs dicti Molinosii tractatulum, ut ægrè ferebam cæcitatem meam, quod hæc ibi non animadvertissem, ut igitur melius attenderem & observarem, bis adhuc eum perlegi, & semper locum hunc in schedula transscriptum ob oculos habebam,

ne

ne ejus oblivifcerer: Sed nec ita illum inveni: Si fortè quis ipsum reperierit & mihi indicaverit, ipsemet meam condemnabo incuriam: Contrarium potiùs ibi deprehendi, e. g. dum Discipulos suos ad sanctam hortatur confessionem, dicit: *Si modo firmum habetis Propositum non amplius peccandi, & omne quod vos ad peccatum invitare posset, vitandi, tum verò omnia vobis conscia peccata confitemini, jam non dubitate in bono vos esse statu*, & p. 129. Quod ad venialia attinet peccata. *Cum primum* (per incogitantiam) *in peccatum quoddam* (veniale) *incideritis, nullum amittite tempus considerationibus & reflexionibus, de lapsus vestri, sed metum vestrum, vestramque inquietudinem & confusionem amittite, AGNOSCITE MISERIAM VESTRAM IN HUMILITATE, convertimini ad Deum fiducia amorosâ, prosternite vos in conspectu ejus, & rogate ab illo remissionem omnium vestrorum peccatorum.* Hoc est ΤΟ` *DICERE TOTIDEM TERMINIS, Contemplatorem ad peccata, quæ non spontè committere posset, confitenda obligatum non esse*; Animadverteram Authorem nostrum sæpè & ubique textibus, quos ex aliis citat, immiscere acerbas explicationes, ut qui eas legi audiunt, sibi persvadeant mera esse allegata & nuda verba, quæ censere vult: item ut & Lectores, qui visu ea discernunt per literas Italas & Romanas, & quid variatio hæc sibi velit nôrunt, tamen insertiones has pro genuino sensu & verâ explicatione locorum eorum, circa quæ quæstio est, habeant: Non autem opinatus

essem intentionem fuisse, accusationem tam atrocem contra aliquem hâcce assertione, *dicit totidem*, *vel iisdem terminis*, instituendi, cum tamen ne hilum quidem ejus inveniatur.

32. Penna manu excidit. Nisi ex hisce omnibus annotationibus & observationibus contra incongruas dispositiones cordis Spiritus & modi adversus mysticam theologiam procedendi Authoris nostri, ipsemet se cognoverit, Lectores conclusionem non fecerint, incompetentiorem ipsô unquam extitisse judicem in rebus his, quas tamen censere ambiit; Plura non addam nisi hoc: *Siquidem Mundus vult decipi, decipiatur*. Decipiatur inquam, qui decipi vult: Non quidem concludo, quod propterea mystica theologia statim justificari debeat, sed tantùm & ut alii abstineant eam judicare aut condemnare juxta judicium judicis ejusmodi, qui inter alia etiam de Theologia Germanicâ antea dixit, *eum librum continere fundamentum fanaticismi & libertinismi*, ô miserum judicem, miserumque judicium! Nonne melius fecisset, si extra domum hanc mysticæ theologiæ obscuram mansisset, quàm ut, cæci instar, eam intraret capite in muros illisô, vacillaret, præceps fieret, ubique se læderet, & postea omnia inordinata esse exclamaret? Quod rectæ, piæ & candidæ animæ, animæ inquam illæ, quorum cor occupatum est desiderio tenebras suas vivaciter cognoscendi, seque humiliandi & totaliter se illi, à quô ab illis liberari possunt, tradendi, approbare poterint, Tractatus sequentes (nempe theol. germanicam &c.) legendo. Et securus sanè sum, si has ha-

buerint

buerint qualitates, quæ intelligentiæ clavis sunt in spiritualibus & Mysticis rebus, multum aberit, quin judicio & opinioni Authoris nostri acquiescant, potius autem illud posthabebunt & fortè non sine indignatione erga illum, cùm tamen non optem, ut aliquis irascatur, sed potiùs, ut commiseratio habeatur erga illum, qui spiritum, zelum & dona sua, quæ inservire possent commendationi & revelationi puræ veritatis Dei, si eam agnosceret, non minùs quàm semet ipsum obscurat & ineptum reddit, locò infinitæ æstimationis, quàm erga illam si eam novisset, ut credo, haberet. Precor ut omnia, quæ hactenus circa hanc rem disserui eò deserviant, ut ad salutare hoc punctum perducatur. Hic meus fuit scopus, ideòque summam adoro veritatem, ut cordi ipsius acclamare non desit: "Cur & "quid me persequeris? pura sum veritas, purusq; amor, quem persequeris; ipsique animæ oculos aperiat & sanitati reddat. Ipse non simili in gradu horum incapax est, ac miseri illi, qui errore Pelagii seducti, eumque ubiq; divulgantes honori sibi ducunt, internam Dei operationem & gratiam ejus, quæ tamen sola nos à Lapsu restituere potest, blasphemare: imô minor ejus coram Deo est culpa, quàm eorum, qui illud, quod ipse ignorat, noverunt, nec tamen approbant. Unusquisque sufficientem causam habet, sibi ipsi irascendi, & de se ipso conquerendi, quam de aliis, misericordiâ enim Dei omnes æqualiter indigemus: *Illuminet supra nos faciem suam, ut omnes incolæ terræ, vias ejus cognoscant, & omnes populi salutem ipsius. Ut omnis gens eum laudet, timeat ipsique serviat usque in Seculi Finem.*

Sequi-

ſtrahendum? Nonne judex & quidem judex Myſticus gravior & modeſtior eſſe deberet? Nonne potiùs profuiſſet, ut irrationalem præventionem & præcipitantiam in rebus, quarum Judex competens eſſe affectat, occultaviſſet?

25. Alius adhuc isque erroneus admodum procedendi modus, ubique in opuſculo Authoris noſtri obtinet, quod Statûs ut & Statuum gradûs confundat, in omnibus viis ſpiritualibus, & huic tribuat, alteri quod competit viceque verſa, cum tamen multùm inter ſe differant. Illud quod Myſtici tradiderunt de ſtatu profectorum imò perfectorum, ille intelligit ſive intelligi vult de inchoantibus, imò de ſecularibus, quibus id proponit, ut illud ita, tanquam ipſe, & ſecundum ſtatum ſuum, pro ſenſu & guſtu ſuo, dijudicent.

Facit inſtar hominis, qui modum in Academiis docendi ignorans, caſu quodam Auditorium ubi legitur, intrat, & methodum hanc novam miratur, ſtatim verò ad pueros, qui in ſcholis in ſcribendi & legendi arte informantur, abit, eisque horrorem & averſionem imprimere vult, atque ita ferè ad imitationem Authoris noſtri verba fundere debet: Academia eſt locus, ubi modo mirabili docetur & inſtituitur; videtis illic Diſcipulos & Scholares grandes & adultos otioſè ſtantes vel ſedentes, & ùt ſtatuas in *inactione*, continent *ſe tranquillos absque actione, absque activitate, absque Libris*, absque lectione, absque charta, absque atramento, absque pennâ, absque ſcripturâ & absque lingva vernaculâ, item

item absque discursu & locutione, absque *verbo*, totos eos occupavit silentium: Passivè tantùm attendunt homini, in editiori loco stanti atque ipsi, qui illis nihil aliud prædicit & dictat, quam barbaras, peregrinas & feras lingvas, item res atque materias absurdissimas, quarum nihil comprehendi potest, illi autem ipsum *facere atque dicere sinunt quæcunque vult*, absque omni usu lingvæ aut manuum suarum. Misera hæc methodus docendi, non intendit nisi interitum omnis Lectionis & Scripturæ, est quippe extinctio & extirpatio omnium nostrarum Scholarum &c. Miseri hi pueruli, qui hanc narrationem & materias enarratas aliter judicare non possent, quàm juxta statum & discendi modum suum, semper chartâ & libris activum, admodum per novam hanc methodum confunderentur, nec sese continerent alii magnum imbibere fastidium, alii autem eam pro stultitia reputare. Prudentiores eorum erisione cùm Declamatoris tùm declamationis ejus puerilis sese satiarent.

26. Tertia irregularitas generalis in modo ejus judicandi, conclusiones ejus tangit: Extrahit eas absque præmissis & absque principiis, sive ex principiis insufficientibus & conclusionibus ipsis contradicentibus, sive etiam ipsis antithesibus adversus Evangelium, tùm proprias suas theses & principia sibi ipsi posita: *Particulares ejus conclusiones contra quædam dogmata Mysticæ theologiæ*, linquimus illis, quibus librum ejus examinare arriserit, & tantùm quasi in tran-

situ *octo* ejus *contra mysticam theologiam conclusiones generales* videbimus.

Prima & ultima contrariatur cum doctrinæ Evangelii, tum mysticæ theologiæ. Evangelium enim facit *portam vitæ angustam & a paucis tritam;* quippe nihil est, quod hominem magis terret, quam doctrina crucis, & continuæ abnegationis sui ipsius. Secunda impia admodum foret, si omne illud, quod revelationum item communicationis Spiritûs Dei nomine insignitur, pro fanaticismo haberet. Ipsemet suo contradicit principio: concessit enim vel myriades revelationum Opilionis Cretensis, parvarum Prophetissarum ex delphinatû, magnorum Prophetarum & Prophetissarum in Bohemia & Moravia; *qui* (ut ipsissima ejus verba repetam) *plures visiones & ecstases habuerunt, quàm omnes sancti Prophetæ & Apostoli in universum:* Expectat itidem visiones (p. 82.) ad Sectam suam restaurandam. Nonne jam error & prævaricatio culpabilis est in judice qui sententiam pronunciat, quod aliquid credere recuset, cujus alibi vel millia specimina admittit, ut absurdiora taceam? Tertia & octava ejus conclusio prioribus adversantur: concludit, mysticam *theologiam* fontem esse superbiæ, & indirectè virtutum interitum intendere, cùm potiùs contrarium concludere conveniret: Siquidem τὸ *aliud ME non habere, quam* τὸ *Dei*, sanctitas, purusque amor, nihil aliud sunt, quàm pura humilitas & fons purissimarum virtutum, probantibus

tibus id principiis ſupra traditis. Sexta ejus concluſio, myſticam theologiam malè conceptam & ſyſtemate deſtitutam eſſe, nihil prodit, niſi ignorantiam ejus. Quarta & quinta concluſio, nihil prorſus habent, ſi illud non eſt, quod præmiſſarum & principii loco ponit, nempe quod quis præſupponat, ſe eſſe Deum, vel tantum, quantus eſt, Deus, vel etiam Prophetam, aut vir Revelationum; id quod tamen nondum probavit.

Agitur ibi de contemplatoribus & Myſticis, ut & de multis ſanctis hominibus, quorum vitas viri eruditi magnis & pluribus voluminibus publicârunt. Homines hi jam antè multa Secula defuncti ſunt, ut & illi, qui eos viderunt. Nobis de ipſis nihil reſtat, niſi ſcripta & teſtimonia, à contemporaneis illorum de ipſis edita. Omnes teſtantur, illos mundo renunciâſſe, & Deo in ſanctâ & frugifera vitâ ſeſe dediſſe, Deum verum ipſis ſingularisſimas & divinisſimas gratias communicaviſſe. Scripta illorum idem ſuggerunt. Myſticus noſter judex naturaliter alia habere nequit, quam has relationes & teſtimonia hæc ad faciendum judicium. Ecce interim judicium ejus in quinta ſua concluſione de myſtica theologia: *Quinta noſtra Concluſio adverſus myſticam theologiam eſt, plurimos contemplatores & myſticos HYPOCRITAS ET MENDACES fuiſſe, qui nullibi ſenſerunt, quæ ſenſiſſe oſtentarunt*: & in quarta concluſione inquit. *Omnes illi Sancti, quorum vitam Bollandus & Henſchenius congeſſerunt, erant HY-*

POCRITÆ & VISIONARII, certissimum est, plurimos eorum PESSIMI CHARACTERIS & MALÆ FIDEI fuisse. Notate, quia omnia exteriora testimonia favorabilia admodum erant, Author noster de interiori judicare, & corda & opiniones ipsorum inquirere vult, non solùm, utrum seducti & Visionarii fuerint, sed, num intentione & voluntate seductores, *hypocritæ, malæ fidei*, & *mendaces* in rebus quas *senserunt*, item *pessimi characteris* extiterint. Omnes interrogo, num præter Deum, qui solus est Cardiognosta, alius quis hoc scire & judicium depositionibus sive relationibus externis contrarium facere potuerit? Interim Author noster ausus est Thronum Altissimi ascendere & judicare, tot sanctas animas in interiori suo meros *hypocritas, homines malæ fidei & pessimi characteris imò mendaces* fuisse! Hinc mihi vix persvadere possum, quod vel Deum credat, vel putet, Deum ipsi interiora animarum revelavisse, aut indicâsse ad quem usque gradum gratiæ & communicationis ejus sese extendere queant, nec ne. Hoc adhuc majus esset, quàm seipsum ceu mysticum & contemplatorem jactare & ultra omnes Sanctos elevare. Optimum medium extravagantes hasce conclusiones colorandi est, ut agnoscat, passiones & caliginem ejus eum ita occupavisse, ut ipsemet quæ dicat, scire nequeat: Id quod ipsum in statum eum locabit, in quo particeps fieri poterit orationis Jesu Christi & eorum, quos offendit: *Condona igitur ipsi Domine: nescit enim, quid facit!*

27. Ad-

27. Adhuc quartum agendi modum Author noster possidet, qui non ita aliis, quàm ipsi contrariatur, nempè contradictionibus procedere, quæ interdum adeò frequentes sunt, ut in Libro ejus ferè spatio quinque aut sex linearum repetiantur: E. G. p. 26. Tractatûs ejus, quinque leguntur lineæ, duas contradictiones continentes: *In contemplatione propriè NIHIL cogitatur, NIHIL cernitur*: Pergit per contradictionem sequentem: *Nihil nisi CERTÆ IDEÆ GENERALES EÆDEMQUE CONFUSÆ ET INDISTINCTÆ habentur* de *proprietatibus ipsiusmet Dei, de mysterio fidei, & de incarnatione verbi*. NIHIL & *aliquid* hîc sunt contradictiones. *Ideæ generales confusæ & indistinctæ*, sunt *aliquid*: Habentur inquit Author, in contemplatione: Habetur itaq; aliquid, cogitatur aliquid; interim asserit, *propriè dicendo nihil ibi cogitatur*. Liber ejus rarus est ob singularissimam hanc proprietatem, cum ferè in omnibus semet ipsum refutet. Et quidem vellem ut contenta eorum, quæ concedit paginâ 82. cum lineis sex paginæ præcedentis & sequentis conferretur, sic enim, non obstantibus restrictionibus, per quas se in securitate collocare tentat, totaliter confunderetur. Ne igitur hîc enarrationem innumerabilium ejus contradictionum expectetis, sed tantùm exempla quædam. Jam superiùs contradictiones ejus in causâ Rusbrochii, ut & mysticæ theologiæ vidimus num. 21. Similes verò notantur etiam in causa Mysticarum Personarum, Sanctorum & Contemplativorum: En alia quædam exempla.

Sta-

Statim in quinta ejus conclusione contra mysticos videmus contradictionem sequentem p. 89. *Videntur mystici bonam habuisse intentionem.* Hypocritam, *mendacem malæ fidei esse*, & *bonam intentionem* habere: *certò* hoc esse, & tamen illud esse *opinari*; Hæccine consentiunt vestrâ opinione?

En adhuc aliam habetis p. 85. *Nitimur homines à vanitatibus mundi dehortari, ipsos amantes reddendo pulchritudinis Paradisi, & tamen* (per doctrinam de puro amore) *radicem nobis præscindere allaborant!* Sequitur jam contradictio p. 288. *Quid autem mali theologia hæc vobis infert, cùm una manu quod det, alterâ surripiat? Vult enim ut Paradisi gloriam desideretis, item ut inferni pœnas evitetis, sub idea beneplaciti Dei. Ecce essentiale!*

Adhuc alia in eadem pagina extat contradictio: *Doctrina de puro amore, quæ extingvere aut debilitare videtur desiderium vitæ æternæ, capax est ad pietatem tepefaciendam: Sequitur jam contrarium* p. 86. *Non possemus credere, amorem nihil commodi quærentem doctrinam esse scandalosam & nocuam in praxi*, & pag. 193. *Certus sum Theologiam Episcopi Cameracensis infernum neutiquam populosum redditurum.*

Adhuc alia p. 89. *Non est nobis propositum, Theologiam mysticam odiosam reddendi, sufficit ut contemnatur.* En autem contradictionem re ipsâ & verbis: Concludendo enim p. 75. contra mysticam theologiam, esse eam fontem superbiæ, manifestum est, reapse ipsi institutum

fuisse

fuisse odiosam illam reddendi. Sit fortè Author noster aliûs affectionis quam Deus, qui superbiam odio habet & ei maledicit: Verbis verò superiùs contradixit. p. 69. *In Mysticis inveniuntur bona loca, piæ meditationes & optumæ cogitationes peridoneæ ad elevandum cor ad Deum: Ita ut Authores hi omninò contemni non mereantur, licèt id velit Episcopus de M.* Si illud, quod idem Episcopus circa hanc materiam in unico loco dixit, centum verò aliis, imprimis in Librô, *Mystici in tubo* inscriptô, revocat & emendat, ubique eam contemnere dici deberet; meritò expressio Authoris nostri idem foret, quod *protrudere eam in abyssum*, id autem quod hic de illâ protulit, mera contradictio.

En adhuc aliam contradictionem; In toto suo Libro & inprimis p. 276. 277. agit de actu sacrificii sui ipsius necessario ad salutem vel absolutè vel conditionatè in animabus per amorem puram coactis sive occupatis, acsi naturâ sua *falsus, impossibilis, contradictorius, malus & naturam animæ destruens actus*; Et conditionem ipsam per verbum *SI* expressam, *stultitiam esse, & quidem talem, quâ tota Poetarum caterva nunquam insanius quid protulerit.* (p. 245.) Sed in eodem loco (p. 277.) eundem nobis proponit actum *Si* aut *postquam vultis, me condemnatum iri, & quia ego id merui, submitto me & consentio*, ùt actum adeò meritorium, salubrem & clarum ut multum absit, quin eundem destructionem naturæ animæ dicat. *Condemnatus* inquit, *actum hunc exercens remissione dignus foret,*

ret, *Condemnatus* id *faciens*, & *si* condemnatus id faceret, idem mea opinione valet: *τὸ SI* non est insanius, & *actus Sui* non est pejor.

Multæ adhuc aliæ in Libro ejus contradictiones obviæ sunt: quas tamen illis linquimus, qui eas examinare suæ tradent curæ. Sat frequentes sunt in judiciis contra Molinosium, non minùs in toto ejus libro. Judex autem sibi ipsi contradicens ipsemet suum annihilat judicium; quid quæso alii de illo judicabunt?

28. Ecce autem alios adhuc procedendi modos eosque neque laudabiles neque convenientes ad notam faciendam judicis cujusdam competentiam: Nempè quando judex amovet sive supprimit partem relationum & testimoniorum, quæ allegantur in causa ad judicium dicendum; Sive quando de suis substituit, sive ea immutat & pervertit, sive etiam loco veri falsum ponit. Author noster allegat locum quendam S. Francisci Salesii ex Episcopo Meldensi desumtum. Constat autem ille locis duobus, qui quidem non ibidem verùm diversis in paginis extant; adducat tamen eos, & verbis de perfectione ejus loquentibus sequentia hic subnectit, acsi connexione sequerentur. *Nullum ferè ampliùs desiderium habeo, si verò adhuc semel renasci possem, nullum prorsus habere vellem. Si Deus ad me veniret, adirem & ego illum. Nisi ad me venire vellet, ego me ibi continerem & ipsum non adirem:* Omittit autem verba paulò post sequentia: *Cùm dicitur, nihil esse desiderandum neque petendum: Ego id intelligo de rebus terrenis: Quod enim*

ad

ad virtutes attinet, eas omninò petere possumus, & amorem Dei petentes, eas quoque comprehendimus, continet enim is omnes illas. Author noster ex loco, quem allegat, purum Quietismum concludere volebat (ut facit) hoc est, ex opinione ejus extinctionem desiderii virtutum & amoris: obstitit autem ipsi id, quod locum supra dictum immediatè sequebatur, quò minùs sententiam hanc conficere posset; Hinc omittebat illud. In eadem pagina per modum accommodationis citat verba Francisci Salesii. *Si scirem, damnationem meam Deo paulò gratiorem esse, quam meam beatitudinem &c.* cùm tamen in eo loco, unde eadem allegavit extet. *Si per imaginationem rei impossibilis scirem, meam damnationem &c.* Quare correctivum hoc omittitur?

Item; Author noster chimæras, quas Libro Molinosii imputat, probaturus, quod ad absolutam *inactionem* attinet, ita erumpit (p. 104.) *Absque ambagibus ABSOLUTAM suadet INACTIONEM, TOTIDEM TERMINIS* id quod verificare sperat allegando hunc libri hujus locum: *Ne vos torqueatis, constituti in inactione* &c. Primò non video ibi absolutam inactionem totidem terminis: Sed hoc *& cætera* est amputatio trium linearum, *absolutam inactionem* annihilantium, & totam Authoris nostri Criticam confundentium. *Patimini*, inquit Molinos, *tacete, in conspectum Dei vos sistite, perseverate constanter, infinitæ ipsius bonitati confidite, quæ immobilem vobis dabit fidem,*

& lu-

& lumen verum, veramque gratiam. Animæ ſvadere, ut reſipiſcat & patiatur, ut murmurationem per ſilentium ſupprimat, ut ſemet ipſam Deo ſacrificet, & conſtans & firma perſeveret, ut permaneat in Spe bonitatis divinæ & luminis ejus, item immobilis fidei, hoccine quæſo eſt, *absque tergiverſatione totidem terminis abſolutam inactionem ſvadere.*

29. Ars Omisſionis pluribus in locis Authori noſtro ſuccedit & conducit ad judicium ſuum ferendum: Interdum de ſuis aliquid addit: e. g. p. 280. locum Franciſci Saleſii citat ex inſtructione Epiſcopi Meldenſis, ubi ita legitur p. 334. *Animæ puræ tantum deformitatem quantum pulchritudinem adamarent, ſi modò dilecto ſuo placeret.* Hæc deformitas in animabus puris ſuppoſita, aliud indicare non poſſet, quam detectionem eorum *Nihili* ſive *imperfectionum*, ſive ad ſummum *abdicationis* honorum. His omnibus autem poſitis Franciſcus Saleſius nequaquam tamen eſſet *Myſticus temerarius*, ùt illum Author noſter inſignit, qui ideò duo tantùm verba ſubrepere patitur, & dictum locum ita ſiſtit: *Animæ puræ non minùs fæditatem, quam pulchritudinem amarent, non minus vitia quàm virtutes, ſi modò Amato ſuo itidem placerent?* Hæc vocabula, *& vitia & virtutes* nunquam ibi apparuerunt, ſed apparere debebant, cum *Myſticus temerarius* condemnandus eſſet.

30. En adhuc aliquid nihilo melius; Cum Authori noſtro loca illa incorrupta absque truncatione & amplificatione linquere lubet, non au-

tem

tem ipsi arrident, eò quod talem ex illis conclusionem, quæ illi placet, extrahere nequeat, operam dat, ut immutet verba quædam, & alia eorum loco substituat. In septima Conclusione contra Sacrificium salutis æternæ p. 88. Franciscum Salesium talem esse hominem probare ambit, qui *stultissimas has imaginationes & cogitationes* habuerit, *consentire in odium Dei in omnem aternitatem: Nunquam* dicit Author *in damnationem suam consentiri potest, consentiretur aliàs in odium Dei, ut facit Salesius, qui in Spirituali suo martyrio concludebat, se, cùm DEUM ODISSE in omnem æternitatem* debuerit, *ad minimum tamen operam navare debere, Deum durante hac vitâ ex omni corde amare.* Et p. 63. eandem jam inculcaverat rem, dicendo: *Omnia media, quæ inveniri possent, ad impediendum illum, quo minùs Deum odisset ut homo damnatus, esse, si ipsi proponeretur, ut prædestinatus jam ad Deum odio habendum in omne ævum, ad minimùm eum durante vitâ præsente ex imo cordis amore allaboraret.* Et inferiùs p. 338. citat *instructionem circa statum orationis*, p. 338. cujus terminos referre prætendit, pag. 158. inquiens: *Id, quod dixit Franciscus Salesius, quia prædestinatus sum ad odio habendum Deum in omnem æternitatem, indicat nobis, ipsum sibi imaginatum esse, se tum temporis in Statu amoris fuisse, non obstante desperatione ejus. Hæc* addit, *verba monstrant nobis amentiam Archiepiscopi Cameracensis, approbat enim verba Francisci:* Hoc verò magis in-

dicat debilitatem bonæ fidei Authoris nostri: Verba enim, *DEUM ODISSE* & ad id *PRÆDESTINATUM ESSE* nunquam nec in ore Sancti hujus Episcopi nec in relationibus indè factis inveniuntur. Ecce ita sonant verba in loco illô, quem ipsemet Author noster allegavit. *In extremo tandem duræ ejusmodi pœnæ dolore, horribilis hæc resolutio capi debebat; ut, cùm destitutus esse deberem in vitâ futurâ, amabilem adeò Deum videre & amare, omnes adhiberem vires eum ad minimum vitâ in terris durante, ex omnibus facultatibus animæ & affectionis amare.* In hac periodo Author sequentia verba mutavit, *cùm in futuro Seculo spe destitutus esset Deum in omne ævum videndi & amandi qui tamen adeò amabilis esset*, & addidit, *cùm prædestinatus existeret, ad Deum in omnem æternitatem odio habendum.* Verùm omnes ejus censuræ consistunt ex ejusmodi amputationibus, amplificationibus & omissionibus. Verba enim si ita ut sunt linquuntur, videtur, quod actus animæ tentatæ & angustatæ consensionis in æternam faciei & amoris Dei amabilis privationem, non esse aliud, nisi actus consensionis in propriam indignitatem & in justitiam Dei, qui & in sancta animâ inveniri potest, & reapse in Deo omnibusque Sanctis respectu damnatorum, reperitur: Quemadmodum supra notavimus, Author verò noster ipsemet approbavit asserens, actum quô quis dicit, *quia Vis, ut sim damnatus, summitto me & consentio;* non solum non malum, sed etiam remissione dignum esse: locô ut juxta pro-

proprium ejus consensum (p. 158.) *consentire in Dei odium in æternitatem*, sit idem ac *consentire ut quis mala, scelerata & perversa evadat creatura:* Et hoc idem est, odium & blasphemias contra Deum positivè approbare: Qui actus sanè ejusmodi est, ut non inveniatur, nisi in anima, quæ per hunc actum graviter contra amorem Dei peccaret, & se instituto & proposito Dei opponeret, per quod Deus eam in hisce tentationibus & angustiis venire patitur & permittit: Hoc enim Propositum non eò intendit, ut ab animo per vim Actus consensionis in odium Dei exigatur; sed ut amor ejus in Deum purgetur, quod fieri nequit, nisi per actus Deum amandi, tempore eo, quo nec temporalem nec æternum jam cernitur & possidetur bonum & commodum, & quidem hac sola de causa, quia Deus est, in quô cum justitia ejus, tum omnia reliqua ejus attributa amore digna sunt. Et hoc est id, quod fit per actus submissionis sive consensionis in hanc justitiam & privationes, quas justitia hæc nobis infligere potest, juxta nostrum meritum, dum nos actibus Dei erga nos submittimus, utpote, qui justissimi sunt, & non, dum locum damus actibus odii adversus illum: id quod evidenter instituto ejus contrariaretur, atque scopum ejus in nobis destrueret. Cur igitur aliena adeò nobis sistitur immutatio? Quid Author noster diceret, si ita cum ipso procederemus & assertiones ejus simili modo citaremus. *Damnatus talem submissionis agens actum; quia vis ut te odio habeam, & tibi in omnem æterni-*

tatem maledicam, submitto me & consentio; remissione dignus foret. Hocne probaret? Ergò, *quod tibi non vis fieri alteri non feceris.*

31. Res verò insolentissima est, quod illis, contra quos agitur, tota loca, totæque orationes attribuuntur, licèt in Scriptis eorum nullibi extent. Judex, qui tali modo clàm testes conduceret, non solum se reprobabilem faceret in rebus circa quas quæstio est, sed & ipsemet reus fieret, sive criminosum se redderet. Peto lectorem, ut paginam 121. Historici Authoris nostri tractatûs evolvat; & inveniet ibi, quod, ex secundo illic capite *Manuductionis Spiritualis* Molinosii cerptum sistens, factum quoddam Molinosiii sequentibus terminis referat: Juxta opinionem ejus, *contemplator, quia peccatum, quod committere posset, non sponte & voluntate fit, non est obligatus confiteri: Ipse hoc dicit totidem terminis.* Notate Authorem nostrum per hoc peccatum intelligere, *scortationem committere, Deum actualiter blasphemare* &c. quemadmodum ipsemet illud p. 110. 112. explicat. Atque ita, nisi me meus fallit visus, hæc recenset ut *propria* Molinosii *verba*; Contemplatorem nempè ea committere posse, neque, cum non voluntariè fiant, obligatum esse confiteri. Sæpiùs jam antea legeram cùm hoc caput, tum totum sæpiùs dicti Molinosii tractatulum, ut ægrè ferebam cæcitatem meam, quod hæc ibi non animadvertissem, ut igitur melius attenderem & observarem, bis adhuc eum perlegi, & semper locum hunc in schedula transscriptum ob oculos habebam,

ne

ne ejus oblivifcerer: Sed nec ita illum inveni: Si fortè quis ipfum reperierit & mihi indicaverit, ipfemet meam condemnabo incuriam: Contrarium potiùs ibi deprehendi. e. g. dum Difcipulos fuos ad fanctam hortatur confesfionem, dicit: *Si modo firmum habetis Propofitum non amplius peccandi, & omne quod vos ad peccatum invitare poffet, vitandi, tum verò omnia vobis confcia peccata confitemini, jam non dubitate in bono vos effe ftatu*. & p. 129. Quod ad venialia attinet peccata. *Cum primum* (per incogitantiam) *in peccatum quoddam* (veniale) *incideritis, nullum amittite tempus confiderationibus & reflexionibus, de lapfus veftri, fed metum veftrum, veftramque inquietudinem & confufionem amittite, AGNOSCITE MISERIAM VESTRAM IN HUMILITATE, convertimini ad Deum fiducia amorofâ, profternite vos in confpectu ejus, & rogate ab illo remisfionem omnium veftrorum peccatorum*. Hoc eft ΤΟ` *DICERE TOTIDEM TERMINIS, Contemplatorem ad peccata, quæ non fpontè committere poffet, confitenda obligatum non effe*; Animadverteram Authorem noftrum fæpè & ubique textibus, quos ex aliis citat, immifcere acerbas explicationes, ut qui eas legi audiunt, fibi perfvadeant mera effe allegata & nuda verba, quæ cenfere vult: item ut & Lectores, qui vifu ea difcernunt per literas Italas & Romanas, & quid variatio hæc fibi velit nôrunt, tamen infertiones has pro genuino fenfu & verâ explicatione locorum eorum, circa quæ quæftio eft, habeant: Non autem opinatus

essem intentionem fuisse, accusationem tam atrocem contra aliquem hâcce assertione, *dicit totidem, vel iisdem terminis*, instituendi, cum tamen ne hilum quidem ejus inveniatur.

32. Penna manu excidit. Nisi ex hisce omnibus annotationibus & observationibus contra incongruas dispositiones cordis Spiritus & modi adversus mysticam theologiam procedendi Authoris nostri, ipsemet se cognoverit, Lectores conclusionem non fecerint, incompetentiorem ipsô unquam extitisse judicem in rebus his, quas tamen censere ambiit; Plura non addam nisi hoc: *Siquidem Mundus vult decipi, decipiatur.* Decipiatur inquam, qui decipi vult: Non quidem concludo, quod propterea mystica theologia statim justificari debeat, sed tantùm & ut alii abstineant eam judicare aut condemnare juxta judicium judicis ejusmodi, qui inter alia etiam de Theologia Germanicâ antea dixit, *eum librum continere fundamentum fanaticismi & libertinismi*, ô miserum judicem, miserumque judicium! Nonne melius fecisset, si extra domum hanc mysticæ theologiæ obscuram mansisset, quàm ut, cæci instar, eam intraret capite in muros illisô, vacillaret, præceps fieret, ubique se læderet, & postea omnia inordinata esse exclamaret? Quod rectæ, piæ & candidæ animæ, animæ inquam illæ, quorum cor occupatum est desiderio tenebras suas vivaciter cognoscendi, seque humiliandi & totaliter se illi, à quô ab illis liberari possunt, tradendi, approbare poterint, Tractatus sequentes (nempe theol. germanicam &c.) legendo. Et securus sanè sum, si has habuerint

buerint qualitates, quæ intelligentiæ clavis ſunt in ſpiritualibus & Myſticis rebus, multum aberit, quin judicio & opinioni Authoris noſtri acquieſcant, potius autem illud poſthabebunt & fortè non ſine indignatione erga illum, cùm tamen non optem, ut aliquis iraſcatur, ſed potiùs, ut commiſeratio habeatur erga illum, qui ſpiritum, zelum & dona ſua, quæ inſervire poſſent commendationi & revelationi puræ veritatis Dei, ſi eam agnoſceret, non minùs quàm ſemet ipſum obſcurat & ineptum reddit, locò infinitæ æſtimationis, quàm erga illam ſi eam noviſſet, ut credo, haberet. Precor ut omnia, quæ hactenus circa hanc rem diſſerui eò deſerviant, ut ad ſalutare hoc punctum perducatur. Hic meus fuit ſcopus, ideòque ſummam adoro veritatem, ut cordi ipſius acclamare non deſit: "Cur & "quid me perſequeris? pura ſum veritas, purusq; amor, quem perſequeris; ipſique animæ oculos aperiat & ſanitati reddat. Ipſe non ſimili in gradu horum incapax eſt, ac miſeri illi, qui errore Pelagii ſeducti, eumque ubiq; divulgantes honori ſibi ducunt, internam Dei operationem & gratiam ejus, quæ tamen ſola nos à Lapſu reſtituere poteſt, blaſphemare: imô minor ejus coram Deo eſt culpa, quàm eorum, qui illud, quod ipſe ignorat, noverunt, nec tamen approbant. Unusquisque ſufficientem cauſam habet, ſibi ipſi iraſcendi, & de ſe ipſo conquerendi, quam de aliis, miſericordiâ enim Dei omnes æqualiter indigemus: *Illuminet ſupra nos faciem ſuam, ut omnes incolæ terræ, vias ejus cognoſcant, & omnes populi ſalutem ipſius. Ut omnis gens eum laudet, timeat ipſique ſerviat usque in Seculi Finem.*

Sequi-

Sequitur

EPISTOLA

de

Principiis & Characteribus

præcipuorum *Scriptorum*

de Rebus

Mysticis & Spiritualibus,

qui postremis hisce Seculis

vixerunt.

*********:o:********

Domine!

PEtiisti semel atque iterum, ut tibi aliquid de argumento cujusdam colloquii quondam inter nos habiti scriberem, circa Authores, qui spiritualia & mystica tradiderunt, & à Deo illuminati reputantur. Contestatus fueras antea, tibi videri multum varietatis, locò perfectæ & absolutæ conformitatis inter illos reperiri: Ego verò tibi demonstraveram, ita ut animadvertere posses, varietatem hanc minimè in fundamento aut in materiis principalibus sitam,

tam, ſed tantum differentiam donorum & characterum eſſe, ſecundum menſuram gratiæ & ſapientiæ unicuilibet à Deo ſuppeditatam; Quam ſapientiam & gratiam Scriptura *multiplicem* & *diverſam* appellat (Eph. III, 10. 1. Pet. IV, 10.) quo ſe diverſimodè manifeſtaret, ſeque tam diverſimodè conditionatis & conſtitutis animabus, aliter communicaret, cum tamen hoc diſcrimen characterum ab uno eodemque Principio originem trahat, & in unum eundemque ſcopum & finem recurrat. Parùm autem abfuit, quin tum temporis applicationem feciſſem ad unum quemvis hujus generis Authorem, qui præ cæteris mihi principalis videretur; exiſtimabam tamen, hoc forſan impedimento nobis futurum, moramque conciliaturum, nec minùs ſemper ferè hoc genus inſtituti ſive ſcribendi declinabam, meque excuſabam, dum mea mihi hâc in materiâ capacitas conſtabat, & ſimul cognoſcebam, mihi non, niſi & plurimum à reali lumine illuminatorum horum ſcriptorum diſtantes ideas ineſſe. Tu verò inſiſtere non remittebas, mihique proponebas, ut diligentiùs hujus generis Authores, eorumque Hiſtoriam inquirerem, & unà pollicebaris, te contentum futurum, ſi opinionem meam, meumque judicium, prout animus dictaturus foret, definirem.

Suſcepi itaque hanc provinciam, quò tibi ſatisfacerem. Nihilò ſeciùs eodem contingere poſſet tempore, ut reverentia, quâ hujuſmodi ſcriptores meritò colo, me tentaret, & inſtigaret ad accuratiorem inquiſitionem & publicationem

 eorum,

eorum, quæ & ad Personas & ad scripta Authorum horum attinent. Nec tristarer, si hæ literæ & ab aliis legerentur, cum (hâc occasione) illi, quos omnis ferè horum scriptorum notitia adhuc latet, eam ex illis, qui ejusmodi materias ex fundamento inquirunt, addiscere possent. Non minùs & hi, qui hæc magni pensant, & se magis per certiores, quam vulgares vias motos & tactos, atque ad solidius bonum tractos sentiunt, habebunt objectum, illud, quod potissimum in diversis horum scriptorum characteribus, concordat, eligendi, quorum numerus non nisi hâc electione augetur; Neque omnino persvadendum, unicuique, ut spiritum lectione omnium aut plerorumque Scriptorum mysticorum gravet, incumbere; id quod nihil aliud esset, quam maximam sibi sui ipsius confusionem & distractionem, locò solidæ illuminationis & ædificationis conciliare.

2. Omnes autem authores Mystici in sequentibus consentiunt.

Deum nos creavisse illum in finem, ut cum ipso immediaté reduniremur, & in ejus similitudinem transformaremur, quò ille totus in nos veniret & commoraretur, juxta loquendi formulas & phrases Scripturæ Joh. XVII, 21. 1. Cor. XV, 28. 2. Cor. III, 18.

Hoc fieri nequire, nisi per Sanctum Domini Spiritum, (juxta Scripturas) ex quo enim homo proprio suo genio, propriæque voluntati servire decrevit, ut ille semet ipsum suo modo, ad

per-

perfectionem eveheret, ex eô ſe, totamque ſuam progeniem corrupit & perdidit.

Hanc deſertionem & ſeparationem à Deo factam per hominem, eò fine ut ſibi ipſi, ſibique ſubditis creaturis in-& adhæreret, illum tenebris, vitiis & corruptione impleviſſe, quæ ſi primum & ſummum ejus Principium & ortum ſpectes, res ſunt longe indignisſimæ & nauci exiſtimandæ. Deum ſolum eos ab omnibus hiſce malis liberare & perfectisſimè abſolvere, & in iis deſtructum ſuum opus reſtaurare & reparare poſſe, quod idem hic lapſus & corruptus homo eſt.

Deum hoc effectu, ſe ſuasque divinas operationes homini manifeſtare & præſentare, qui (effectus) in eo conſiſtit, ut homo iis conſentiat, illas recipiat, officium ſuum & cunctas ſibi inſitas facultates conferat, cooperetur, ſeque in eas reſignet: item Deum per hoc, operam ipſi impendere, eum purgare, illuminare, ad unionem ſecum præparare & diſponere, tandem eo, qui ipſi viſus fuerit modo, adunire, & pro beneplacito ſuo in ſuam transformare imaginem, atque per ſanctum ſuum Spiritum ex claritate in claritatem ducere, prout divus loquitur Paulus.

Unionem tandem & perfectionem, ad quam neceſſè eſt, ut homo à præſenti ſua profundita-te tendat, non eſſe plenariam & fruitivam unionem ſive transformationem utpotè quæ vitæ futuræ propria ſit, ſed tantum perfectionem viatorum, quæ adhuc mixta eſt caligine fidei, & in iden-

idendificatione (ut ita dicam) consistit voluntatis humanæ, cum voluntate divina, in quam illa tum adeò transformata est, ut Deus jam ex illo creare & facere possit, quicquid ipsi lubet, absque ulla resistentia ex parte hominis, si vel ipsi visum fuerit eum aut in eodem Statu relinquendi, aut in afflictionem & privationem tradendi, aut etiam ipsi plus minusve prægustus fruitivæ unionis & quædam extraordinaria dona pro lubitu suo conferendi, in omnibus hisce hominis est, nudè purèque sese resignare, ut Deus eum absque ulla ejus particulari electione & commotione ex parte ejus, disponere queat.

Ecce! Epitomen totius Substantiæ mysticæ theologiæ, quæ in fundamento una eademque materia est, & ab omnibus omninò Authoribus illuminatis, quotquot illorum mystica tradiderunt & hanc Sanctorum Sapientiam docuerunt, unanimi consensu tractatur.

Sed ecce! etiam differentiam & diversitatem inter eos.

Non minor est varietas animarum nostrarum quàm corporum, consvetudinum & impedimentorum, quæ nos diversimodè alterum hâc alterum alia ratione Deo contrarios reddiderunt; Item, conjuncturæ temporum & locorum, quoquo etiam reperiuntur, similiter etiam conjuncturæ Personarum, cum quibus conversatio colenda, non possunt non multimodè variare, ex quo sequitur, omnes omninò vias, tam internas, quàm externas, quibus absolvi & liberari nos oportet

à di-

à diversis nobis ubi sumus, adhærentibus impedimentis, quibus etiam parari & disponi debemus, ut ad divinam unionem pertingere queamus, non nisi diversi generis esse posse. Deus, qui omnes mortales per omnia impedimentorum genera, à seipsis reducere appetit, & solus, dum perfectissimè diversitatem constitutionis, qualitatis, capacitatis & debilitatis eorum perspectam habet, novit, quæ possint portare nec ne. Et ecce, idem illud, quod ipsis vel necessarium, vel damnosum videri posset, nihilosecius tantum bonitatis possidet, ut vias & operationes eorum secundum statum in quo sunt; & pro captu eorum accommodare velit, quæ & quomodo ipsis maximè proficua videantur: Hunc quippe per sensualitates, (quæ non minùs variæ sortis sunt) illum per privationes & ariditates: Hunc per varia dulcedinum genera, alium per vias amaritudinum; hunc per singulares illuminationes, illum per nudam fidem, hunc per sensualis amoris vias, illum per vias timoris & desolationis, hunc per fortissimam operationem in intellectum, illum per inoperationem in voluntatem, aut in aliam quandam animæ facultatem: atque ita per infinitos qualitatum modos ad unionem secum ducendo. Et quemadmodum in hâc varietate semper Homines fuerunt, qui multam cum Deo consvetudinem habuerunt, quos etiam ille ad sublimiorem illuminationis gradum evexit; ita quoque indè cum quilibet suas vias suaque experimenta literis dare à Domino actus fuit, varii Mysticorum Authorum characteres orti sunt:

Hos

Hos autem Authores ego ea ferè ſerie, quam proponere tibi libuit, recenſebo.

I. *TAULERUS.*

4. Hic Author, qui ſanctus & ſapiens fuit Dominicanus, & Coloniæ atque Argentorati (ubi etiam Anno 1379. obiit) docuit, Myſticorum Princeps & maxima æſtimatione dignus habetur, dum reliqui ferè omnes extremâ reverentia Scripta ejus venerantur. Et certè nemo bonorum ea absque guſtu & approbationis ſuffragio leget. Manifeſta quoque ſunt effata & judicia plerorumque Sapientum inter Doctores Proteſtantes, utpote Arndii, Mülleri, imò & Lutheri atque Melanchthonis, quæ nullibi judiciis Romano-catholicorum cedunt; id quod comparet in fronte editionis ſermonum ejus, quos pius ille Arndius publico dedit, ut & in editionis Francofurtenſis Frontiſpicio, quæ omnia ejus opera complectitur, & ab inclytisſimo Doctore Spenero procurata eſt.

Character illuminati hujus Authoris, meo quidem judicio hic eſt, ut anima per affectuum & vitiorum ſuorum enecationem, per renunciationem & abnegationem ſuæ ipſius, ſui deſiderii, propriæ ſuæ voluntatis, privati amoris, & tandem omnis ſuæ activitatis, imò totius creaturæ, in internum ſuum redeat fundum, Deum ibidem quærens & inveniens, cum is ibi ſe manifeſtaverit, per generationem æterni ſui Verbi, & ſpirationem ſancti ſui Spiritus; & ut conſequenter per con-

constantem & solidam introversionem se in hoc internitatis statu retineat, in quo Deus voluntatem suam, suaque mirabilia & speciales suas vias efficere possit, de quibus Author hic in genere loquitur.

5. Scripsit autem Taulerus idiomate veteri germanico, quod exemplar rarissimè invenitur. Transtulit eum Surius in Latinum, quæ versio usque ad Annum 1615. Lutetiis & Coloniæ pluries impressa, & jam originalis loco habetur. Dantur adhuc plures editiones germanicæ tam à Pontificiis, quam à Protestantibus procuratæ. Fecere idem & Belgæ; verum vetus illa editio belgica (Francof. 1565.) est interpolata, non minùs ac ea, quam vel ante quatuor annorum decades Serarius procuravit, quanquam hæc plura hujus Authoris opuscula complectatur, quam ulla alia. Optima tamen est, quæ Anno 1685. Antwerpiæ prodiit; Desunt tamen in illa *Instituti-ones*, *literæ*, *meditationesque* ejus in passionem, verum reperiuntur eædem à parte & quidem priores illæ sub titulo: *Medulla animæ* cujus vetus quædam translatio gallica teritur, quæ autem per novam quandam, tam *institutionum* ejus (Lutetiis 1668. impressam) quam *Meditationum in Passionem* versionem, anno sequenti eodem locô, unà cum exercitiis *Eschii* piissimi super viam purgativam, illuminativam & unitivam, typis excusam, penitùs suppressa est. Pater Mabillonius in Catalogo, quem tractatui suo de *Monachorum Studiis* appendit, inter Libros in gallicum sermonem translatos etiam Tauleri opera recenset:

Ego

Ego verò nunquam Sermones ejus vidi, qui tamen inter reliqua opusculorum ejus primatum sibi vendicant; itidem certus sum, tractatulum ejus *de Paupere vita Christi* raro inveniri, cùm & in latina elaboratione Surii desideretur, atque non nisi in editione teutonica & belgica reperiatur.

6. *RUSBROCHIUS*, contemporaneus Tauleri, & ex parte quadam Magister ejus, eodem ferè charactere gaudet, quin & sublimiùs atque magis methodicè procedat; Fuit autem hic, sanctus cænobii cujusdam Canonicorum, propè Bruxellas Prior, Nihil ferè eruditionis possidebat, & summa erat simplicitate, nihilò seciùs extrema sanctitate, & sublimissimâ contemplatione, undè etiam per viam experientiæ & infusionis, profundissimam & originalem totius Theologiæ Mysticæ cognitionem, in quâ permultis hodegus fuit, acquisiverat. Opera ejus non nisi secundum elaborationem *Surii* latinam habentur, si tamen pereximium ejus Tractatum *de ornatu nuptiarum Spiritalium* excipias, qui interdum rarissimè tamen in veteri belgico idiomate obvius, & operum ejus facile princeps est: Verum supra memorata Surii Translatio ter Coloniæ Agrippinæ impressa prodiit, ultima autem editio de Anno 1692. prostat. Illi quidem, qui rerum typicarum allegoricas quærunt interpretationes, invenient sanè in *Commentario ejus in Tabernaculum Fœderis*, undè ipsis satisfieri possit.

7. *JOHANNES EVANGELISTA*, olim

Capu-

Capucinus ſive Franciſcanus Lovaniæ, propè ad Tauleri charactera accesſit, in pereximio ſuo Tractatu *de Regno Dei in anima* qui tam concinna, naturali & fluida methodo conſcriptus eſt, ut optimè & ejusmodi hominibus uſui eſſe posſit, qui introductionem ad intelligentiam myſticæ theologiæ difficilius penetrare queunt. Scripſit autem hunc libellum belgico idiomate, qui ſæpius Antwerpiæ ab Anno 1629. (vivente adhuc ipſo) usque ad Annum 1686. typis datus. Habetur ejus translatio germanica ab Anno 1665. ultimæ verò editiones, quæ Anno 1690. & 1699. Francofurti prodierunt, auctæ extant, cum alio tractatu inſcripto, *Separatio animæ & Spiritus*, quem Profeſſor quidam Lovanienſis (*Libertus Fromondus*) antea latinè imprimi ſuoque commentario in Canticorum Canticum annecti curaverat. Videtur autem hic Tractatus magis repetitio & explanatio cardinalium quorundam punctorum, prioris ejus Libri *de elevatione Animæ ſupra ſemet ipſam*, quam appendix ejusdem Libri, licèt in Titulo ita appelletur. De omnibus autem hiſce nihil gallicè proſtat. Verùm in hoc Authore præ cæteris, hoc notatu dignum occurrit, quod in toto ſuo Libro, nullo omninò verbo, nec directè, nec indirectè materias, circa quas inter chriſtianos controverſia eſt, attingat, atque ita omnibus prodeſt ad ædificationem; Dicuntur quoque ipſi Proteſtantes ad iteratam impresſionem ejus multùm contuliſſe; tanti eum æſtimant, & quidem non absque cauſa. Obvius eſt adhuc alius hujus Authoris Tra-

ctatulus, de *Eucharistia* impressus, jam ipso defuncto, & è belgico in gallicum sermonem translatus, Bruxellis Anno 1662.

Ex pluribus Authoribus eundem cum Taulero charactera habentibus non, nisi paucis adhuc Harphii mentionem faciam.

II. *HENRICUS HARPHIUS.*

8. Hic Author, quem iis, qui ad Tauleri characterem propè accedunt annumero, meritò propriam & peculiarem sibi vendicat periodum; in multis cum illo convenit; attamen accuratiorem observat methodum, specificat commoda & multò sublimiùs ascendit, quam ille. Non facile ante & post illum ullus unquam æquè profundè ac ille in internas animæ Deo resignatæ vias & constitutiones penetravit, ubi tamen manifestò apparet, Rusbrochium eidem in multis præivisse & auxilio fuisse. Character ejus est, proponere gradativam ascensionem statuum, viarum spiritualium in anima purgata & probata. Commonstrat, quomodo post diversas mortificationes, purificationes & probationes animæ, in illa de gradu in gradum novi viæ divinæ statûs excitentur, & quidem primò activè, postea verò passivè in inferioribus animæ viribus, & posthâc in superioribus, (nempè in memoria, intellectu & voluntate) tum in nobili ejus essentia & tandem supra esse ipsius, & supra operationes virium illius, per investituram, quam ibi Sacrosancta Trinitas efficit, quæ adorandas suas inibi manifestat operationes. Hoc est elegantissimum essen-

eſſentialisſimum, commodisſimum & profundisſimum Myſticæ theologiæ Syſtema, quod ullo unquam tempore innotuit.

Ut vero hæc ita percipiantur, & deguſtentur, non ille, qui ab editoribus myſticorum ejus operum obſervatus eſt, ordo retinendus, quippè, qui male conceptus: Qui ea hoc videbit Titulo, *Theologia Myſtica tribus voluminibus*; non poterit non dicere, hæc omnia non niſi Corpus hujus theologiæ tot libris diviſum eſſe, quot ea partes habet. Interim tamen jam dictæ partes, tria admodum diverſa ſunt opera, quorum quodlibet per ſe completum & perfectum eſt. Primum illorum magis moralia quam myſtica proponit, & parùm ad noſtrum facit ſcopum, qui propriè ad ſecundi & tertii libri contenta ſpectat, quæ purè myſtica ſunt, nihiloſecius & in ſecundi Libri lectione patientia adhibenda, usque ad vigeſimum quintum, vetuſtarum editionum caput, quo abſoluto, accuratè in ſcopi ſui abysſus deſcendit. Tertius ejus Liber, tractatus omninò peculiaris, hoc titulo: *Eden Contemplationum*, accuratiùs in myſtica tendit. Ruminat in eo materias easdem, quas ſecundo Libro (*Directorium* appellant) tractavit, auget tamen illas novis & notatu dignis argumentis, explicat quoque minutatim ea, quæ antea brevibus modò commemoraverat, id quod multa plurium Sanctorum & Doctorum authoritate communit. Plures adhuc Libri ipſi asſignantur, qui non rarò obvii ſunt, cum his verò quos jamjam recenſui, neutiquam comparandi.

9. Erat hic Harphius Gvardianus Franciſcanorum Minoritarum Mechlinii ante biſeculum. Theologia ejus Myſtica latinè prodiit, & quidem prima vice Coloniæ Ao. 1538. Poſtea Anno 1556. P. Mabillonius meritò has editiones reliquis omnibus præfert, etſi illæ poſtea ab inquiſitione interdictæ ſint, non ob myſticas doctrinas, ſed trium aut quatuor commatum ergò, quæ contra incapacitatem Ductorum, Doctorum & Religioſorum, qui tum temporis ſubrepſerant, conſcripſerat. Poſtquam enim *Capite 12mo Directorii ſui* tradidit, Perfectas, aut etiam eos, qui etſi nondum perfecti forent, nihilominùs tamen ſe à Deo trahi & moveri ſentirent, ſolummodò ejus ductui obtemperare, ejusque inſtinctum ſequi obſtrictos eſſe, neque amplius humanæ directioni & obedientiæ ſubeſſe indigere, pergit: *Præſertim iis temporibus, in quibus communiter omnes ſuperiores, qui alios regunt, magis exterioribus, quàm interioribus dediti ſunt, ita ut valdè parum aut nihil de interna vita percipiant: Et ideò ſubditis ſuis, qui à Deô ad internam vitam trahuntur, potiùs impedimento ſunt, quàm auxilio, & hæc eſt cauſa, quare inter religioſos adeò magna acedia eſt & immortificatio, quia regimen non ordinant, ut interna & proficiens vita exigit.* Hæc ipſi malevolentiam conciliabant verba. Iterum opera ejus juxta Romanam editionem de Anno 1585. caſtraverunt, & juxta eam, Colonienſem de Anno 1661. atq; alias, ubi etiam locutionem, (a) quem de æternis protulit creaturis, eraſerunt, eò quod expreſſiones, quas ſermo hic continet, eorum captum excedebat. Ve-

Verùm opera hujus Viri & gallicè exſtant Lutetiis de Anno 1616. juxta elaborationem *de la Mothe Romain-Court* Conſiliarii Regii; Cum autem hujus translationis ſtylus in deſvetudinem ferè abierit, nova verſio, ſi non omnium ejus operum, *Directorii* ſaltem ejus, quod optima eorum pars eſt, non intempeſtiva foret. Idem jam dictum *Directorium* lingva veteri Belgica, item germanicè reperitur. In genere hic Author admodum infeſtus eſt amori proprio, quantum ad illos attinet, qui ad perfectionem tendere volunt.

(a) Lib. 3. cap. 1. Omnium qui, vel quæ ſumſerunt originem *in tempore & in æternitate*: Hæc verba omiſſa ſunt in translatione gallica, non verò in latina.

III. *JOANNES à CRUCE.*

10. Similis eſt hic Harphio prædicto, & quibusdam ſibi peculiaribus argumentis illi antecellit. Scopus ipſi, animæ puritatem commendare, dum exempla quædam deliciarum & amoroſæ Dei palpationis proponit. Præter hanc activam purgationis viam (quam peculiari quadam methodo tradit, ad purgandum animum ſapientum, qui Deum quærunt) & quidem quatenus ea in praxi virtutum conſiſtunt, (ubi ſvadet ut viliſſimis & rigidiſſimis quibusvis incumbatur) ſingularis ejus character eſt, (1.) tanta tamque generalis animæ viriumque ejus denudatio, ut etiam omninò omnibus ſenſibilibus & ſpecialibus gratiis ſeſe enudet, quas ſæpius

pius Deus iis, qui (vitam internam) incipiunt communicat, sive illæ per viam sensuum, aut imaginationis aut aliarum virium oriantur, exceptis saltem essentialibus Dei verbis & palpationibus ejus substantialibus. Præmunit animam magis ac ullus alius Mysticus, contra omnes illusiones spirituales, cujuscunque sint generis, ita ut is, qui ejus Principia sequitur firmo pede & absque periculo illusionis, hanc spiritus viam calcare possit, & quidem per puritatem nudæ fidei, spei & amoris. (2.) Secunda peculiaris hujus Scriptoris characteris pars est, purgatio passiva animæ & spiritus, sive proxima præparatio sui ad unionem cum Deo. Quam purgationem solidiùs, vivaciùs & penetrantiùs, (*in Nocte obscura*) quam hactenus ullus alius, tradit. (3.) Tertiò (*in viva amoris flammâ*) divinam unionem ejusque miracula singularissimo & peradmirabili modo docet: itidem (*in cantico suo de divino sponso & sponsa*) varias sive diversas constitutiones & vicissitudines cum amorosæ palpationis tum amararum probationum, quæ inter Deum & animam ad unionem cum Deo suspensam, occurrunt; Dum durante hâc vita, tot tantisque & diversis modis exerceri debet, cur autem, cujus causa, quemve in finem soli Deo constat.

II. Profundus & solidus hic Author tantâ emphasi has materias exprimit, ut facilè percipiatur, verba & argumenta ejus ex fundamento sive radice & experientia venire, cum multum attentionis & reverentiæ sibi comparent. Scripsit

psit Sermone iberico, fuit enim Hispanicus Carmelita ordinis Discalceatorum, & Sanctæ Theresæ Coadjutor, in seculo eo in quo tanta schismata, tantæ Sectæ exoriebantur, quæ adhuc hodiè orbem christianum dividunt. Historia vitæ ejus, quæ breviter delineata extat, ut & alius quidam libellus, in quo illa fusiùs enarrantur, testantur, eum fuisse hominem Angelicæ puritatis, id quod sanè prærogativa magna est, quæ omnibus ejus Scriptis magnam conciliat authoritatem. Transtulerunt opera ejus in latinum idioma, quæ elaboratio Anno 1639. Coloniæ prodiit, germanica autem Pragæ Anno 1679. lucem vidit, passim verò variæ in varias lingvas versiones prostant. Habemus & gallicas eorum elaborationes, altera styli antiquioris, Lutetiis quater aut quinquies excusa est, cujus ultima editio publicabatur unâ cum tractatulo alius cujusdam Religiosi, de unione animæ cum Deo, quô necessarium Authori nostro supplementum dare existimavit: cum tamen opus sit purè Scholasticum, ita ut optimè fecerint ii, qui illud in novissima translatione omiserunt. Secunda hæc traductio edita Anno 1694. per Patrem Jesuitam Maillard Lutetiis, purô gaudet stylo, multas materias clariùs tradit, quàm vetus, easque solidiùs, feliciùs & meliùs exprimit. Attamen mihi videtur, non tantùm translatorem Autorem nostrum interdum non intellexisse, sed etiam sub prætextu tædiosas repetitiones præcavendi, multa omisisse, ut fortè hoc ipso dogmata quædam supprimeret, quæ hodienum ægrè feruntur: vix quoque dubi-

to, omissa ejus sortis esse cum locis illis, quos in Harphio extinxerunt, id quod tertius versus Hymni de *vivâ amoris flammâ* subindicabit & affirmabit. Qui itaque Authorem hunc incorruptè legere appetunt, primam ejus editionem sibi comparanto, hocque eò magis, quia illic non tantum *tres discursus* sed etiam *duo libri* explanationum, cùm Mysticæ Theologiæ tùm etiam phrasium & expressionum ejus subnexi reperiuntur: in quibus certè hæ materiæ admodùm explicantur, multæque difficultates è medio tolluntur, tam rationibus, quàm ingenti Authorum quantitate, qui ibi eum in finem allegati sunt, ut & debilitati & malignitati eorum, qui hæc in pejorem interpretationem trahere possent, præveniretur. Interim tamen ultima editio, aliâ prærogativâ gaudet, cùm in fine ejus, extractus quidam omnium principiorum Authoris nostri subnexus sit, quæ ex omnibus ejus operibus, circa varias materias collecta sunt.

12. Ut igitur hic Author mysticam Theologiam ultimo hoc seculo magna authoritate magnoque applausu ditavit; ita permulti, qui eam tradiderunt, lumine ipsius benè usi & adjuti sunt, dum alii eum allegarunt, alii autem omisso nomine ejus, illum applicuerunt. Ecce enumerabo quosdam, quorum quidam magis, quidam verò minus ad ipsius characterem accedunt.

Pater *JOHANNES à JESU MARIA* in Theologia sua mystica, quam latinè conscripsit, vetus autem interpres operum Johannis à Cruce Lutetiis Anno 1666. gallicè edidit.

13. *THO-*

13. *THOMAS à JESU*, cujus Tractatus *de Oratione divina* impressus Antwerpiæ Anno 1623. aliquatenus Systematis mysticæ theologiæ vicem explet, cum justâ serie tres vias, purgativam nempè, illuminativam, & unitivam tractet, multâque multorum Scriptorum Authoritate munitus sit. Idem hic Author & alium tractatum latinè condidit *de contemplatione*, itidem Anno 1623. Antwerpiæ impressus, in quo materias suas optimè deducit, multisque Authoribus communit.

14. Pater *CONSTANTINUS BARBANSON*, Capucinus, veritates Authoris nostri parvulo suo sed excellentissimo tractatui, qui inscribitur: *Semita Amoris divini occulta* admodum inculcâsse mihi videtur, inprimis, quod ad rigidam purgationem attinet. Prodiit autem supradictus Libellus uno eodemque ferè tempore, gallico latino & germanico sermone, & jam nitidissimè latinis typis recusus, hoc titulo prostat: *Veræ Theologiæ mysticæ compendium*, sive *Semita occulta amoris divini* Amstelædami 1698. Et jure meritòque Systematis Theologiæ Mysticæ speciem habet. Verùm ejus *Anatomiam animæ* mihi non venit ad optutus: Summatim Author hic est expertus, penetrans, brevis & fructuosus.

15. Equidem illis, qui specialiter opera Johannis à Cruce professi sunt, Patrem *Victorem Galenium* Franciscanum Trevirensem, annumerarem: nisi in Latino suo tractatu, *Summa Theologiæ Mysticæ*, *Coloniæ* 1646. & 1652. sua ar-

gumenta à variis spiritalibus Doctoribus mutuâsset, quo publico usui generalissimum & prolixissimum Systema, quod unquam circa mysticam theologiam conflatum fuit, tam in cognitione & Theoria, quàm in praxi & exercitio, sisteret.

16. Parvuli illi tractatuli, inscripti: *l' Abregé de la perfection chretienne*, & *de l' Abnegation interieure*, sive *de la ruine de l' amour propre*, qui seculo præterito in Italia conscripti sunt, & jam vario sermone prodierunt, etiam in Belgio Anno 1690. & 1696. recusi in prima Parte Theologiæ Cordis (*de la Theologie du Cœur*) prostant, in substantia ipsa eadem tradunt principia, eandem docent viam, eundemque monstrant scopum, ac Author noster, absque ulla de aliis mutuatione, solummodo verò per communicationem unius ejusdemque Spiritus. Vix at ne vix similis invenietur tractatus, qui æquâ virtute, serie & præcellentia tam concinnâ & perfectâ brevitate gaudeat, atque mirabiles hi & formâ parvuli libelli, quorum Author fœmina creditur. Quanquam Italica horum opusculorum præprimis primæ eorum partis editio Coloniæ 1642. Nuncio Apostolico Chigi (quem postea Alexandrum VII. Papam gratulabantur) dedicata, Gagliardi Jesuitæ primum illorum (quod etiam latinè & belgicè legitur) contra communem tam Editoris, quam Bibliopolæ de Anno 1698. Lutetiis opinionem, assignetur. Potest uterque tractatus & præprimis ultimus, locò parvuli Epitomati solidæ theologiæ Mysticæ Systematis

matis haberi, in qua docetur, ùt illa optimè exerceri, & securiùs cùm ab illusionibus, tum à plasphemiis & crisi adversariorum defendi queat.

17. Tandem unici adhuc Authoris, potiùs vivi exemplaris, characteris Johannis à Cruce, mentio facienda; Hic est *Matthias Weyerus* homo privatus, qui Anno 1650. Weseliæ diem obiit supremum. Vir sanè doloris & supernè sublimiter illuminatus, id quod penetrantes ejus *literæ*, & collecti illius *discursus divini* testantur, ex quibus patet, quod omnia, quæ sunt in homine, nempe vires, acta & omnes omninò proprietates ejus, tandem judicium divinæ justitiæ subire debeant, priusquàm homo perfectè purgetur & justificetur, ne quicquam in nova creaturâ locum habeat, nihilque coram Deo & in æternitate subsistat, nisi purum nudumque Dei opus, nullaque caro gloriari queat (juxta Scripturam:) Sed ipsi soli omnis honor maneat in omne ævum. Stylus antiquus in belgicâ Anno 1579. excusa editione, in nova Amstelædamensi de Anno 1652. correctus est, quæ tamen rarò obvia: Malè autem fecerunt, quod veteris Editoris annotationes (in parenthesi tamen) inseruerint, qui seductus fuerat, dum censuram quandam Authoris nostri ad aliam Personam, Literis D. I. notatam applicuerat, cum tamen Author talia ne quidem cogitaverat, censura etiam ad prædictam Personam minimè quadret. Hic Libellus sermoni Teutonico datus & Amstelædami Anno 1658. impressus, quod ei eodem ferè tempore latinis typis accidit, Titulo sequenti. *Theologiæ*

ologiæ Mysticæ praxis viva, sive *Matthiæ Weyeri effatorum Libri tres* &c. Malè autem interdum translator Latinus mentem Authoris concepit; Audio eum nuperrimè in anglicam traductum Londini prodiisse. Gallicè nondum extat.

18. Invenitur præterea essentia hujus viæ breviter & nervosè tradita in litelis virginis cujusdam, quas de Regeneratione scripsit, ego autem novæ elaborationi *Theologiæ germanicæ* annexui.

IV. *SANCTA THERESA.*

19. Quod Johannes à Crucè methodo theoreticâ, ad viam intellectus accommodatâ, & quadam ex parte scholasticâ proposuit, illud in operibus Sanctæ Theresæ methodo practica traditum est, & quidem per narrationes & productiones propriæ experientiæ, modò sanè omni ex parte affectivô, propriôque viæ cordis in Scriptis ejus, quorum character est. Ut absque ulla methodi affectatione, justô tamen ordine loquatur & scribat, de puris motibus & sensibus amoris, item de humilitate & quidem secundum vivam experientiam, quam habuit de spiritalibus & supernaturalibus rebus. Inprimis & specialiter *via orationis* insistit, tam activæ quam quietæ aut supernaturali & unitivæ, pasfivæque; & quidem juxta gradûs & infinitam, ineffabilem-Dei gratiam, quâ Deus ejusmodi animas, qui his student impertitur. Humiles ejus, affectivæ & à Spiritu Dei animatæ expresfiones, omnes quæ Dei desiderio flagrant, animas afficiunt, in eis divinum

num excitant amorem, profundamque in cordibus Lectorum, erga divinam Majestatem & sacram Salvatoris nostri humanitatem, reverentiam insculpunt, tantamque & tam singularem iis imprimunt admirationem de charismatibus & operationibus præcelsissimi in cordibus eorum, qui se Illi sincerè tradunt.

20. Omnes nôrunt, magnam hanc Sanctam, Carmelitam Hispanicam fuisse, quod & Libri ejus affirmant, in quibus ipsamet magnam vitæ suæ partem descripsit: (cujus & Episcopus Tarassonensis, & Pater *Ribera* completam gallico sermone historiam edidêre) Opera autem ejus in varias translata sunt lingvas, ut in latinam, Coloniæ 1626. in germanicam ibidem 1686. &c. Versionum tot gallicarum, optima novissimaque est, elaboratio Arnoldi *d'Andilly*, Parisiis multoties edita, & nuperrimè Antwerpiæ Anno 1668. tribus parvis Voluminibus recusa; cui etiam *literæ* veteres hujus Sanctæ subnexæ sunt, quæ in editionibus Parisiensibus desiderantur; sunt autem illæ notis Episcopi Osmensis admodum gravatæ. *Veteres* dico has literas, respectu duorum voluminum, recentissimè Anno 1698. Antwerpiæ editorum, nunquam vero antea publicatorum. Inter opera ejus libellus *de Arce animæ sublimissimus*; Tractatulus *de via Perfectionis* notissimus & usui plerorumque familiarissimus; *Vitæ ejus Historia* (quam ipsamet descripsit) & *Exclamationes* summùm affectivæ: *Literæ* autem & *Fundationes* jucundissimæ reperientur.

21. In-

21. Inter Authores, qui eundem cum Sancta Theresa charactera habent, *Sancta Gertrudis* facilè princeps est, non quidem illa ex Brabantia, sed ea, quam Germania habuit, quæ genere Comitissa & ante Secula quinque Abbatissa in cœnobio quodam ordinis Benedicti, in Diœcesi Halberstadiensi sito, fuit; Scripsit latino sermone; Mihi videtur eos, quibus Vitæ & revelationibus ejus hunc præfigere titulum lubuit, *Insinuationes divinæ pietatis* (sæpiùs Coloniæ Lutetiis, & Salisburgi 1662. impressæ) indicare voluisse, eas cordibus divinissimam pietatem, summùmque affectivum erga Dei Majestatem amorem instillare; id quod in specie apparet in secundo harum insinuationum Libro, ubi conversionem vitamque suam ex parte describit, tali quidem methodo, quæ confessiones Sancti Augustini, si non antecellere, imitari tamen videtur. *Exercitia* ejus *amoris divini*, quæ in precibus consistunt, quas ad proprium usum in singulos totius hebdomadis dies composuit, etiam plurimùm affectivæ & cordiales sunt. Exstat versio earum in gallicum Lutetiis excusa; & Annô ante, 1687. nempè, *insinuationes* ejus hâc inscriptione: *La vie & les Revelations de Ste Gertrude*, qui titulus imitatus est translationem germanicam Coloniensem: Reliquum Translator, quanquam sit eloquens, non tamen semper Sanctæ hujus animæ mentem penetravit, quæ purissima omnium, tum temporis in terra degentium, habetur.

22. Hæc

22. Hæc Sancta Virgo, aliam ejusdem Nominis virginem ſuggerit, *quæ Confesſiones animæ amantis*, ejusdem characteris conſcripſit; Hæ ſunt admodùm affectivæ & capaces ſive idonei, cordibus emolliendis, & in amore divino fervefaciendis. Dicitur *Gertrud de More*, ex proſapia celeberrimi Cancellarii hujus nominis, erat Monialis Cameraci, opera autem ejus Lutetiis multoties Anglicè prodierunt; & jam in germanicum translata mox imprimentur.

23. Sancta *CATHARINA DE SIENA* (ubi fermè circa ſeculum decimum quartum nata eſt) omninò charactere Sanctæ Thereſæ fulget: Ejus *Meditationes* in pasſionem Chriſti, quas unà cum vita ejus Confeſſor illius excudi curavit, ſex ejus *Dialogi* Anno 1583. Ingolſtadii impresſi, & inprimis agentes de chriſtianâ reſtaurationis humanæ gentis doctrinâ; de Amore Dei; de Pœnitentiæ lachrymis; de Eccleſiâ; de corrupto clerorum & miniſterialium ſtatu; de divina providentia & de obedientia. Item *Preces* illius ſupra memoratis dialogis annexæ; *Literæ* ejus ad varii ſtatûs perſonas Lutetiis 1664. excuſæ; & tandem amor, obedientia & ſubmisſio, quâ à tota chriſtiano orbe, nullis neque Papâ, Regibus, magnatibûs, parvîs, Doctîs, idiotîsve exceptis, culta fuit, (licèt ſimplex & juvenis fuerit virgo, quæ trigeſimo ætatis anno fatalia ſubiit) ſubindicant, ipſi à Deo conceſſum fuiſſe donum, corda & affectiones conterendi & commovendi, ſanctó affectivôque, quô tota & integra fervebat, amoris igne.

24. Re-

24. Reperitur quoque ſimilis character in Opuſculis *Ludovici Bloſii* (qui Benedictinorum Abbas de Lieſſe fuit, & fermè ante Seculum floruit) quæ eundem Spiritum eructant, corda ad pietatem commovendi, cujus cauſâ ſemper nomen pii ſortitus eſt, quotiescunque nominis ejus mentio facta fuit, ſunt autem Scripta ejus non ſolùm pluries congeſta & Antwerpiæ latinè edita, ſed in varia quoque idiomata, varii illius tractatuli translati proſtant.

Contemplationes amoris divini Raymundi Jordani (qui *Idiota* audiebat) manifeſtò eodem charactere micant, qui & iis Libellis, quibus illæ plerumque appenduntur, proprius eſt, ſunt autem illius *ſoliloquia* & *Enchiridion*, quæ ſub nomine *Auguſtini* diſtrahuntur ; Cujus *Confesſiones* cum *Confesſionibus Alphonſi de Oroſco* (qui Carolo V. à Confesſione & concionibus fuit) eundem charactera, humilis nempè & affectivi, amoris præ ſe ferunt; quæ ultimæ ex Hiſpanico in gallicum translatæ & Antwerpiæ impreſſæ ſunt Anno 1643.

Multos alios ſilentio prætereo, quorum quidam in ſequentibus membris nobis ad manus erunt.

V. *S. CATHARINA DE GENUA.*

25. Illuſtris hæc & ſancta Domina, nobilisſimæ Stirpis de Fieſchi, cujus Parens Pro-Rex Neapoli fuit, erat (quanquam conjugata) ſpiritalis-

talissima & perfectissima Amatrix Dei, omnium eorum, quos à multo tempore Sol illustraverat. Character ejus est, tantus, tamque purus, elevatus, solidus & singularis amor, ut hâc in materiâ nunquam simile exemplum, neque in Sanctorum Patrum, neq; ullius unquam Doctoris Scriptis reperiatur, ita ut sublimitate & virtute purissimo huic amori æquiparari possent, quô, cum perfectè occupata & in momento conversa esset, tota tota, cum corpore tum anima, per totum vitæ suæ tractum fervebat, ita, ut non spiraret, non ageret, non loqueretur, non scriberet, nisi de puro & incomparabili hôc amore.

26. Docent ejus Scripta, ut nobilis & purus hic amor, qui unicè Deum Deique honorem quærit, in se omnia reliqua comprehendat unà cum absoluto fine, & omnibus mediis, & viis ad summum summæ perfectionis gradum perveniendi. Commonstrat, ùt à fonte hujus amoris, cognitio & confessio corruptionis & infinitæ malitiæ nostræ, ut & nullitatis sive nihilitatis & incapacitatis nostræ, benè agendi, atque absurditatis vanæ gloriæ derivent; item, sui ipsius cognitio & omnium rerum, perfecta contritio, & abominatio à peccatis, mortificatio & sanctificatio corporis, animæ & Spiritus, Resignatio sui in justitiam Dei, perfecta patientia, vivus amor, vivaque compassio erga proximum, ut & multa alia hujus argumenti, iis qui salvari appetunt necessaria. Passim ex eodem fonte, mille elegantes & convincentes explanationes difficillimarum, & magni momenti materiarum in-

Theologia effluunt, nempè incomprehensibilitatis Dei, ejusque amoris; proprietatum Potentiæ, Sapientiæ, Bonitatis, Misericordiæ, & Justitiæ ejus; ut & prævenientis ejus gratiæ, universalitatis, operationum & modi, quô operatur, resistentiæ adversùs eas, efficaciæ ejus; item liberæ voluntatis, potentiæ & impotentiæ hominis, cooperationis ejusdem cum Deo in opere salutis suæ, & tandem totius mysticæ theologiæ, ejusque viarum, purgationis, illuminationis, annihilationis virium, unionis, transformationis & Deificationis: Omnes verò hæ materiæ sunt influxus & ardentes irradiationes puri divini Spiritûs amoris, qui eam adimplebat & regebat.

27. Opera magnæ hujus Sanctæ, quæ fermè antè biseculum Genuæ vixit, ibidemque obiit, ex Italico in gallicum sermonem transferebantur, & ante seculum Lutetiis, per Patres Carthusianos *de Bourg Fontaine*, publicabantur. Quæ elaboratio, postmodum ibidem & Lugduni Gallorum sæpius iterata est, usque dum Anno 1667. Stylus revidebatur, & Lutetiis denuò recudebatur, in quâ tamen editione, justò plus omiserunt & immutarunt; quem errorem nova quadam editione, quæ in germania inferiori prodiit & hoc titulo prostat; *la Theologie de l'Amour ou la vie & les œvres de Ste Catharine de Genes.* 1691. reparare studuerunt: Vita ejus, (opera Confessoris ejus) in tres partes, nempè in Conversionem ejus, in Discursûs sive Colloquia, & ultimam horam divisa prodiit. Tria ipsius *Colloquia* agunt 1mo de Lapsu animæ ejus,

jus, de ejus Converſione & reali purgatione per infuſionem amoris, 2do de paſſiva purgatione animæ & ſpiritûs, per infuſionem ejusdem amoris, & 3tio de Reſponſione Dei ad multas ab anima motas quæſtiones, circa Naturam, cauſas & operationes ſive effectûs puri hujus amoris Dei, juxta quod Principium etiam in ſpecie naturam & purgationem animæ poſt mortem explicat, & quidem ſolida & admodum affectiva methodô.

28. Etiamſi itaque ſtupenda hæc Sancta unica illa in hoc genere ſit, ſcriptaque ejus alia ſibi ſimilia non inveniant, quæ æquali gradu corda amore divino calefaciunt & incendunt: *Catharina* tamen *Senenſis*, de quô paulò antè ſermonem texuimus, ad characterem ejus præ cæteris quadrat, præ omnibus autem nobilis illæ cæcusque Britannus, *Johannes Samſonius*, Carmelita diſcalceatus, qui debitum Naturæ in urbe *Redonenſi* ſolvit, poſtquam vel ſexaginta ſpirituales & Myſticos tractatus de variis materiis conſcripſerat, quorum usque nunc (quantum mihi conſtat) non niſi duos libros in quarto typis publicari paſſi ſunt. Primus qui vitam & conſvetudines ejus continet, Lutetiis 1651. & latina ejus translatio, Lugduni Gallorum 1655. ſecundus autem unà cum primô 1654. prodiit. Ultimus hic continet contemplationes omnium myſteriorum ſalutis noſtræ, cum aliis quibusdam tractatulis, qui ut & reliqui non ſunt, niſi effluxûs ſive rivi ſcaturientis infiniti amoris, qui illic in totum dominatur, hinc & ubique & ſemper talia eructat

& spirat effata: *Amor meus*, *charissimus amor meus*, &c. Libros autem inscripsit. *Speculum & Flamma Amoris: Amor aspirativus: Consummatio Animæ in Deum per amorem: Soliloquia; Epithalamia divini Sponsi* &c. Tractatulus ejus, de *amore aspirativo*, non ita pridem recusus est, in secunda parte *della theologia du cœur*; invenitur etiam in fine recentioris editionis hujus theologiæ cordis, epitome consvetudinum ejus.

Inter Primitivæ Ecclesiæ theologos ex septem genuinis *S. Ignatii* Antiocheni Epistolis apparet, Sanctum hunc Martyrem eodem spiritu plenum, eodemque charactere signatum fuisse. Quod vel Epistola ejus ad Romanos (à Patre Ruinardo, una cum Martyrio ejus in fine Actorum Martyrum syncerorum edita) singulariter & in specie divinaque convictione probare potest, non minùs ac reliquæ sex, quæ juxta Vossii editionem (qui aliàs literas, quæ interpolatæ audiunt parvi facit, & Authorem hujus interpolationis ægrè fert, qui tamen Sancti hujus Martyris Literas quodammodo explicare, non autem textum corrumperre studuit, cum re ipsa substantiam totam, totumque characterem Spiritûs amoris retinuerit) multoties recusæ sunt.

VI. *S. ANGELA DE FOLIGNI.*

29. Crux Salvatoris nostri Jesu Christi, & gratia inde scaturiens, i. e. Amor vitæ, virtutum, & mor-

& mortis Christi Jesu, quo anima purgatur, & postea vera cælestis ac supernaturalis Theologia infunditur; Porrò, sapida & experimentalis cognitio Dei, attributorum, sive proprietatum & Perfectionum ejus, item Operis Redemtionis & reliquorum divinorum miraculorum, sunt quasi elementum & character Angelæ nostræ proprius, in quâ tanta cordialitas, simplicitas & sinceritas prædominatur, ut facilè percipiatur; eam ab omni dolo, deceptione & fraude longè exemta & remotam esse. Doctrina & vita ejus puram & practicam Evangelii substantiam commonstrant; Et sanè in hac viâ amor privatus asylum & sustentaculum haud quaquam invenit.

30. Scripta & vita Sanctæ hujus Dominæ (quæ Foligni in Ducatu Spoletano ante quatuor secula vixit, & adhuc vivente marito convertebatur, mortuo autem eo, cænobium Ordinis tertii Sancti Francisci intrabat) à Confessore ejus, latinè edebantur: Præter editiones, Lutetiis & Coloniæ 1601. excusas, inveniuntur etiam in Actis *Bollandi* die 4. Januarii, quo die Sancta hæc obiit. Sunt quoque in varias lingvas translata, ut in gallicam, Lutetiis & in belgicam Antwerpiæ 1628. &c. Cum autem gallica exemplaria deficerent, non ita pridem Anno nempè 1696. denuò elaborata & edita sunt hoc titulo: *la Theologie de la Croix de J. Ch. ou les œuvres & la vie de la bienheureuse Angele de Foligni.* In quâ editione omnia ad meliorem ordinem redacta cernuntur.

 31. Scri-

31. Scripta ejus summè patheticam continent commendationem vitæ Jesu Christi, triumque ab ipso inseparabilium Comitum, *Paupertatis*, nempè, *Contemptûs* & *Passionis:* agunt etiam de oratione, de humilitate, de spiritali amore, de donis divinis, quibus sui amantes donat, de mysterio amoris, de præsentia & inhabitatione Dei in anima, & de supernaturalibus Dei donis, cum necessariis præcautionibus contra illusiones. Vita ejus tripartita ibi exstat, prima pars sistit descriptionem conversionis, pœnitentiæ & terribilis purgationis: secunda, supernaturalia media, per quæ Deus illi suum solatium, suum lumen, cognitionem sui, proprietatum suarum, earumque rerum, quæ ad salutem & redemptionem nostram faciunt, instillavit: & tertia, ultimos ejus discursus, Testamentum, & mortem beatam, quæ instițit Anno 1309. in hâc editione etiam meditationes in Passionem Christi reperiuntur.

32. Opuscula Sancti *Francisci d' Assise*, quæ in 4to latinè Antwerpiæ 1623. multis Waldingi notis, itemque formâ minori sine hisce notis, Lugduni Gallorum 1636. prodierunt; eundem eructant spiritum eundemque characterem subindicant.

33. Dominus *De BERNIERES LOUVIGNY* Consiliarius Regius & Thesaurarius Franciæ in telonio Caenensi (ubi etiam absque morbo prævio Anno 1659. in ardenti oratione inter amplexus & oscula amoris spiritum exhalavit) characterem, quatenus quidem ad affectivum

facit

facit amorem, Sanctæ Theresæ habet, quod autem ad doctrinam & materias attinet, omninò charactere Sanctæ Angelæ renitet, quam summoperè admiratur, & libenter imitatur, dum juxta illius exemplum, in corde suo, nihil tanta diligentia considerat, quam crucem Christi, ejus imitationem, praxin paupertatis, contemptûs & passionis Filii Dei: Quæ omnia in omnibus paginis Sanctus hic commendat, ceu summum Perfectionis in hâc vita adipiscendæ cacumen. Divina ejus scripta plena sunt verô solidi christianismi spiritû. Ejus *internus christianus*, qui pluries quàm vicesies in Gallia excusus, etiam in belgicum ut & italicum idioma translatus est, inprimis, præter generalia, mysticas pertractat materias de præsentia Dei, & in tertio ac septimo libro, de oratione. Suscepta fuerat excusio etiam aliorum ejus tractatuum, quod institutum etiam cæptum est, dum prædicto tractatui, alius Tomus addebatur, & simul divinæ ejus consvetudines ut & præcellentes ejus literæ edebantur. Verum vita illius & quatuor restantes libri in præfatione *spiritualibus* ejus *Scriptis* præfixâ, promissi lucem nondum viderunt, nec unquam fortè videbunt, propter oppositionem, quam acquisita quædam mundiformis scientia, semper & ubique movet, contra progressum Sapientiæ à Deo inspiratæ, etiam ob contrarietatem, quæ inter hypocriticam, externam, & formularem, atque inter veram solidam, internam occultam, & realem pietatem invenitur.

34. *HENRICUS SUSO*, Sanctus Dominicamus seculi 14. similem ac Sancta Angela characterem & spiritum habet; Vetus germanicum operum ejus originale interiit: Surius autem & hunc æquè atque Taulerum latinè elaboravit, quæ elaboratio Coloniæ 1661. typis excusa est. *Colloquium* (inter Scripta ejus) *æternæ Sapientiæ cum suo discipulo*, quatuor *Sermones*, duodecim *Epistolæ*, *vitæ* ejus *Historia* (quæ est opus excellentissimum sed imperfectum, atque per unam filiarum ejus spiritalium conscriptum) *Meditationes* ejus in Passionem & Exercitia, Horæ, & *officium æternæ Sapientiæ* specialiter tractant & agunt de cruce & Passione Christi, item de Patientia, sive abnegatione & abdicatione, per quam nos ejus participes reddimur. *Colloquium Veritatis & veritatis discipuli*, adhuc alias sublimes materias mysticas pertractat, idem facit & tractatulus, *de novem petris*, (quæ transcendendæ sunt, si Principium nostrum invenire volumus) postquam antea per descriptionem corruptionis, tum temporis in omni totius christianitatis statu regnantis, digitô quasi monstratum est, quatenus omnes, cùm religiosi, tum seculares à Deo defecerint: Omnia ejus scripta, si modò dialogum Veritatis excipias, gallicè prostant Lutetiis 1614. itidem novissimè 1684. publicata quoque est ibidem nova *Dialogi æternæ sapientiæ* elaboratio, quam Episcopo Meldensi dedicârunt.

Erat Suso homo incredibilis mortificationis, summæ humilitatis, ingentis mansvetudinis, probatis-

batisſimæ dulcedinis & patientiæ: Erat incomparabilis Amator ſanctæ humanitatis Filii Dei, ejusque Pasſionis, quam ſacram proprietatem à Sancta ſua Matre hæreditariò accepiſſe videtur, quæ per meram compasſionem erga pasſionem Filii Dei & Sanctæ Virginis, quæ eum in cruce exſpirantem vidit, obiit.

Præter exercitia Tauleri, meditationes Sanctæ Catharinæ Senenſis, quorum characterem Chriſti crucem eſſe, jam ſupra mentionem fecimus, magna vitæ, Sanctæ *Mariæ Magdalenæ de Bazzis* pars extat: item ſtimulus divini amoris *Bonaventuræ* impreſſus Lugduni Gallorum Titulo: *Meditationes in Pasſionem*, quarta Pars Meditationum *Ludovici de Ponte*, cujus Libellus majoris eſt pretii, ac omnes hujus temporis homiliæ, cum nulla ibi veritas chriſtiana, (cujus cognitio neceſſaria) ad utilem & devotam meditationem non ſit applicata. *Elevationes in Pasſionem* Patris cujusdam Oratorii, Lutetiis 1677. Belgicus ille libellus, inſcriptus; *Sponſus Sangvinum*, ſæpiùs Antwerpiæ excuſus, & viginti fermè meditationes in pasſionem Domini noſtri complectens, eundem Authorem habent, quem *Thalamus Sponſi*. Huic alios multos præteriens, addam alium parvulum, ignotum quidem ſed perutilem & ſolidum libellum, qui inſcribitur, *Myſterium ſtatûs & vitæ Chriſti*, & Amſtelædami 1658. prodiit: Author ejus erat Idiota & Operarius, ſed illuminatisſimus, nomine *Henricus Gerrit*, quod nomen duobus hiſce literis. H. G. ſignificatur.

VII. *BENEDICTUS CANFELD.*

35. Author hic ſcopum & intentionem habuit, acquiſitionem Perfectionis facilitandi, per commendationem evidentis, facilis, & perfecti medii, ideò ſcribebat tractatulum quendam latinè, gallicè & anglicè, quem ita inſcripſit: *Regula Perfectionis*, in quo omnia ad unicum divinæ voluntatis Principium reducit, qui libri ejus character eſt. Hoc Principium indiſputabile, ab omnibus chriſtianis, imò ab omni creatura receptum, multùm eò facit, ut omnia ad praxin applicentur, item ut ad ſaniorem imaginationem reducantur, qui ſibi aliisque perſvadere conantur, vitam ſpiritualem in neſcio quibus abſtractivis ſpeculationibus mentis omni ex parte otioſæ, omnisque operationis expertis, conſiſtere. Vult, ut ſola Dei voluntas principium & finis ſit, cui in omnibus noſtris actionibus intendamus: Hanc voluntatem tripartitur, allegando dictum Apoſtoli, ubi mentio fit, externæ & bonæ, internæ & gratæ, atque myſticæ, ſive occultæ, eſſentialis, præcelſæ & perfectæ voluntatis. In primâ libri ſui parte docet, ut voluntas Dei, qui actus noſtros reſpicit, aut per legem Dei, aut per rationem, aut per mandatum ſuperiorum, aut etiam per caſûs rerum, quæ accidunt, realiter effici, aut permitti debeat, unicè libera voluntate, ſponte & confidenter, cum lumine & promptitudine. Poſtea divina Voluntas ſe in intimo animæ fundo guſtari facit, ibique

ibique ſe manifeſtat, claro, perſpicuo ſapidoque modo, ubi admiratio, humilitas, gaudium & ſpiritûs ad Deum elevatio ſequitur: id quod in ſecunda ſua parte pertractat, quam tertia excipit; quæ de intima & ſupernaturali communicatione Dei ipſius agit, cujus communicationis medium tantùm unicum tradit Author, modos autem duos, qui ad geminum hominum genus applicari ſe patiuntur: Multas & varias horum modorum enarrat obſervationes & præcautiones, quæ ad internam vitam myſticam neceſſariæ ſunt, nihilòminùs autem paſſivæ annihilationi reſpondent, quæ circa fruitivum amorem, contemplationem & unionem verſatur; reſpondent etiam activæ annihilationi, quæ circa activum verſatur amorem, per quem neceſſariò aut ſpiritualiter, aut externè & corporaliter operari debemus.

36. Quemadmodum autem hic Author eruditus erat, ita etiam ſolidè, methodicè & ſyſtematicè ſcripſit, item illuminatè & circumſpectè, varias adhibet præcautiones, non ſolùm contra falſos myſticos, falſamque quietem, ſive otioſitatem naturæ, ſed etiam contra omnes perverſiones, quæ è verbis & phraſibus ipſi frequentibus, elici poſſent, dum eas præmunit authoritate Patrum ſanctorum, qui longè ante ipſum floruêre. Hâc de re *Sandæus* prolixè diſputat in opuſculo ſuo, quod inſignitur *Clavis* ſeu *Onomaſticum Theologiæ Myſticæ*, Coloniæ 1640. Ut & D. le Brun in gallico ſuo tractatulo inſcripto: *Eclairriſſement de la Theologie Myſtique*, impreſſo

presso *Rothomagi* 1659. & nuperrimè *Archiepiscopus Cameracensis* in *Placitis Sanctorum*, de quo libello tanta exstitit disputatio, qui, quanquam à multis judicatur & condemnatur, à pluribus tamen receptus, qui existimant, multùm abesse, ut Author materias suas justo subliminiùs extenderit, quin potiùs quædam argumenta adeò extenuârit, ut satis longè à sublimitate sensus Sanctorum & verorum Mysticorum distent.

Libellus Canfeldi non solum belgicè elaboratus, sed & in alias lingvas translatus multoties prodiit. Ultima editio gallica, Lutetiis 1666. aucta & Lugduni Galliorum Anno 1694. iterum impressa est generali *Elucidatione* circa divisionem opusculi, ut & vitæ & conversionis Authoris, qui natione nobilis Britannus, Professione Prædicator inter Franciscanos fuit, in quô ordine Parisiis Anno 1620. obiit: Postquam in extasi amoris hæc in verba erupit: *ô miraculum! ô abyssius amoris Dei absque mensura!* Parvulus Lucernæ editus est libellus 1649. qui loco epitome omnium ejus librorum haberi potest.

37. Tractatulus *de christiana sapientia*, sive *de scientia uniformitatis juxta voluntatem Dei*, quem *Dominus d' Argenson* Consiliarius Regius in carcere composuit, & Anno 1651. Lutetiis edi curavit, cum Canfeldio eadem principia habet, similique soliditate, spiritualitate, facilitate & concinnitate congestus videtur.

VIII.

VIII. *JOHANNES ENGEL-BRECHT.*

39. Quantà præcedens Author pollebat eruditione, tantus idiota tantâque simplicitate hic præditus erat, ut vix legere & scribere posset: character ejus singularis & infantilis est simplicitas, quæ non facilè calliditate naturæ aut artificio hominum commovebatur, multò minùs scientiis & prudentia eorum corrumpebatur & subvertebatur. Nihilosecius divino sapiens, fortis, solidus & substantialis, adeò ut Pseudo theologos & falsos spirituales sive religiosos, in Pseudosophia & Sophistica eorum Theologia capere & confundere posset, dum omnes illorum disputationes & controversias annihilabat, spiritum autem & cor circa differentiam Religionum sufficienter pacificabat, etiam substantiam christianismi veri, clarissimè facillimè & captui atque praxi omnium licèt simplicissimorum accommodatô modô commonstrabat. Principalis ejus thesis est, ut peccata voluntaria vitentur, quod fieri potest, juxta mensuram gratiæ, quam Deus ideò unicuique sufficienter subministrat, ut operationi divinæ locorum dando, cum precemur, ut per Spiritum Sanctum fidem in corda nostra effundat, quæ per amorem omne bonum omnesq; virtutes operatur: Sic certè verus animarum simplicium theologus est. Præter hanc verò fortissimam & sapientissimam, infantilem simplicitatem, etiam modus, quô hoc ipsi lumen infusum

to, omissa ejus sortis esse cum locis illis, quos in Harphio extinxerunt, id quod tertius versus Hymni de *vivâ amoris flammâ* subindicabit & affirmabit. Qui itaque Authorem hunc incorruptè legere appetunt, primam ejus editionem sibi comparanto, hocque eò magis, quia illic non tantum *tres discursus* sed etiam *duo libri* explanationum, cùm Mysticæ Theologiæ tùm etiam phrasium & expressionum ejus subnexi reperiuntur: in quibus certè hæ materiæ admodùm explicantur, multæque difficultates è medio tolluntur, tam rationibus, quàm ingenti Authorum quantitate, qui ibi eum in finem allegati sunt, ut & debilitati & malignitati eorum, qui hæc in pejorem interpretationem trahere possent, præveniretur. Interim tamen ultima editio, aliâ prærogativâ gaudet, cùm in fine ejus, extractus quidam omnium principiorum Authoris nostri subnexus sit, quæ ex omnibus ejus operibus, circa varias materias collecta sunt.

12. Ut igitur hic Author mysticam Theologiam ultimo hoc seculo magna authoritate magnoque applausu ditavit; ita permulti, qui eam tradiderunt, lumine ipsius benè usi & adjuti sunt, dum alii eum allegarunt, alii autem omisso nomine ejus, illum applicuerunt. Ecce enumerabo quosdam, quorum quidam magis, quidam verò minus ad ipsius characterem accedunt.

Pater *JOHANNES à JESU MARIA* in Theologia sua mystica, quam latinè conscripsit, vetus autem interpres operum Johannis à Cruce Lutetiis Anno 1666. gallicè edidit.

13. *THO-*

13. *THOMAS à JESU*, cujus Tractatus *de Oratione divina* impressus Antwerpiæ Anno 1623. aliquatenus Systematis mysticæ theologiæ vicem explet, cum justâ serie tres vias, purgativam nempè, illuminativam, & unitivam tractet, multâque multorum Scriptorum Authoritate munitus sit. Idem hic Author & alium tractatum latinè condidit *de contemplatione*, itidem Anno 1623. Antwerpiæ impressus, in quo materias suas optimè deducit, multisque Authoribus communit.

14. Pater *CONSTANTINUS BARBANSON*, Capucinus, veritates Authoris nostri parvulo suo sed excellentissimo tractatui, qui inscribitur: *Semita Amoris divini occulta* admodum inculcâsse mihi videtur, inprimis, quod ad rigidam purgationem attinet. Prodiit autem supradictus Libellus uno eodemque ferè tempore, gallico latino & germanico sermone, & jam nitidissimè latinis typis recusus, hoc titulo prostat: *Veræ Theologiæ mysticæ compendium*, sive *Semita occulta amoris divini* Amstelædami 1698. Et jure meritòque Systematis Theologiæ Mysticæ speciem habet. Verùm ejus *Anatomiam animæ* mihi non venit ad optutus: Summatim Author hic est expertus, penetrans, brevis & fructuosus.

15. Equidem illis, qui specialiter opera Johannis à Cruce professi sunt, Patrem *Victorem Galenium* Franciscanum Trevirensem, annumerarem: nisi in Latino suo tractatu, *Summa Theologiæ Mysticæ*, *Coloniæ* 1646. & 1652. sua argumen-

gumenta à variis ſpiritalibus Doctoribus mutuâſſet, quo publico uſui generaliſſimum & prolixiſſimum Syſtema, quod unquam circa myſticam theologiam conflatum fuit, tam in cognitione & Theoria, quàm in praxi & exercitio, ſiſteret.

16. Parvuli illi tractatuli, inſcripti: *l'Abregé de la perfection chretienne*, & *de l'Abnegation interieure*, ſive *de la ruine de l'amour propre*, qui ſeculo præterito in Italia conſcripti ſunt, & jam vario ſermone prodierunt, etiam in Belgio Anno 1690. & 1696. recuſi in prima Parte Theologiæ Cordis (*de la Theologie du Cœur*) proſtant, in ſubſtantia ipſa eadem tradunt principia, eandem docent viam, eundemque monſtrant ſcopum, ac Author noſter, absque ulla de aliis mutuatione, ſolummodo verò per communicationem unius ejusdemque Spiritus. Vix at ne vix ſimilis invenietur tractatus, qui æquâ virtute, ſerie & præcellentia tam concinnâ & perfecta brevitate gaudeat, atque mirabiles hi & formâ parvuli libelli, quorum Author fœmina creditur. Quanquam Italica horum opuſculorum præprimis primæ eorum partis editio Coloniæ 1642. Nuncio Apoſtolico Chigi (quem poſtea Alexandrum VII. Papam gratulabantur) dedicata, Gagliardi Jeſuitæ primum illorum (quod etiam latinè & belgicè legitur) contra communem tam Editoris, quam Bibliopolæ de Anno 1698. Lutetiis opinionem, aſſignetur. Poteſt uterque tractatus & præprimis ultimus, locò parvuli Epitomati ſolidæ theologiæ Myſticæ Syſte-

matis

matis haberi, in qua docetur, ùt illa optimè exerceri, & securiùs cùm ab illusionibus, tum à plasphemiis & crisi adversariorum defendi queat.

17. Tandem unici adhuc Authoris, potiùs vivi exemplaris, characteris Johannis à Cruce, mentio facienda; Hic est *Matthias Weyerus* homo privatus, qui Anno 1650. Weseliæ diem obiit supremum. Vir sanè doloris & supernè sublimiter illuminatus, id quod penetrantes ejus *literæ*, & collecti illius *discursus divini* testantur, ex quibus patet, quod omnia, quæ sunt in homine, nempe vires, acta & omnes omninò proprietates ejus, tandem judicium divinæ justitiæ subire debeant, priusquàm homo perfectè purgetur & justificetur, ne quicquam in nova creaturâ locum habeat, nihilque coram Deo & in æternitate subsistat, nisi purum nudumque Dei opus, nullaque caro gloriari queat (juxta Scripturam:) Sed ipsi soli omnis honor maneat in omne ævum. Stylus antiquus in belgicâ Anno 1579. excusa editione, in nova Amstelædamensi de Anno 1652. correctus est, quæ tamen raro obvia: Malè autem fecerunt, quod veteris Editoris annotationes (in parenthesi tamen) inseruerint, qui seductus fuerat, dum censuram quandam Authoris nostri ad aliam Personam, Literis D. I. notatam applicuerat, cum tamen Author talia ne quidem cogitaverat, censura etiam ad prædictam Personam minimè quadret. Hic Libellus sermoni Teutonico datus & Amstelædami Anno 1658. impressus, quod ei eodem ferè tempore latinis typis accidit, Titulo sequenti. *Theologiæ*

ologiæ Mysticæ praxis viva, sive *Matthiæ Weyeri effatorum Libri tres* &c. Malè autem interdum translator Latinus mentem Authoris concepit; Audio eum nuperrimè in anglicam traductum Londini prodiisse. Gallicè nondum extat.

18. Invenitur præterea essentia hujus viæ breviter & nervosè tradita in litelis virginis cujusdam, quas de Regeneratione scripsit, ego autem novæ elaborationi *Theologiæ germanicæ* annexui.

IV. *SANCTA THERESA.*

19. Quod Johannes à Crucè methodo theoreticâ, ad viam intellectus accommodatâ, & quadam ex parte scholasticâ proposuit, illud in operibus Sanctæ Theresæ methodo practica traditum est, & quidem per narrationes & productiones propriæ experientiæ, modò sanè omni ex parte affectivô, propriôque viæ cordis in Scriptis ejus, quorum character est. Ut absque ulla methodi affectatione, justô tamen ordine loquatur & scribat, de puris motibus & sensibus amoris, item de humilitate & quidem secundum vivam experientiam, quam habuit de spiritalibus & supernaturalibus rebus. Inprimis & specialiter *viæ orationis* insistit, tam activæ quam quietæ aut supernaturali & unitivæ, passivæque; & quidem juxta gradûs & infinitam, ineffabilem Dei gratiam, quâ Deus ejusmodi animas, qui his student impertitur. Humiles ejus, affectivæ & à Spiritu Dei animatæ expressiones, omnes quæ Dei desiderio flagrant, animas afficiunt, in eis divi-

num

num excitant amorem, profundamque in cordibus Lectorum, erga divinam Majeſtatem & ſacram Salvatoris noſtri humanitatem, reverentiam inſculpunt, tantamque & tam ſingularem iis imprimunt admirationem de charismatibus & operationibus præcelſisſimi in cordibus eorum, qui ſe Illi ſincerè tradunt.

20. Omnes nôrunt, magnam hanc Sanctam, Carmelitam Hiſpanicam fuiſſe, quod & Libri ejus affirmant, in quibus ipſamet magnam vitæ ſuæ partem deſcripſit: (cujus & Epiſcopus Taraſſonenſis, & Pater *Ribera* completam gallico ſermone hiſtoriam edidêre) Opera autem ejus in varias translata ſunt lingvas, ut in latinam Coloniæ 1626. in germanicam ibidem 1686. &c. Verſionum tot gallicarum, optima novisſimaque eſt, elaboratio Arnoldi *d'Andilly*, Pariſiis multoties edita, & nuperrimè Antwerpiæ Anno 1668. tribus parvis Voluminibus recuſa; cui etiam *literæ* veteres hujus Sanctæ ſubnexæ ſunt, quæ in editionibus Pariſienſibus deſiderantur; ſunt autem illæ notis Epiſcopi Oſmenſis admodum gravatæ. *Veteres* dico has literas, reſpectu duorum voluminum, recentisſimè Anno 1698. Antwerpiæ editorum, nunquam vero antea publicatorum. Inter opera ejus libellus *de Arce animæ ſublimisſimus*; Tractatulus *de via Perfectionis* notisſimus & uſui plerorumque familiarisſimus; *Vitæ ejus Hiſtoria* (quam ipſamet deſcripſit) & *Exclamationes* ſummùm affectivæ: *Literæ* autem & *Fundationes* jucundisſimæ reperientur.

21. In-

21. Inter Authores, qui eundem cum Sancta Theresa charactera habent, *Sancta Gertrudis* facilè princeps est, non quidem illa ex Brabantia, sed ea, quam Germania habuit, quæ genere Comitissa & ante Secula quinque Abbatissa in cœnobio quodam ordinis Benedicti, in Diœcesi Halberstadiensi sito, fuit; Scripsit latino sermone; Mihi videtur eos, quibus Vitæ & revelationibus ejus hunc præfigere titulum lubuit, *Insinuationes divinæ pietatis* (sæpiùs Coloniæ Lutetiis, & Salisburgi 1662. impressæ) indicare voluisse, eas cordibus divinissimam pietatem, summùmque affectivum erga Dei Majestatem amorem instillare; id quod in specie apparet in secundo harum insinuationum Libro, ubi conversionem vitamque suam ex parte describit, tali quidem methodo, quæ confessiones Sancti Augustini, si non antecellere, imitari tamen videtur. *Exercitia* ejus *amoris divini*, quæ in precibus consistunt, quas ad proprium usum in singulos totius hebdomadis dies composuit, etiam plurimùm affectivæ & cordiales sunt. Exstat versio earum in gallicum Lutetiis excusa; & Annô ante, 1687. nempè, *insinuationes* ejus hâc inscriptione: *La vie & les Revelations de Ste Gertrude*, qui titulus imitatus est translationem germanicam Coloniensem: Reliquum Translator, quanquam sit eloquens, non tamen semper Sanctæ hujus animæ mentem penetravit, quæ purissima omnium, tum temporis in terra degentium, habetur.

22. Hæc

22. Hæc Sancta Virgo, aliam ejusdem Nominis virginem ſuggerit, *quæ Confesſiones animæ amantis*, ejusdem characteris conſcripſit; Hæ ſunt admodum affectivæ & capaces ſive idonei, cordibus emolliendis, & in amore divino fervefaciendis. Dicitur *Gertrud de More*, ex proſapia celeberrimi Cancellarii hujus nominis, erat Monialis Cameraci, opera autem ejus Lutetiis multoties Anglicè prodierunt; & jam in germanicum translata mox imprimentur.

23. Sancta *CATHARINA DE SIENA* (ubi fermè circa ſeculum decimum quartum nata eſt) omninò charactere Sanctæ Thereſæ fulget: Ejus *Meditationes* in pasſionem Chriſti, quas unà cum vita ejus Confeſſor illius excudi curavit, ſex ejus *Dialogi* Anno 1583. Ingolſtadii impresſi, & inprimis agentes de chriſtianâ reſtaurationis humanæ gentis doctrinâ; de Amore Dei; de Pœnitentiæ lachrymis; de Eccleſiâ; de corrupto clerorum & miniſterialium ſtatu; de divina providentia & de obedientia. Item *Preces* illius ſupra memoratis dialogis annexæ; *Literæ* ejus ad varii ſtatûs perſonas Lutetiis 1664. excuſæ; & tandem amor, obedientia & ſubmisſio, quâ à tota chriſtiano orbe, nullis neque Papâ, Regibus, magnatibûs, parvîs, Doctîs, idiotîsve exceptis, culta fuit, (licèt ſimplex & juvenis fuerit virgo, quæ trigeſimo ætatis anno fatalia ſubiit) ſubindicant, ipſi à Deo conceſſum fuiſſe donum, corda & affectiones conterendi & commovendi, ſanctó affectivôque, quô tota & integra fervebat, amoris igne.

24. Re-

24. Reperitur quoque similis character in Opusculis *Ludovici Blosii* (qui Benedictinorum Abbas de Liesse fuit, & fermè ante Seculum floruit) quæ eundem Spiritum eructant, corda ad pietatem commovendi, cujus causâ semper nomen pii sortitus est; quotiescunque nominis ejus mentio facta fuit, sunt autem Scripta ejus non solùm pluries congesta & Antwerpiæ latinè edita, sed in varia quoque idiomata, varii illius tractatuli translati prostant.

Contemplationes amoris divini Raymundi Jordani (qui *Idiota* audiebat) manifestò eodem charactere micant, qui & iis Libellis, quibus illæ plerumque appenduntur, proprius est, sunt autem illius *soliloquia* & *Enchiridion*, quæ sub nomine *Augustini* distrahuntur; Cujus *Confessiones* cum *Confessionibus Alphonsi de Orosco* (qui Carolo V. à Confessione & concionibus fuit) eundem charactera, humilis nempè & affectivi, amoris præ se ferunt; quæ ultimæ ex Hispanico in gallicum translatæ & Antwerpiæ impressæ sunt Anno 1643.

Multos alios silentio prætereo, quorum quidam in sequentibus membris nobis ad manus erunt.

V. *S. CATHARINA DE GENUA.*

25. Illustris hæc & sancta Domina, nobilissimæ Stirpis de Fieschi, cujus Parens Pro-Rex Neapoli fuit, erat (quanquam conjugata) spiritalis-

talissima & perfectissima Amatrix Dei, omnium eorum, quos à multo tempore Sol illustraverat. Character ejus est, tantus, tamque purus, elevatus, solidus & singularis amor, ut hâc in materiâ nunquam simile exemplum, neque in Sanctorum Patrum, neq; ullius unquam Doctoris Scriptis reperiatur, ita ut sublimitate & virtute purissimo huic amori æquiparari possent, quô, cum perfectè occupata & in momento conversa esset, tota tota, cum corpore tum anima, per totum vitæ suæ tractum fervebat, ita, ut non spiraret, non ageret, non loqueretur, non scriberet, nisi de puro & incomparabili hôc amore.

26. Docent ejus Scripta, ut nobilis & purus hic amor, qui unicè Deum Deique honorem quærit, in se omnia reliqua comprehendat unà cum absoluto fine, & omnibus mediis, & viis ad summum summæ perfectionis gradum perveniendi. Commonstrat, ùt à fonte hujus amoris, cognitio & confessio corruptionis & infinitæ malitiæ nostræ, ut & nullitatis sive nihilitatis & incapacitatis nostræ, benè agendi, atque absurditatis vanæ gloriæ derivent; item, sui ipsius cognitio & omnium rerum, perfecta contritio, & abominatio à peccatis, mortificatio & sanctificatio corporis, animæ & Spiritus, Resignatio sui in justitiam Dei, perfecta patientia, vivus amor, vivaque compassio erga proximum, ut & multa alia hujus argumenti, iis qui salvari appetunt necessaria. Passim ex eodem fonte, mille elegantes & convincentes explanationes difficillimarum, & magni momenti materiarum in

Theologia effluunt, nempè incomprehenſibilitatis Dei, ejusque amoris; proprietatum Potentiæ, Sapientiæ, Bonitatis, Miſericordiæ, & Juſtitiæ ejus; ut & prævenientis ejus gratiæ, univerſalitatis, operationum & modi, quô operatur, reſiſtentiæ adverſùs eas, efficaciæ ejus; item liberæ voluntatis, potentiæ & impotentiæ hominis, cooperationis ejusdem cum Deo in opere ſalutis ſuæ, & tandem totius myſticæ theologiæ, ejusque viarum, purgationis, illuminationis, annihilationis virium, unionis, transformationis & Deificationis: Omnes verò hæ materiæ ſunt influxus & ardentes irradiationes puri divini Spiritûs amoris, qui eam adimplebat & regebat.

27. Opera magnæ hujus Sanctæ, quæ fermè antè biſeculum Genuæ vixit, ibidemque obiit, ex Italico in gallicum ſermonem transferebantur, & ante ſeculum Lutetiis, per Patres Carthuſianos *de Bourg Fontaine*, publicabantur. Quæ elaboratio, poſtmodum ibidem & Lugduni Gallorum ſæpius iterata eſt, usque dum Anno 1667. Stylus revidebatur, & Lutetiis denuò recudebatur, in quâ tamen editione, juſtò plus omiſerunt & immutarunt; quem errorem nova quadam editione, quæ in germania inferiori prodiit & hoc titulo proſtat; *la Theologie de l'Amour ou la vie & les œvres de Ste Catharine de Genes.* 1691. reparare ſtuduerunt: Vita ejus, (opera Confeſſoris ejus) in tres partes, nempè in Converſionem ejus, in Diſcurſûs ſive Colloquia, & ultimam horam diviſa prodiit. Tria ipſius *Colloquia* agunt 1mo de Lapſu animæ ejus,

jus, de ejus Converſione & reali purgatione per infuſionem amoris, 2do de paſſiva purgatione animæ & ſpiritûs, per infuſionem ejusdem amoris, & 3tio de Reſponſione Dei ad multas ab anima motas quæſtiones, circa Naturam, cauſas & operationes ſive effectûs puri hujus amoris Dei, juxta quod Principium etiam in ſpecie naturam & purgationem animæ poſt mortem explicat, & quidem ſolida & admodum affectiva methodô.

28. Etiamſi itaque ſtupenda hæc Sancta unica illa in hoc genere ſit, ſcriptaque ejus alia ſibi ſimilia non inveniant, quæ æquali gradu corda amore divino calefaciunt & incendunt: *Catharina* tamen *Senenſis*, de quô paulò antè ſermonem texuimus, ad characterem ejus præ cæteris quadrat, præ omnibus autem nobilis illæ cæcusque Britannus, *Johannes Samſonius*, Carmelita diſcalceatus, qui debitum Naturæ in urbe *Redonenſi* ſolvit, poſtquam vel ſexaginta ſpirituales & Myſticos tractatus de variis materiis conſcripſerat, quorum usque nunc (quantum mihi conſtat) non niſi duos libros in quarto typis publicari paſſi ſunt. Primus qui vitam & conſvetudines ejus continet, Lutetiis 1651. & latina ejus translatio, Lugduni Gallorum 1655. ſecundus autem unà cum primô 1654. prodiit. Ultimus hic continet contemplationes omnium myſteriorum ſalutis noſtræ, cum aliis quibusdam tractatulis, qui ut & reliqui non ſunt, niſi effluxûs ſive rivi ſcaturientis infiniti amoris, qui illic in totum dominatur, hinc & ubique & ſemper talia eructat

& ſpirat effata: *Amor meus, chariſſimus amor meus*, &c. Libros autem inſcripſit. *Speculum & Flamma Amoris: Amor aſpirativus: Conſummatio Animæ in Deum per amorem: Soliloquia; Epithalamia divini Sponſi* &c. Tractatulus ejus, de *amore aſpirativo*, non ita pridem recuſus eſt, in ſecunda parte *della theologia du cœur*; invenitur etiam in fine recentioris editionis hujus theologiæ cordis, epitome conſvetudinum ejus.

Inter Primitivæ Eccleſiæ theologos ex ſeptem genuinis *S. Ignatii* Antiocheni Epiſtolis apparet, Sanctum hunc Martyrem eodem ſpiritu plenum, eodemque charactere ſignatum fuiſſe. Quod vel Epiſtola ejus ad R..nanos (à Patre Ruinardo, una cum Martyrio ejus in fine Actorum Martyrum ſyncerorum edita) ſingulariter & in ſpecie divinaque convictione probare poteſt, non minùs ac reliquæ ſex, quæ juxta Voſſii editionem (qui aliàs literas, quæ interpolatæ audiunt parvi facit, & Authorem hujus interpolationis ægrè fert, qui tamen Sancti hujus Martyris Literas quodammodo explicare, non autem textum corrumperre ſtuduit, cum re ipſa ſubſtantiam totam, totumque characterem Spiritûs amoris retinuerit) multoties recuſæ ſunt.

VI. *S. ANGELA DE FOLIGNI.*

29. Crux Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & gratia inde ſcaturiens, i. e. Amor vitæ, virtutum, & mor-

& mortis Christi Jesu, quo anima purgatur, & postea vera cælestis ac supernaturalis Theologia infunditur; Porrò, sapida & experimentalis cognitio Dei, attributorum, sive proprietatum & Perfectionum ejus, item Operis Redemtionis & reliquorum divinorum miraculorum, sunt quasi elementum & character Angelæ nostræ proprius, in quâ tanta cordialitas, simplicitas & sinceritas prædominatur, ut facilè percipiatur; eam ab omni dolo, deceptione & fraude longè exemta & remotam esse. Doctrina & vita ejus puram & practicam Evangelii substantiam commonstrant; Et sanè in hac viâ amor privatus asylum & sustentaculum haud quaquam invenit.

30. Scripta & vita Sanctæ hujus Dominæ (quæ Foligni in Ducatu Spoletano ante quatuor secula vixit, & adhuc vivente marito convertebatur, mortuo autem eo, cænobium Ordinis tertii Sancti Francisci intrabat) à Confessore ejus, latinè edebantur: Præter editiones, Lutetiis & Coloniæ 1601. excusas, inveniuntur etiam in Actis *Bollandi* die 4. Januarii, quo die Sancta hæc obiit. Sunt quoque in varias lingvas translata, ut in gallicam, Lutetiis & in belgicam Antwerpiæ 1628. &c. Cum autem gallica exemplaria deficerent, non ita pridem Anno nempè 1696. denuò elaborata & edita sunt hoc titulo: *la Theologie de la Croix de J. Ch. ou les œuvres & la vie de la bienheureuse Angele de Foligni.* In quâ editione omnia ad meliorem ordinem redacta cernuntur.

31. Scri-

31. Scripta ejus summè patheticam continent commendationem vitæ Jesu Christi, triumque ab ipso inseparabilium Comitum, *Paupertatis*, nempè, *Contemptûs* & *Passionis:* agunt etiam de oratione, de humilitate, de spiritali amore, de donis divinis, quibus sui amantes donat, de mysterio amoris, de præsentia & inhabitatione Dei in anima, & de supernaturalibus Dei donis, cum necessariis præcautionibus contra illusiones. Vita ejus tripartita ibi exstat, prima pars sistit descriptionem conversionis, pœnitentiæ & terribilis purgationis: secunda, supernaturalia media, per quæ Deus illi suum solatium, suum lumen, cognitionem sui, proprietatum suarum, earumque rerum, quæ ad salutem & redemptionem nostram faciunt, instillavit: & tertia, ultimos ejus discursus, Testamentum, & mortem beatam, quæ institit Anno 1309. in hâc editione etiam meditationes in Passionem Christi reperiuntur.

32. Opuscula Sancti *Francisci d' Assise*, quæ in 4to latinè Antwerpiæ 1623. multis Waldingi notis, itemque formâ minori sine hisce notis, Lugduni Gallorum 1636. prodierunt; eundem eructant spiritum eundemque characterem subindicant.

33. Dominus *De BERNIERES LOUVIGNY* Consiliarius Regius & Thesaurarius Franciæ in telonio Caenensi (ubi etiam absque morbo prævio Anno 1659. in ardenti oratione inter amplexus & oscula amoris spiritum exhalavit) characterem, quatenus quidem ad affectivum facit

facit amorem, Sanctæ Theresæ habet, quod autem ad doctrinam & materias attinet, omninò charactere Sanctæ Angelæ renitet, quam summoperè admiratur, & libenter imitatur, dum juxta illius exemplum, in corde suo, nihil tanta diligentia considerat, quam crucem Christi, ejus imitationem, praxin paupertatis, contemptûs & passionis Filii Dei: Quæ omnia in omnibus paginis Sanctus hic commendat, ceu summum Perfectionis in hâc vita adipiscendæ cacumen. Divina ejus scripta plena sunt verô solidi christianismi spiritû. Ejus *internus christianus*, qui pluries quàm vicesies in Gallia excusus, etiam in belgicum ut & italicum idioma translatus est, inprimis, præter generalia, mysticas pertractat materias de præsentia Dei, & in tertio ac septimo libro, de oratione. Suscepta fuerat excusio etiam aliorum ejus tractatuum, quod institutum etiam cæptum est, dum prædicto tractatui, alius Tomus addebatur, & simul divinæ ejus consvetudines ut & præcellentes ejus literæ edebantur. Verum vita illius & quatuor restantes libri in præfatione *spiritualibus* ejus *Scriptis* præfixâ, promissi lucem nondum viderunt, nec unquam fortè videbunt, propter oppositionem, quam acquisita quædam mundiformis scientia, semper & ubique movet, contra progressum Sapientiæ à Deo inspiratæ, etiam ob contrarietatem, quæ inter hypocriticam, externam, & formularem, atque inter veram solidam, internam occultam, & realem pietatem invenitur.

34. *HENRICUS SUSO*, Sanctus Dominicanus seculi 14. similem ac Sancta Angela characterem & spiritum habet; Vetus germanicum operum ejus originale interiit: Surius autem & hunc æquè atque Taulerum latinè elaboravit, quæ elaboratio Coloniæ 1661. typis excusa est. *Colloquium* (inter Scripta ejus) *æternæ Sapientiæ cum suo discipulo*, quatuor *Sermones*, duodecim *Epistolæ*, *vitæ* ejus *Historia* (quæ est opus excellentissimum sed imperfectum, atque per unam filiarum ejus spiritalium conscriptum) *Meditationes* ejus in Passionem & Exercitia, Horæ, & *officium æternæ Sapientiæ* specialiter tractant & agunt de cruce & Passione Christi, item de Patientia, sive abnegatione & abdicatione, per quam nos ejus participes reddimur. *Colloquium Veritatis & veritatis discipuli*, adhuc alias sublimes materias mysticas pertractat, idem facit & tractatulus, *de novem petris*, (quæ transcendendæ sunt, si Principium nostrum invenire volumus) postquam antea per descriptionem corruptionis, tum temporis in omni totius christianitatis statu regnantis, digitô quasi monstratum est, quatenus omnes, cùm religiosi, tum seculares à Deo defecerint: Omnia ejus scripta, si modò dialogum Veritatis excipias, gallicè prostant Lutetiis 1614. itidem novissimè 1684. publicata quoque est ibidem nova *Dialogi æternæ sapientiæ* elaboratio, quam Episcopo Meldensi dedicârunt.

Erat Suso homo incredibilis mortificationis, summæ humilitatis, ingentis mansvetudinis, probatis-

batissimæ dulcedinis & patientiæ: Erat incomparabilis Amator sanctæ humanitatis Filii Dei, ejusque Passionis, quam sacram proprietatem à Sancta sua Matre hæreditariò accepisse videtur, quæ per meram compassionem erga passionem Filii Dei & Sanctæ Virginis, quæ eum in cruce exspirantem vidit, obiit.

Præter exercitia Tauleri, meditationes Sanctæ Catharinæ Senensis, quorum characterem Christi crucem esse, jam supra mentionem fecimus, magna vitæ, Sanctæ *Mariæ Magdalenæ de Bazzis* pars extat: item stimulus divini amoris *Bonaventuræ* impressus Lugduni Gallorum Titulo: *Meditationes in Passionem*, quarta Pars Meditationum *Ludovici de Ponte*, cujus Libellus majoris est pretii, ac omnes hujus temporis homiliæ, cum nulla ibi veritas christiana, (cujus cognitio necessaria) ad utilem & devotam meditationem non sit applicata. *Elevationes in Passionem* Patris cujusdam Oratorii, Lutetiis 1677. Belgicus ille libellus, inscriptus; *Sponsus Sangvinum*, sæpiùs Antwerpiæ excusus, & viginti fermè meditationes in passionem Domini nostri complectens, eundem Authorem habent, quem *Thalamus Sponsi.* Huic alios multos præteriens, addam alium parvulum, ignotum quidem sed perutilem & solidum libellum, qui inscribitur, *Mysterium statûs & vitæ Christi*, & Amstelædami 1658. prodiit: Author ejus erat Idiota & Operarius, sed illuminatissimus, nomine *Henricus Gerrit*, quod nomen duobus hisce literis. H. G. significatur.

VII. *BENEDICTUS CANFELD.*

35. Author hic ſcopum & intentionem habuit, acquiſitionem Perfectionis facilitandi, per commendationem evidentis, facilis, & perfecti medii, ideò ſcribebat tractatulum quendam latinè, gallicè & anglicè, quem ita inſcripſit: *Regula Perfectionis*, in quo omnia ad unicum divinæ voluntatis Principium reducit, qui libri ejus character eſt. Hoc Principium indiſputabile, ab omnibus chriſtianis, imò ab omni creatura receptum, multùm eò facit, ut omnia ad praxin applicentur, item ut ad ſaniorem imaginationem reducantur, qui ſibi aliisque perſvadere conantur, vitam ſpiritualem in neſcio quibus abſtractivis ſpeculationibus mentis omni ex parte otioſæ, omnisque operationis expertis, conſiſtere. Vult, ut ſola Dei voluntas principium & finis ſit, cui in omnibus noſtris actionibus intendamus: Hanc voluntatem tripartitur, allegando dictum Apoſtoli, ubi mentio fit, externæ & bonæ, internæ & gratæ, atque myſticæ, ſive occultæ, eſſentialis, præcelſæ & perfectæ voluntatis. In primâ libri ſui parte docet, ut voluntas Dei, qui actus noſtros reſpicit, aut per legem Dei, aut per rationem, aut per mandatum ſuperiorum, aut etiam per caſûs rerum, quæ accidunt, realiter effici, aut permitti debeat, unicè libera voluntate, ſponte & confidenter, cum lumine & promptitudine. Poſtea divina Voluntas ſe in intimo animæ fundo guſtari facit, ibique

ibique ſe manifeſtat, claro, perſpicuo ſapidoque modo, ubi admiratio, humilitas, gaudium & ſpiritûs ad Deum elevatio ſequitur: id quod in ſecunda ſua parte pertractat, quam tertia excipit; quæ de intima & ſupernaturali communicatione Dei ipſius agit, cujus communicationis medium tantùm unicum tradit Author, modos autem duos, qui ad geminum hominum genus applicari ſe patiuntur: Multas & varias horum modorum enarrat obſervationes & præcautiones, quæ ad internam vitam myſticam neceſſariæ ſunt, nihilòminùs autem paſſivæ annihilationi reſpondent, quæ circa fruitivum amorem, contemplationem & unionem verſatur; reſpondent etiam activæ annihilationi, quæ circa activum verſatur amorem, per quem neceſſariò aut ſpiritualiter, aut externè & corporaliter operari debemus.

36. Quemadmodum autem hic Author eruditus erat, ita etiam ſolidè, methodicè & ſyſtematicè ſcripſit, item illuminatè & circumſpectè, varias adhibet præcautiones, non ſolùm contra falſos myſticos, falſamque quietem, ſive otioſitatem naturæ, ſed etiam contra omnes perverſiones, quæ è verbis & phraſibus ipſi frequentibus, elici poſſent, dum eas præmunit authoritate Patrum ſanctorum, qui longè ante ipſum floruêre. Hâc de re *Sandæus* prolixè diſputat in opuſculo ſuo, quod inſignitur *Clavis* ſeu *Onomaſticum Theologiæ Myſticæ*, Coloniæ 1640. Ut & D. le Brun in gallico ſuo tractatulo inſcripto: *Eclairriſſement de la Theologie Myſtique*, impreſſo

presso *Rothomagi* 1659. & nuperrimè *Archiepiscopus Cameracensis* in *Placitis Sanctorum*, de quo libello tanta exstitit disputatio, qui, quanquam à multis judicatur & condemnatur, à pluribus tamen receptus, qui existimant, multùm abesse, ut Author materias suas justo subliminiùs extenderit, quin potiùs quædam argumenta adeò extenuârit, ut satis longè à sublimitate sensus Sanctorum & verorum Mysticorum distent.

Libellus Canfeldi non solum belgicè elaboratus, sed & in alias lingvas translatus multoties prodiit. Ultima editio gallica, Lutetiis 1666. aucta & Lugduni Galliorum Anno 1694. iterum impressa est generali *Elucidatione* circa divisionem opusculi, ut & vitæ & conversionis Authoris, qui natione nobilis Britannus, Professione Prædicator inter Franciscanos fuit, in quô ordine Parisiis Anno 1620. obiit: Postquam inextasi amoris hæc in verba erupit: *ô miraculum! ô abyssus amoris Dei absque mensura!* Parvulus Lucernæ editus est libellus 1649. qui loco epitome omnium ejus librorum haberi potest.

37. Tractatulus *de christiana sapientia*, sive *de scientia uniformitatis juxta voluntatem Dei*, quem *Dominus d' Argenson* Consiliarius Regius in carcere composuit, & Anno 1651. Lutetiis edi curavit, cum Canfeldio eadem principia habet, similique soliditate, spiritualitate, facilitate & concinnitate congestus videtur.

VIII.

VIII. *JOHANNES ENGELBRECHT.*

39. Quantà præcedens Author pollebat eruditione, tantus idiota tantâque ſimplicitate hic præditus erat, ut vix legere & ſcribere poſſet: character ejus ſingularis & infantilis eſt ſimplicitas, quæ non facilè calliditate naturæ aut artificio hominum commovebatur, multò minùs ſcientiis & prudentia eorum corrumpebatur & ſubvertebatur. Nihiloſeciùs divino ſapiens, fortis, ſolidus & ſubſtantialis, adeò ut Pſeudo theologos & falſos ſpirituales ſive religioſos, in Pſeudoſophia & Sophiſtica eorum Theologia capere & confundere poſſet, dum omnes illorum diſputationes & controverſias annihilabat, ſpiritum, autem & cor circa differentiam Religionum ſufficienter pacificabat, etiam ſubſtantiam chriſtianiſmi veri, clarisſimè facillimè & captui atque praxi omnium licèt ſimplicisſimorum accommodatô modô commonſtrabat. Principalis ejus theſis eſt, ut peccata voluntaria vitentur, quod fieri poteſt, juxta menſuram gratiæ, quam Deus ideò unicuique ſufficienter ſubminiſtrat, ut operationi divinæ locorum dando, cum precemur, ut per Spiritum Sanctum fidem in corda noſtra effundat, quæ per amorem omne bonum omnesq; virtutes operatur: Sic certè verus animarum ſimplicium theologus eſt. Præter hanc verò fortisſimam & ſapientisſimam, infantilem ſimplicitatem, etiam modus, quô hoc ipſi lumen infuſum

ſum fuit, ſpecialis & extraordinarius ejus eſt character, quæ infuſio facta eſt per ejus mortem, transportationem in cælum & infernum, unde Deus eum in terram remittebat, item per continuas viſiones & inſtitutiones (quæ ipſi per Angelos non minùs quàm per Jeſum Chriſtum fiebant) & per divinas extaſes, in quibus multa cum hujus, tum futuri ævi mira ipſi à Deo revelabantur; ita ut in hoc charactere ſolus ille obvius ſit, niſi fortè *Hermas* & reliqui ſancti, de quibus in ſequenti articulo ſermo fiet, cum ipſo aliquatenus comparari poſſent, dum, quantum ad revelationes & divinas viſiones, characteris ejus participes ſunt. Quemadmodum autem Brunſwigæ, ubi miracula morbi, mortis, reſurrectionis & legationis ejus divinæ in conſpectu & cum convictione totius civitatis Anno 1662. acciderunt: ita etiam libri ejus, quos numero ſat magno reliquit, in quibus cum Hiſtoriam jam dicti eventus, tum & divinas viſiones, ecſtaſes & plurimas epiſtolarum ſuarum conſcripſit, germanico idiomate prodierunt. Dolendum autem, quod plerique interierint, quodque ipſamet Theoſophi hujus Perſona, tantò in deſpectu habita ſit, ut vix conſtet ubi obierit. Sunt autem de eô ſuperſtites præter prædictam Hiſtoriam, relatio divinæ viſionis de tribus Hierarchiis, eccleſiaſticæ nempè, politicæ & œconomicæ, quæ in peccatis obdormierant; viſio de univerſali *diluvio peccatorum*, quod totum inundat tellurem, bonos & malos, item de *Pœnis Dei* in omnes illos; Porrò *viſio de novo cælo, nova-*

que

que terra; vix tamen germanicè reperiuntur, & conatus, quem quidam susceperunt, scripta nempè ejus omnia in vernacula imprimendi, non succesſit, etiamſi Anno 1686. prima eorum pars publicata ſit. Belgæ autem conſtantiores fuerunt, & non ſolum olim, omnia ab hac Authore edita in vernaculam ſuam transtulerunt & ediderunt, ſed etiam denuo Anno 1697. imprimi curârunt, cum tractatulis, literis & fragmentis quibusdam hujus Authoris, quæ antea nunquam prodierunt. Divina ejus de tribus Hierarchiis viſio gallicô ſermone elaborata, & Anno 1680. publicata; quæ elaboratio etiam in fine operum Antoniæ Barignoniæ annexa extat.

IX. *Virgines Sanctæ.*

HILDEGARDIS, ELISABETH, MECHTILDIS, & BRIGITTA.

29. Tres Revelationum libri, Lutetiis 1513. excuſi, Sanctæ Hildegardis, quæ Seculo duodecimo Abbatiſſa in Diæceſi Moguntina floruit, extant, ſunt autem illi ſæpius, unà cum aliis ejus Scriptis Literisque ad Papam, Imperatorem, Sanctum Bernhardum, Reges, Epiſcopos aliasque Perſonas, à quibus magnificbat & conſulebatur, datis; Coloniæ iterum impresſi.

Scripta Sanctæ *Eliſabeth* (contemporaneæ S. Hildegardis, cui etiam ab intima familiaritate & Abbatiſſa Schondenſis in diæceſi Trevirenſi fuit)

fuit) post opera Hildegardis sex Tomis prodierunt; sunt ferè planiora ac illius. Sancta *Mechtildis* genere Comitissa erat, ut & Sancta *Gertrudis*, quarum amicitia intima erat, utræque etiam in uno cænobio convixerunt, quod discitur in ultimo S. Gertrudis insinuationum libro, ubi mors Sanctæ Mechtildis amplissimè refertur, attamen sine mentione Scriptorum ejus, quæ unà cum revelationibus Sanctæ Hildegardis, quinque Tomis prodierunt.

Tandem *Brigitta Sancta*, Svedica fuit Principissa, progenie regia, vixitque Seculo decimo quarto, cujus revelationes sæpius latinè prodierunt, & nuper Anno 1680. multis cum notis Monachii reimpressæ sunt: Prostant etiam gallicè Lugduni Gallorum Anno 1652. item germanicè, Coloniæ 1664. Omnes hæ Sanctæ virgines, characterem Spiritûs Prophetici, revelationum, visionumque divinarum habent, quantum ad statum Ecclesiasticum, politicum & privatum, ejusque corruptionem, futuram pœnam & in sequentem correctionem attinet. Quanquam autem ea, quæ de Statu Ecclesiastico, imò de toto christianismo Capite 41. primi Revelationum S. Brigittæ libri, & cap. 14. tertii Sanctæ Elisabethæ, exprimuntur, admodum terribilia sint, nihilosecius hæ eorum Revelationes tum temporis ab Ecclesia approbabantur, quod Savonarolæ temporibus factum non fuisset. Cæterum maxima harum Revelationum pars, divinis & perutilibus institutionibns pro statu & captu varii hominum generis, itidem pluribus differentis animarum

post

post mortem statûs, descriptionibus intermixta est.

40. Divinus ille Libellus *Pastoris* sive *Hermæ*, qui Apostolorum ævo vixit, totus & integer eodem hoc charactere nitet. Quapropter eundem cum Revelationibus Sancti Roberti, aliarumque Religiosarum in fronte primæ editionis revelationum Sanctæ Hildegardis Elisabeth & Mechtildis, quæ Lutetiis 1513. apud Henricum Stephani prodiit, præfixus est. Hic sanè tractatulus (qui in secunda sua parte, circa duodecim præcepta, quæ ab Angelo didicisse fertur, dogmatibus abundat) in primâ & tertiâ sua parte plenus est revelationibus & divinis visionibus, tum de personis privatis, tum de statu pressæ & iterum restaurandæ Ecclesiæ. Ut autem non dubitatur, opusculum hoc, juxta testimonia sanctorum Patrum primorum seculorum, hujus Apostolici viri, verè genuinum esse; ita parvi habentur blasphemiæ & illusiones impiorum, quidquid etiam illi judicando & censendo dicant, & eum Impostorem appellent, qui præter fabellas & nugas nihil proferat. E contrario tamen ceu gravis & Apostolicus Author Lutetiis & Oxoniæ pluries & adhuc nuperrimè Anno 1695. Amstelædami semper tamen, cùm græcum exemplar exciderit, latinè prodiit: Anno 1687. etiam belgicè elaboratus, editus est: Interim nihilòsecius in volumine parvulo Lipsiensi, *Patres Apostoli* inscripto, unà cum Epistolis Sancti *Barnabæ*, quæ non minùs allegoricæ sunt, omissus est: Quod fortè eam ob causam accidit, quia

ibi ſtomachi inveniuntur, qui argumenta ejus concoquere neſciunt.

41. Illi qui recentes fæminæ cujusdam Brittannicæ, dictæ *Johanna Leade* tractatus legerunt, ita de illis judicant, ut facilè percipi queat, eos cum prædicto charactere convenire: Hoc eſt, eos plenos eſſe inſtitutionibus, ſalutari lumine & revelationibus divinis, circa propinquam reſtitutionem eccleſiæ chriſtianæ, per renovationem vitæ & Spiritûs Jeſu Chriſti, & per revelationes mirabilium regni Ejus. Et ſanè illi, qui ita ſentiunt, non parùm illuminati, nec numero pauci ſunt. Qui ipſemet hæc inquirere appetit, legat modò ejus *cæleſtem nubem*, *ſex myſticis tractatûs*, *Revelationem Revelationum*, ubi pars quædam Apocalypſeos Johannis, utpote ſeptem ſigilla, ſeptem tonitrua, glorioſum Jeſu Chriſti Regnum, tali methodo explicatur, quæ ex interno fundo provenire ſentitur, item *Diarium* ejus & alios tractatus, qui omnes Anglicè Londini & Germanicè Amſtelædami non ita pridem prodierunt. Primus & tertius horum librorum ibidem etiam belgicè, nullus autem adhuc gallicè proſtat.

X. *JACOBUS BOEMIUS.*

42. Hic Author unicus ſolusque ille eſt, cui Deus fundamentum Naturæ cum ſpiritualium, tum corporalium rerum, revelavit, ita ut centrali quâdam penetratione in Theologicas & ſupernaturales ſubſtantias, etiam Principium & originem

veræ

veræ Philoſophiæ agnoverit, tam in Metaphyſica, quam Pneumatica, ut &vera Phyſica. Vidit per internum lumen, & internam ſenſionem, ut ab inviſibili puncto uniformis ſuæ unitatis procedens, ſeſe manifeſtaverit in perfectisſimâ triade, per ineffabilem generationem lucidisſimi ſui *verbi*, & per emanationem ſancti ſubtilisſimique ſui Spiritûs, item quomodo poſt intuitionem in ſe ipſo, virtutum, pulchritudinem, deliciarum infinitarum, divinarum ſuarum formarum, earumque combinationum, & variationum infinitarum, ex virtute ſua divina, per verbum & Spiritum ſuum, ſpiritalem & corporalem eſſentiam emanare fecerit, ad imitationem idearum, quas divina ejus ſapientia formaverat. Siquidem & hæ eſſentiæ in naturali ſuo fundamine, & luminoſa atque gratuita ſua perfectione, tantas pulchredines, delicias & proprietates posſident, quæ cum originali ſuo, quod in Deo eſt, concordant; Hoc tamen diſcrimine, ut ſpiritales eſſentiæ eas posſideant & ad activitatem agant, modo omni ex parte divino & libero; Eſſentiæ autem corporales modo humiliori & circumſcripto, viva tamen ſenſione, vivoque inſtinctu.

Poſtquam itaque omnes formas Naturæ cùm ſpirtalis, tum corporalis ad ſeptem, Principia vero eorum ad tria redegit, quorum duo priora circa ſpiritualia verſantur, tertium autem, quod quaſi materialis utriusque prioris imago eſt, circa mundum externum, expoſuit Creationem Angelorum, eorumque locum, lapſum Luciferi,

Creationem Mundi hujus, qui longè crasſior eſt, angelicô orbe, & ex caliginoſo chaos extractus, id quod Diaboli induxerunt, dum domicilium ſuum corruperant; præclaram hominis creationem, lapſum ejus, ejusdemque reſtaurationem per Jeſum Chriſtum, & infinita alia Myſteria.

43. Profundus atque Myſterioſus hic Author, quando de fundamento Naturæ, item de proprietatibus & divinarum & naturalium rerum loquitur, à nullô quopiam realiter & vivaciter intelligi poteſt, quantâ quoque ſapientiâ, quantôve ſpiritu polleat: Niſi Deus divinô talique (qui hodienum ſupernaturalis dicitur) modô facultates noſtras excitet & attingat, quæ cum facultatibus ejus analogiam habent; item noſtros ſenſus, tam divinos, qui Deo reſpondent, quàm naturales, qui actibus & operationibus illius reſpondent, & in nobis per ſtatum mortis & corruptionis, in quem Lapſus Adæ nos locavit, inſoporati ſunt. Absque hâc excitatione, diſputari quidem poterit de materiis in hoc Authore contentis, ſed non erunt, niſi quædam imagines vitæ expertes, vel potiùs deficientes imperfectæ & ab originali longè recedentes ideæ, ſive imaginationes, quas ejusmodi homo ea ferè ratione ſibi imprimit, ac Cæcus quidam, qui ſæpius de lumine & coloribus alios loqui audiit, quos loquendo ea, quæ audiit imitatur, & tamen propriè neſcit, quid verba, quæ profert, ſibi velint.

44. Nihilòſeciùs tamen certum eſt, hominem juxta proportionem bonæ diſpoſitionis

cordis

cordis & intellectûs, quam posſidet, magis aut minùs, veruntamen craſſo imperfectoque modo, multas elegantes veritates introſpicere, & ex iisdem pulcherrimas concluſiones & illuminationes elicere poſſe, tàm circa theoretica, quàm practica dogmata. Hoc non eam ob cauſam, quia mundo tam clarus eſt, ſed quia hic & illic intermiſcet corruptum hodierni chriſtianiſmi ſtatum, corruptionem hominis, ejusdem converſionem, abnegationem & reſignationem animæ in Deum, Principia vitæ chriſtianæ, officium hominis, Praxin virtutum & omnia ea, quæ neceſſaria ſcitu & eſſentialia ſunt, ad exercendum. Hæc tam dilucidè in ſcriptis ſuis explicuit, ut hominum nullus bonæ voluntatis ea non capere & ſine labore ſentire & guſtare potuerit, qui modo operam adhibuerit, tractatûs illius perlegendi, qui potisſimum veritates continent, utpote, *Viam ad Chriſtum*, *Epiſtolas*, atque ultimam & maximam Partem *Myſterii Magni*.

45. Naturalis autem & ſuperba hominis ad curioſitatem inclinatio, non eum in fundamentalibus ſive ſolidis materiis invenit guſtum, quem in ſublimibus Speculationibus Principiorum & formarum naturæ, variarum ejus combinationum, naturalium operationum indè orientium, &c. quibus plerumque illi, qui Authorem hunc magni penſant, inhærent, omisſis illis, quæ ab ipſomet Authore ceu merè eſſentialia & clavis omnium reliquorum commendantur, pœnitentiam quippe, puram pasſivam ſui in Deum reſignationem, item traditionem ſui in voluntatem

divinam, quæ traditio, quæve resignatio Centrum & profundissimum Principium omnium rerum, imò unicum illud est, quod infinitam habet profunditatem. Omnem enim magnitudinem, omne Lumen, omnes divinas & Angelicas delicias capere & penetrare, horum omnium ut & totius naturæ usque ad extremum angulum cognitio, item possessio profundissimorum Principiorum, in eaque inhæsio, non est nisi fundamentum naturale, circumscriptum per *MEUM*, & per propriam voluntatem, quod etiam ad diabolicum & infernale fundamentum degenerare potest. Sed nec creatum, nec finitum fundamentum, nec ullum obvium est periculum, in denudatione & resignatione omnis creati in voluntatem Dei, ubi ipsi Libertas linquitur, nobis pro lubitu suo extraordinarium suum lumen dandi aut degenerandi, in proprietate potiùs non optare ac spernere, quam desiderare & appetere deberemus, ex metu, ne amor privatus, curiositas, vanitas, propria complacentia, superbia & spiritalis imaginatio subrepat, & ad nostram perniciem radices figat: Quam præcautionem Author noster magna cura annotavit & tradidit, & juxta quam ipsemet sese disposuit.

46. Erat autem ille natione Teuto ex Lusatia, circa Annum 1565. Religione Lutheranus (ut & Engelbertus) genere rusticus, professione sutor: Quamquam post tertiam ipsi à Deo factam illuminationem, & ad eam conscribendam excitationem, magis pennâ quam opificiô suô usus

usus sit, ita ut triginta nobis tractatus reliquerit, tam magnos, quam parvos, exceptis literis ejus; Omnes, præter unum, qui interiit, germanico idiomate, variis in locis, & vario tempore prodierunt, nonnulli vivo adhuc Authore. Maximâ autem Scriptorum ejus pars, eo defuncto (obibat autem Anno 1624.) edita est. Eruditus ille Eques *de Franckenberg*, retulit ea & vitam ejus, quæ in fronte ultimæ operum horum editionis, Anno 1682. Amstelædami procuratæ, conspicitur: Tertia horum pars geminata, belgicè elaborata, quæ opera quodve institutum adhuc continuatur. Multis abhinc annis Angli eadem Britannicè sumtibus Regis Caroli II. (quod multi positivè affirmant, Henricus Morus etiam magni pensat) ediderunt: Franckenberg, qui sub nomine *Fr. de Monte* 1647. Amstelædami extractum, sive epitomen Theologiæ Mysticæ Hugonis de Palma edidit, (quæ etiam germanicè invenitur) idem faciebat Anno 1650. tractatulo parvulo Authoris nostri, latino idiomate, cujus titulus *Metapsychica de cælesti & terrestri mysterio*. Et Jure Consultus quidam nomine *Werdenhagen* tantundem fecerat, *quæstionibus 40. animæ*, quæ Tomis duobus Amstelædami Anno 1632. sub Titulo, *Psychologia vera* J. B. T. prodiit, uterque satis obscurè & sine necessariis explicationibus, non minùs ac Libellus inscriptus, *Theologiæ Christianæ, juxta Principia Jacobi Boëmii idea brevior*, de Anno 1687. quæ inchoantibus & Cosmosophis, locò introductorii in Principia hujus Authoris esse potest. Illi qui

tractatum scripsit, *Exercitationem Theoreticarum, Copernico-Cælestium Mathematico-Physico-Theologica* qui Hamburgi 1689. prodiit, atque idem est, qui Anno 1691. Francofurti sub nomine *Johannis Matthiæ*, ceu Apologia germanica, pro Authore contra M. Holtzhausen Prædicatorem Lutheranum editus est, successit institutum in tertia Exercitationis suæ parte. Quod ad elaborationem horum operum gallicam attinet, falsa hujus Lingvæ mollities eam haud ferre potest; quia Translator se, lege quasi adstringere deberet, nihil effari, quod vel negligentissimis Lectoribus parùm obscurum videri posset, ne labor ejus galimatiæ nomen sortiretur, quô sine dubio sortietur translatio obscurissimi ejus Operis, *Signaturæ* nempè *Rerum*, quæ Francofurti, gallicè hoc Titulo prodiit, *Miroir temporel de l'eternité*: Hæc autem versio minimi sane est momenti.

47. Dona hujus Authoris tam singularia sunt, ut alibi frustrà originales hujus characteris Authores quærerentur; originales inquam, id est, tales, qui veritates ejusmodi ex fonte ipso, ipsaque experientia in se ipsis hausêre. Alios enim, qui secundum Principia ejus scripserunt, & ex iis conclusiones elicuerunt, atque ad multifaria subjecta applicuerunt, reperire licet, inter quos excellunt *Frankenberg*, *Keym*, Author *Oculi* æternitatis (qui priori, injuste tamen ascribitur) Author *viæ ad vitam æternam*, qui se sub nomine Desiderii Philadelphi occuluit, aliique ejus discipuli, qui omnes germanicè scripserunt: Interim

rim tamen Antiquorum quidam dictus *Pæmander*, aliàs etiam nescio quo jure *Mercurius Trismegistus* appellatus, characteri nostri Authoris respondet, & ab aliquo Boemii discipulo nuperrimè Belgicè elaboratus est, juxta græcam & latinam editionem Patritii, quæ Ficinianam antecellit, etiam melior est ea, quam Dux de Candele ad suam elaborationem gallicam, quæ cum notis elegantissimis Burdegalæ Anno 1579. prodiit. *Paracelsus*, *Weigelius*, *Sperber*, *Sclei*, *Franc. Georgius Venetus*, *ab Helmont* Pater & Filius, Scotus Erigena & alii Scriptores Cabalistici, interdum characteri ejus, quibusdam in rebus respondent, eôdem fermè modo, quô Author *Harmoniæ hujus Mundi* (quæ lutetiis 1675. prodiit) quam curiosi perlegere possunt, si modum philosophandi videre appetunt, qui magis Philosophiæ nostri Authoris, quam Aristotelicæ aut Carthesianæ respondet. Addi potest *Postellus*, cujus *Clavem absconditorum* Franckenbergius 1646. Amstelædami edidit, cujus in finem Catalogus rarissimorum haud vulgaris hujus Authoris librorum, subnexus est.

48. Cæterùm nihil magis ridiculum est, quam assertio quorundam, Jacobum Boemium cognitionem suam ex *Paracelso* didicisse, dum quidem in Phrasibus & terminis ei se accommodare potuit, quò sensum suum eò clariùs exprimeret; Sed re ipsa in Paracelso nihil neque de tribus principiis, neque de septem formis naturæ Spiritalis & Corporalis invenitur, quod tamen Principium unico Boemio proprium est, quem

nemo diſcretus leget, qui non primo intuitu comperiet, eum ſua principia à nullo mutuaviſſe, ſed ex ipſo fonte hauſiſſe.

49. Parùm abeſt, quin oblitus eſſem mentionem facere alius Authoris ejusdem characteris, qui quanquam ex lectione Authoris noſtri magnum attraxerit emolumentum, ex unô tamen cum eô hauſit fonte, in quem profundiùs quoque, quam Boëmius introductus fuit. Fuit autem ille Anglus natione, profesſione Medicinæ Doctor, nomine *Johannes Pordage*, & non ita pridem Londini obiit; Scripta ejus, quæ Amſtelædami 1698. & 1699. prodierunt, ſunt Libri duo, ex Anglico in germanicum ſermonem translati, quorum alter inſcriptus eſt, *Theologia Myſtica* alter autem *Sophia*: Primo, cujus pars Principalis etiam Anglicè publicata extat, præcedit præfatio *Jane Leade*, quæ Authori huic dum viveret intimâ familiaritate juncta erat: Quadrat verò ille optimè ad præſens objectum: Novas in Deo detegit Manifeſtationes, novum mundum Spirituum, principia, angelico & naturali orbe priora, & Jacobo Boëmio prorſus ignota, cujus tamen ſcripta pasſim ponderoſè explicat, cum tamen non admodum in materias ejus deſcendat, ſinit enim ſua ibi argumenta, (ad minimùm in tractatibus iis, qui hactenus lucem vidêre) ubi Boëmius inchoat: Lecturo autem libros ejus non niſi ænigmata videbuntur.

50. Parvulus libellus *Thomæ Bromley*, Via ad *Sabbathum quietis*, ſive *inſtructio ad regenerationem* inſcriptus, qui Londini 1692. iterum im-

impressus & Amstelædami 1685. germanicè, item Anno 1682. belgicè prodiit, eundem characterem, eademque Principia fovet: Et quidem est solidissima, maximè methodica, compendiosissima & succinctissima descriptio, quæ teritur de regeneratione, & de omnibus ejus gradibus, à primâ conversione, usque ad perfectionem; Est etiam species Systematis veri & compendii mysticæ theologiæ. Ultima editio Anglica aucta est præfatione, maximùm ædificabiles continente particularitates, de vita & morte Authoris. Et in germanica editione quædam, ad subjecta ejus, addiderunt ex Scriptis Jacobi Boëmii cujus Principia vivaciter possidet.

XI. *HIEL.*

51. Hic Author Belgicus sub hoc occultus nomine, singularissimi characteris fuit, dum omnia per divinum illud ab ipsomet Christô & quidem ita, ut cælesti ipsius Patri placet, divinæque ejus naturæ conforme est, commendatum Principium tractat; Hoc autem Principium non est, nisi *Sanctus Spiritus*, sive *Vita*, *essentia & Veritas*, juxta dictum Johannis: *Deus est Spiritus & in Spiritu ac veritate*, hoc est modo essentiali ac vivo, *adorari vult*, id quod hic Author belgicè exprimit *het eenwesig Leven*, quasi *vita uni essentialis*, sive *vita in unitate & essentia*; Omnia illinc derivat, omniaque illuc reducit; & ecce hæc est via, quam calcâsse, hæque regulæ, quas observâsse videtur.

52. Vive-

52. Vivebat tempore, quo in toto christianorum cætu, omnia dividebantur, totaque religio non nisi confusio & partialetas erat. Hæc autem religio, circa quam controversia erat, in nudis ceremoniis & externo cultu christianismi, item in opinionibus & speculationibus mentis consistebat, quarum non parvâ copiâ Author ipse occupatus erat, existimans multum se in christianismo profecisse, dum illi se addiderat parti & Sectæ, quæ præ reliquis optima ipsi videbatur, cujus cum ceremoniis tùm Sacramentis usus fuit, eò quod ejus judicio integerrima & purissima apparebant; præterea, ut opinabatur, in animo suo verissimas & saluberrimas speculationes, speculationibus reliquarum Sectarum longè præstantiores susceperat; Cùm autem Dei Bonitas ipsi patefaceret, quod omnibus hisce non obstantibus, nihilosecius in statu corrupto esset, curæ hæc ponderosa ipsi fuit veritas. Quo fiebat, ut divino lumine secundante, penitiùs introspiceret, cùm illusionem, in quâ status ejus præsens versabatur, tum solidas falsisque ejus suppositionibus oppositas veritates. Hoc lumen illum capere fecit, quod ad essentiam veri christianismi, veracis cultus divini & statûs salutis facerent, non *divisiones*, *sive partialitates* sed *unitas*: Non figuræ, umbræ, ceremoniæ & res externæ, sed *essentia*, non speculationes, vana theoria & opiniones, sed *vita*; quæ quidem propriè tres illæ partes in dicto *eenwesig Leben* sive *uni essentialis vita*, comprehensæ sunt, nempè 1mo *Vita* sive spiritualitas viva & actualis, 2do *Essen-*

Essentialis & ſolida, & 3tio unita in *unum* cum Deo & ejus liberis: Quod propriisſimè illud eſt, quod Jeſus Chriſtus Patrem ſuum orabat, circa conſummationem univerſi. Joh. XVII. v. 21. 23.

53. Ad faciliorem intellectionem ſpiritualis & ſublimis hujus Authoris, neceſſaria eſt, ſuppoſitio & conſideratio theſium & principiorum ſequentium.

I. Spiritales internæque res ſunt fons, realitas & robur omnium rerum: cùm ſanè omnes & inprimis corporales materiæ, *nudum nihil* fuerint, & juxta Sacram Scripturam, Hebr. XI, 3. adeſſe non venerint, niſi per virtutem ſpiritalium & inviſibilium, quarum quaſi excrementa, ſive excreſcentiæ & ſtolones ſunt.

II. Quæ diſpoſitio internarum erit, eâdem etiam diſpoſitione materiæ externæ gaudebunt, cum hæ ex illis oriantur, qualis enim cauſa eſt, talis etiam eſt effectus cauſæ.

III. Si itaque anima res fuerit ſpiritalis, interna autem ejus operatio benè diſpoſita, non poterit eſſe, quin externa & corporalia ejus bona diſpoſitione reperiantur.

IV. Quapropter, ſi omnes animæ, cum omnibus ſuis actionibus benè diſpoſitæ forent, etiam omnes externæ, corporales & materiales res in genere benè diſpoſitæ forent. Quô factô totum hôc univerſum, glorioſè & univerſaliter reſtauraretur, id quod, uti dictum eſt, de interno (ſtatu) unius cujusque Spiritûs provenit. Atque ita omnia ad ſuum redeunt fontem,

ſecun-

ſecundùm bonum omnis animæ ſtatum, à quô omnia dependent.

V. Jam itaque manifeſtum eſt, non dari medium magis propinquum, nec meliorem animæ diſpoſitionem, quàm vivos, eſſentiales & ſolidos actûs in unitate cum Deo ejusque liberis, quod propriè eadem ab Authore ſic dicta *vita unieſſentialis* eſt, quæ etiam vera vita in unitate & divina ſimplicitate dici poteſt.

55. Ceremoniæ autem, umbra, figuræ, cultus externus, non ſunt *realitas*; Partialitas, Sectæ, Diviſiones, Diſſenſiones, controverſiæ non ſunt *unitas*; Et opiniones, perſvaſiones, theoria, ſpeculationes, ideæ, diſcurſus, non ſunt *vita & Spiritus*: Quoniam ergò non ſunt *unieſſentialis vita*, ſive *vera vita in unitate & divina ſimplicitate*, etiam non ſunt proxima & viva media, quæ vel hominem in ſpecie, vel mundum univerſum in genere ad priſtinum reducere ſtatum poſſint.

1. Quæ, ſi ceu proxima & viva media habebuntur, non erunt, niſi hypocriſis, phariſaismus, propria juſtitia, ſanctitas imaginata & carnalis, prout Author multis in locis exprimit, etiam eam ob cauſam chriſtianos hujus ævi reprehendit.

2. Qui iis, ceu ſcopo, & fini obtinendo ſeſe implicat, idolum ex iis facit. h. e. fit idololatra coràm Deô, juxta effatum hujus Authoris, qui commonſtrat, chriſtianiſmum præſentem totum hâc idololatriâ conſpurcatum eſſe, quod tamen parvi penditur.

3. Sco-

3. Scopus autem, verusque eorum usus est, ut iis utamur, ceu crassis, elementaribusque mediis, hoc fine, ut *in essentiali vita in unitate divina* proficiamus; Et hoc respectu debilibus valdè prosunt, minùs à firmioribus adhiberi possunt & debent, tàm ne infirmis scandalum præbeant, sed potiùs eos erigant ad agenda talia, quæ iis tamdiu prosunt, quamdiu iis utuntur; quam ut seipsos excitent, aut in Deo recolligant, eo tempore, quo Spiritus, sive animus in eis disturbatur, deflectit, confunditur, & tepescit: id quod certè sæpiùs & iis, qui jam valdè profecerunt, accidit.

26. VII. Hinc sequitur, quia Scriptura à Deo data est, ut sit medium externum, homines ad salutem eorum & internum Dei cultum instigandi, sive eos ad *essentialem vitam, in unitate & divina simplicitate*, aut *spiritalem statum vivaciter & solidè cum Deo unitum*, perducendi: optimus ejus usus esse potest, ut omnes, quos continet, nobisque proponit res, consideremus ceu tabulas & exemplaria eornm, quæ in nobismet ipsis accidunt, aut accidere debent, in animabus, viribus & actibus nostris, atque ita tota Scriptura realiter in nobis est, seque in unaquavis anima in specie diffundere debet.

Juxta hoc Principium Author noster tota explicuit Biblia à Genesi usque ad Johannis Apocalypsin: En est sanè Allegoristarum omnium, qui hactenus scripta ediderunt, intimus, fructuosissimus, & sublimissimus. Vult ut Scriptura legatur, non ut nuda Historia, quæ olim extra nos

nos gesta sit, sed ut inspiciatur, ceu tabula quæ nobis diversimodè depingit malum, per peccatum in nos introductum, & adhuc quotidie subrepens; item ut Deus per internam boni sui Spiritus operationem, illud enecare cordibus nostris exterminare, ejusque loco Principium quoddam, vitam & divinos salutaresque fructus restituere velit, quæ in simili cum ipso unitate consistere possunt.

57. Floruit hic Author ante annos circiter centum quinquaginta: Erat idiota, absque literis, nec aliam quam vernaculam, belgicam nempè callebat Lingvam. De quo non est, quod dubitetur, etiamsi nomina propria cum Hebræa, tùm Græca, in allegoricis ejus explanationibus Scripturæ, tam accuratè juxta eorum etymologiam exposita inveniuntur: Hujus namque causa est, familiaritas, quæ inter eum & *Ariam Montanum* colebatur, qui ea ipsi explicabat, ipsummet autem tanti æstimabat, ut publicè testaretur: *Esse eum testem vivæ christianæ veritatis, cui nomen ipsa Christi virtus & veritas HIEL indidit.* Significat aut HIEL latinè *Vita Dei*: Erat etiam *Plantini* intimus, qui omnes ejus libros Belgico & Teutonico idiomate imprimi curabat, & quidem magna diligentia & elegantia, attamen sine nomine præfixo, sine dubio propter metum Judæorum, ne sibi molestiam conciliaret. Belgicum originale Gallicæ elaborationi multùm præferendum, quæ vetus & erroribus plena est, utraque tamen editio rarò obvia. Prodierunt altera vice Amstelædami 1692. Explicatio-

cationes ejus in Biblicas figuras Belgice, & paulò ante, omnia ejus opera in germanicum translata publicabantur, quæ septem voluminibus impingi possunt, Horum *occultus* ejus *Thesaurus* optimum *puncta fundamentalia* accuratissimum & essentialissimum, *Epistolæ* ejus tripartitæ & *discursus* aliquot planissimum & familiarissimum, & *explicatio* in figuras biblicas atque Apocalypsin, ut & *prima & octava Thesauri occulti pars* maximè allegoricum opus sunt.

58. Theologi allegorici & Symbolici, quatenus explicationes eorum ad interna tendunt, hoc in passu accuratè characteri Authoris nostri respondent: item *ORIGENES* multis in locis: Augustinus Libro ultimo confessionum suarum; *ARNOBIUS* junior (Author Seculi V.) in maximâ parte suorum Commentariorum in Psalmos, quæ Basileæ 1560. prodierunt. *Hesychius* septimi (aut juxta alios) quinti seculi, cujus septem Libri in Leviticum, Basileæ 1527. prodierunt: Inprimis autem pars *Mysterii Magni* Boëmii; reliquos taceo, quorum tamen numerus non admodum magnus reperitur: Plurimi enim eorum, quos *Sandæus* in Theologia sua Symbolica Lib. 6. Comm. 5. recenset, neutiquam explicatoribus sensuum internorum annumerandi.

Doctor *Pordage* autem, cujus tractatus *Sophia* inscriptus 1699. Amstelædami germanicè prodiit, singularissimo modo hoc charactere refulget, itidem fœmina Anglicana *Jane Leade* in pluribus tractatuum suorum, supra recensitorum.

XII. *BELGA ANONYMUS.*

59. Quod ad hunc Anonymum attinet, (qui David Joris esse creditur) tu, Domine, tàm de charactere, quàm contentis ejus melius judicare poteris, cum non solum difficulter antiquum Librorum ejus stylum intelligam, sed & paucissimos eorum legerim. Quare optarem, ut illi potiùs consulerentur, qui totum eum legêre, quàm ut meo judicio inhæreretur. Si itaque eorum, quos judicandi illum capaces censeo, arbitrium scire desideras, historicè illud enarrabo.

Excedit seculum unum, cum vir quidam eruditus, qui perfectam & Personæ & scriptorum hujus Authoris notitiam habere videbatur, epitomen de verâ doctrinæ illius essentiâ ederet, quæ hisce consistit terminis.

1. Ut homines ad veram Dei agnitionem, verumque ejus cultum, à quo defecerant, reduceret, dum aliorum religio consistebat in bonis moribus, nudisque humanis officiis, cum civilibus, tum pharisaicis. Aliorum verò in usu & applicatione quarundam externarum ceremoniarum, quibus speculationes, persvasiones & ideales applicationes addebantur; cum tamen vera religio in eo consistat, ut homo Deo cor, sensus, cogitationes, appetitûs totamque suam vitam tradat, habendo illum pro principio & fine omnium eorum, quæ facit & facere vult.

2. Quò verò rediret homo, necessè sit, ut agnoscat horribilem profunditatem & abyssum corruptionis generalis, in quam tùm per originalia,

nalia, cùm per actualia sua peccata immersus, eam confiteri, sentire; gemiscere & coram Deo deplorare debeat, firmiter & constanter quærendo realem sui liberationem in Jesu Christo, cujus gratia & Spiritus in eum venire, & ibidem omne malum extirpare & neci dare, etiam in eo novam in fide, sanctitate, justitia & charitate vitam resuscitare debet, ita ut Spiritus & cor cælestibus sic occupetur, ut quod residuum est, in omnibus conatibus & cogitatis, imò in omnibus verbis & actibus, semper ingenti timore, veneratione & gratiarum actione summam Dei Majestatem ante oculos habeat. Quo facto in terribili illo judicii Dei die stare poterit, coram Deo, quem in terris celebrandum, appropinquat, quo malum eradicet & bonum stabiliet.

3. Hæc sunt essentia eorum, quæ commendat, loco opinionum particularium, quæ ad salutem non faciunt, ut sunt de Natura Angelorum, Dæmorum, inferni, cæli similiumque, in quibus nulli de suis præscribit, sed unicuique permittit tantum de his credere, quantum pro modio luminis sui in Sacra Scriptura detegere quiverit. Equidem & ipsi primæ Ecclesiæ Patres maxima ex parte diversas easque interdum erroneas foverunt opiniones, circa subjecta similia; cum tamen eam ob causam non minus tolerati neque viliori æstimatione culti sint. Circa congregationes, collègia & sacras ceremonias prodest, si quis iis tum sui progressûs, tum infirmorum ergò utitur.

Idem hic subnectit, nunquam se Authorem vidisse, qui majori virtute, majorique energia scripserit, etiamsi magno labore omnes legerit authores, qui ab Ecclesia christiana magni æstimantur.

60. Jure Consultus *Werdenhagenius*, in præfatione ad introductionem latinam in Libros Bodini de Republica, & *Christian Hohenburgius* Prædicator Protestantium Teuto (qui præter alios multos libros, etiam *mysticam theologiam & Christum ignotum* scripsit, in quorum præloquio hujus Authoris mentionem facit) loquuntur de illo, ceu Persona à Deo valdè illuminata. Pius & eruditus *Castalio* consulebat eum, circa quædam loca Bibliorum, quæ latinè elaborabat, quorum præfationem hujus judicio publicabat.

Idem judicium à multis, qui omnia ejus scripta legerunt, audivi, & sanè omnes illi sapientes, pii, prudentes & eruditione præstantes erant viri; Novi etiam quosdam, qui ea legere non poterant, quin internè compungerentur, ita ut medullam & ossa penetrarent, eosque totos & integros magna perfunderent admiratione. Alii characterem hujus Authoris ita mihi explicuêre: Hic vir divinus magnam adhibuit curam, animabus magnum veri christianismi Mysterium inculcandi, id est, per experientiam in divino lumine notificandi, abyssum nostræ corruptionis & miseriæ, & quomodo illa deploranda atque cordiali desiderio boni, & vera à malo aversione detestanda, atque credendum sit, hominem neque ab hoc liberari, neque illud acquirere

posse,

posse, nisi per gratiam Jesu Christi. Eadem hæc Persona asserebat, Authorem nostrum omnium optimè Sacram intellexisse Scripturam. Ad me quod attinet, affirmare possum, me in scriptis ejus, quæ legi, non nisi bonum, & prædictis accuratè respondens invenisse. Cui autem propria experientia de contentis hujus Authoris certum fieri libuerit, vel *literas* ejus vel quatuor parvula *manualia* vel etiam Epitomen à Domino *Arnoldi* Professore olim Giessensium in sua nuper edita Historia ecclesiastica productam evolvere poterit.

61. *HERMANNUS HERBERTS* Minister Protestantium Reformatorum ter-Goudiæ ante seculum unum, admodum propinquus est characteri hujus Authoris, in præclaro tractatu belgico, quem 1584. edidit hac inscriptione: *Brevis explicatio verborum Pauli ad Romanos* cap. 2. pag. 28. *Non ille est Judæus, qui foras Judæus est &c.* Est autem ille liber specimen solidissimi & utilissimi Systematis Theologiæ positivæ (uti Voëtio placet in Bibliotheca sua *Studiosi Theol.*) cujus simile vix reperitur, cujus causa Anno 1591. elegantissima ejus apologia prodiit. Multum ex lectione Scriptorum Anonymi nostri profecit, & (ut dicitur) ad plurium illorum impressionem contribuit.

62. Inter Antiquos *Ephram Syrus* Diaconus Edessæ circa seculum quartum hoc charactere nitet; Erat vir toti Ecclesiæ venerabilis & admirabilis, ita ut Sanctus Chrysostomus de eo exclamaret: "Ubi jam Magnus ille Ephræm? Exci-

" tans dormientium Stimulus, afflictorum Para-
" cletus, juvenum Magister, Instructor & Ex-
" hortator, Speculum Solitariorum, caput pœni-
" tentium, gladius & telum adversus hæreses,
" Receptaculum virtutum, Habitaculum Sancti
" Spiritus. Hic æquè ac noster Author indoctus fuit, Spiritus autem Sanctus, cordi ejus toties sacræ Scripturæ essentiam imò & ipsa verba instillavit & lingvam dederat, quæ eam ita explicabat, cordibusque aliorum imprimebat, ut nulla, neque scholastica, neque naturalis eloquentia illi responderet, id quod divina ejus scripta testantur, quæ sanè non sunt nisi textura cùm essentiæ, tùm terminorum sacræ Scripturæ, in cordibus legentium spiritum compunctionis provocans, eosque à malô, quàm efficacissimè avertens, & ad bonum vivacissimè excitans, id autem variis motivis, cum timoris, tum spei & amoris. Tanti autem illa æstimabantur, ut & publicè in Ecclesia orientali legerentur; latina ejus versio multoties prodiit, & nuperrimè adhuc Coloniæ 1675. *Testamentum* ejus olim unà cum aliis quibusdam opusculis gallicè elaboraverant; jam verò nova translatio Patris *Lallemand*, Cancellarii Academiæ Parisiensis, in Libro ejus *de Morte Justorum* 1673. impresso extat. Itidem in vitis Patrum, juxta elaborationem Domini *d' Andilly* pars quædam de hoc *Ephramo* invenitur, nempè Vita Sancti Abrahamii & Neptis ejus pœnitentis.

63. Alius Pater ejusdem characteris & spiritus, est sanctus & divinus *MACARIUS MAGNUS*

GNUS

GNUS ex Ægypto, contemporaneus Ephræmi, Anachoreta & Discipulus sancti Antonii, illiteratus quidem, sed miraculis, virtutibus & verbis potens; Homiliæ ejus quinquaginta, quæ extant, meo quidem judicio divinissimum & excellentissimum totius Antiquitatis opus sunt: Est sanè opus Sancti Spiritus, cujus lectione non facilè fatigabitur Lector: (id quod etiam de reliquis ejus opusculis sentiendum.) Qui attentus fuerit, inveniet, Sanctum Spiritum ibi magnitudinem corruptionis hominis, ejusque sub peccato & Diabolo miseriam atque carcerem detegere & media per Christum ad libertatem perveniendi, ejusque spiritui reviviscendum, qui tum animas triumphantes semper gubernat, & in iis tales producit operationes, charismata talia, quæ mundus haud novit. Illi sanè qui apertis vident oculis, non sunt monendi, eos in ipsius operibus inventuros fore totam totius theologiæ Mysticæ substantiam, usque ad ipsos terminos, qui ab iis, quibus divina hæc theologia displicet, peregrina videntur, hoc eò magis, quò minùs ad eam ob excæcationem corruptæ suæ rationis, & ob confusas suas passiones, dispositi sunt.

Morellus Parisiis Anno 1599. græcam harum homiliarum publicabat editionem, ut & elaborationem latinam inspecie, quæ græco-latinæ editioni Francofurtanæ de Anno 1594. è diametro adversatur. *Petro Possino* publicata ejus opuscula in acceptis referenda, qui quippè Tolosæ ea ante annos aliquot edidit in *Thesauro suo ascetico*; Sunt etiam Lutetiis Anno 1623. impressa,

[illegible]

[illegible] ET [illegible]

[illegible] illud Ebio [illegible] qui illud de- [illegible] illud ergo [illegible] principe- [illegible] & fre- [illegible]

nem Patris in memoria, dum ſemper Deus cogitatur, per operationem Filii in intellectu, qui vivo & ſalutari lumine veritatis illuminatur; & per operationem Spiritûs in voluntate, quæ ſanctè ad amorem Dei incitatur, omnia in virtute & vi meriti afflictæ animæ, mortificati corporis & mortis Jeſu Chriſti; Quò Deus in nobis, ſi illum in via amoris, temperantiæ, paſſionis, abſtinentiæ & patientiæ ſeqvuti fuerimus, æternum gaudium, æternamque pacem, voluptatem & dulcedinem habeat. Hæc principia, ſancta hæc Virgo ubique vivaciter & magna cordialitate inculcat. Inveniuntur in hoc libello plures elegantes veritates & plurima principia, circa fundamentum & vires animæ, itemque circa præſentiam & operationem Dei &c. quæ raró alibi inveniuntur, multumque conferunt, explorationi certarum & momentoſarum vitæ internæ & myſticæ theologiæ difficultatum.

65. Sæpius hic liber gallicè, latinè, germanicè, & belgicè prodiit. Editio gallica Patrum de Bourg-Fontaine ſeculum totum excedit: Elaborabant eam ex verſione latina Colonienſi de Anno 1545. quæ autem non eſt originalis, ſed verſio duntaxat Eſchii, qui ordinem mutavit, & ex tripartita quadripartitam fecit. Maxima autem mutatio hæc eſt, quod propter metum, ne docta caterva, ſi fortè hic liber ſuo Authori, id eſt virgini reſtitueretur, ſcandalizaretur, primam præfationem omitterent, & fæminina in maſculina mutarent, quod primus belgicus interpres (qui Eſchius creditur;) agnoſcit, dum in

finè opuſculi fatetur, ſe miniſteriô hujus virginis, quam *ſponſam*, *ancillam & amicam Dei*, appellat, ad Deum converſum eſſe, quorum loco maſculina ſubſtituit, nempè *ſervum*, *amicum* &c. Ac ſi inhoneſtum eſſet, naſutulis illis, omnia contemnentibus coſmoſophis proponere, veritatem à fœminâ traditam eſſe, cum tamen introitus Spiritui Sancto magis in hôc, quam in maſculino ſexu pateat, eò quod illarum ſpiritus à ſtrepitu humanarum ſcientiarum liberior etiam docilior & ad pietatem promptior ſit, ac animus eruditorum: Idcircò placet Deo, prudentes eorumque faſtum & imaginationem, ejusmodi mediis, propoſito ſuo aptisſimis, ſuperbis autem animabus mortiferis, pudefacere. His verò relictis, repetemus verba Eſchii, quæ in prima præfatione, veteris ſuæ verſionis belgicæ de hoc opuſculo tradit, hocque eò libentius, quò ſtudioſiùs in gallica elaboratione ſuppreſſa ſunt.

66. "Hic liber inquit, à virtuoſa virgine "conditus, à Spiritu Sancto inſpiratus, & pro"pria experientia confirmatus eſt. Ab Adole"ſcentia ſua ſe gloriæ Regi tradiderat, ejus ve"ſtigia in mortem usque conſtanter, per varias "cùm dulces, tum amaras vias, ſequebatur. "Convivebat cum Patre ſuo, ubi ſubmisſio, quâ "ſe Patri ſpiritali ſubdiderat, jejunia, orationes, "vigiliæ, & alii pœnitentiæ actûs carnem ejus "ſpiritui ſubjiciebant; Poſtquam autem magnis "& innumerabilibus tentationibus inimici infer"nales, quibus fortiter reſtiterat, probata, mul"tas mortis ſpiritalis amaritudines guſtaverat;

"adju-

"adjuvit eam gratia Dei per ardentes ejus pre-"ces & gemitus commota, passiones ejus vince-"re, & virtutes ipsi donavit. A quô tempore "sæpiùs in spiritu suo tanto fervore cum DEO "conversabatur, ut omnis actionis & quietis suæ "oblivisceretur. Et quia continuo invigilabat, "ut cor suum purum retineret, illud tandem "tanto lumine implebatur, ut omnia mundana "cedere cogerentur. Probabatur ut Aurum in "lebete passionis, contemptûs, & persecutionis, "cùm ab impiis tùm à piis: Illa autem, perpe-"tuò orabat, & firmiter in mystica occultave & "interna via continuabat, in quam Deus eam "collocaverat, semperque benigna, svavis ama-"bilis & confidens, preces pro iis ad Deum fun-"debat, qui illam affligebant. Nemo nisi Deus "magnitudinem pœnarum internarum novit, "quas ob confusionem hominum, eorundemque "perditionem sentiebat. Quotidie communi-"cabat, & omnis ejus actio eò tendebat, ut Deus "in illa honorem, pacem, voluptatem & dulce-"dinem caperet: id quod sæpiùs repetebat, & "adhuc in mortis agone, dum se Deo tradebat, "dicebat: Mi Deus! Mi Domine! Si tibi modò "ex me pax & dulcedo proveniret! quibus ver-"bis placidè expiravit die 28. Januarii, Anno "1540. ætatis septuagesimo septimo.

Etiamsi sæpiùs hic libellus impressus, raro tamen in præsenti obvius, ultima autem editio Antwerpensis belgica de Anno 1629. elegantissima & integerrima est. Me latet num nova

prostet

proſtet elaboratio Gallica prima enim editio uſui amplius inſervire nequit.

Quemadmodum autem hæc Margarita non ſolum de paſſivâ & contemplativâ, ſed etiam de activâ differit vitâ (ad quam ultimam plures ferri videntur, ac ad priorem) ita non abs re, meo quidem judicio erit, occaſione hâc ſuggerente, de poſteriori (activâ) vel etiam de utraque Authores quosdam recenſere.

67. Quem quæſo latet? *Thomam à Kempis*, ſive Librum de *imitatione Chriſti* magno emolumento eſſe illis, qui ſe in ſe ipſos introvertere, dogmata Evangelii diſcere, ſeque per viam cordis Deo tradere appetunt, cum methodum artificialem non affectet. Inprimis exigit, ut homo omnia, imò ſe ipſum abneget, & absque reſervatione Deo, totum totum ſe reſignet, ſupervacaneum foret de verſionibus hujus tam inclyti libelli multa differere, quem in quatuor digeſſerunt libros in uſum Proteſtantium, ſub titulo, *de Kempis commun.* Qui Poëſin adamant, non ineptè facient, ſi Paraphraſin Corneille ei, quam edidit *Des-marets*, præferent.

Edidit itidem Malaval Pariſiis 1671. elegantisſima de variis Materiis Poëmata, e. g. de Contemplatione &c. Soliloquiis autem *Domini de Brebeuf* nihil præſtat, cũ ſint chriſtianisſima, quanquam Epiſtola dedicatoria & ſphalmata typographica de Anno 1671. ea parumper de pravaverint. Verſificatio Canticorum ſpiritualium de amore divino, Anno 1669. Pariſiis impreſſa, non quidem ita artificialis compoſita eſt; Sed ſub-

ſublimiores viæ Myſticæ ſtatus in diverſis illic locis, inprimis Cantico X. eleganter attingit.

68. Alius liber præclarus, cujus Author à quibusdam *P. Laurentius Scupuli* Theatinenſis traditur, elegans enchiridion eſt iis, qui Deum per viam cordis quærunt, cui adhuc addere volunt, perceptionem diſtinctiorem. Totam rem ad quatuor puncta principalia reducit, quæ ſunt, *Diffidentia* hominis in ſe, *Confidentia* in Deum Oratio, & practica, ſive bonus uſus facultatum noſtrarum. Excellentes etiam de punctis his tradit regulas, quæ animo facile inſtillari & neceſſitatis tempore applicari poſſunt, in gratiam ordinis ſui, quem accurate obſervat. Sanctus *Franciſcus de Sales* hunc præ cæteris commendat librum, eumque ſuum appellat ducem; optima & perfectisſima editio non 33. ſed 66. capita habere fertur, additis parvulis tractatulis, de *pace animæ*, ſive *de cæleſti ſentire*, & aliô adhuc inſcriptô: *Dolores mentales Jeſu Chriſti:* Ut illi in translatione *P. Mazotti*, Pariſiis ſæpius impreſſa inveniuntur; quanquam in elaboratione Patris *Brignon* de Anno 1688. quæ polito nitet ſtylo & nuper Bruxellis iterum impreſſa eſt, ultimus hic tractatulus deſideretur. Qui etiam in latina, belgica, pluribusque aliis editionibus deficit.

69. *Ars ſive methodus Deo ſerviendi*, *ALPHONSI DE MADRIT*, aliud eſt manuale, omni ex parte ſolidum, practicum, eſſentiale, methodicum, omnibus hominibus aptum. Scopus & contenta ejus ſunt, ut homo reſpectu ho-

noris

" tans dormientium Stimulus, afflictorum Paracletus, juvenum Magister, Instructor & Exhortator, Speculum Solitariorum, caput pœnitentium, gladius & telum adversus hæreses, " Receptaculum virtutum, Habitaculum Sancti " Spiritus. Hic æquè ac noster Author indoctus fuit, Spiritus autem Sanctus, cordi ejus toties sacræ Scripturæ essentiam imò & ipsa verba instillavit & lingvam dederat, quæ eam ita explicabat, cordibusque aliorum imprimebat, ut nulla, neque scholastica, neque naturalis eloquentia illi responderet, id quod divina ejus scripta testantur, quæ sanè non sunt nisi textura cùm essentiæ, tùm terminorum sacræ Scripturæ, in cordibus legentium spiritum compunctionis provocans, eosque à malô, quàm efficacissimè avertens, & ad bonum vivacissimè excitans, id autem variis motivis, cum timoris, tum spei & amoris. Tanti autem illa æstimabantur, ut & publicè in Ecclesia orientali legerentur; latina ejus versio multoties prodiit, & nuperrimè adhuc Coloniæ 1675. *Testamentum* ejus olim unà cum aliis quibusdam opusculis gallicè elaboraverant; jam verò nova translatio Patris *Lallemand*, Cancellarii Academiæ Parisiensis, in Libro ejus *de Morte Justorum* 1673. impresso extat. Itidem in vitis Patrum, juxta elaborationem Domini *d' Andilly* pars quædam de hoc *Ephræmo* invenitur, nempè Vita Sancti Abrahamii & Neptis ejus pœnitentis.

63. Alius Pater ejusdem characteris & spiritus, est sanctus & divinus *MACARIUS MAGNUS*

GNUS ex Ægypto, contemporaneus Ephræmi, Anachoreta & Discipulus sancti Antonii, illiteratus quidem, sed miraculis, virtutibus & verbis potens; Homiliæ ejus quinquaginta, quæ extant, meo quidem judicio divinissimum & excellentissimum totius Antiquitatis opus sunt: Est sanè opus Sancti Spiritus, cujus lectione non facilè fatigabitur Lector: (id quod etiam de reliquis ejus opusculis sentiendum.) Qui attentus fuerit, inveniet, Sanctum Spiritum ibi magnitudinem corruptionis hominis, ejusque sub peccato & Diabolo miseriam atque carcerem detegere & media per Christum ad libertatem perveniendi, ejusque spiritui reviviscendum, qui tum animas triumphantes semper gubernat, & in iis tales producit operationes, charismata talia, quæ mundus haud novit. Illi sanè qui apertis vident oculis, non sunt monendi, eos in ipsius operibus inventuros fore totam totius theologiæ Mysticæ substantiam, usque ad ipsos terminos, qui ab iis, quibus divina hæc theologia displicet, peregrina videntur, hoc eò magis, quò minùs ad eam ob excæcationem corruptæ suæ rationis, & ob confusas suas passiones, dispositi sunt.

Morellus Parisiis Anno 1599. græcam harum homiliarum publicabat editionem, ut & elaborationem latinam inspecie, quæ græco-latinæ editioni Francofurtanæ de Anno 1594. è diametro adversatur. *Petro Possino* publicata ejus opuscula in acceptis referenda, qui quippè Tolosæ ea ante annos aliquot edidit in *Thesauro suo ascetico*; Sunt etiam Lutetiis Anno 1623. impressa,

unà cum Scriptis duorum Patrum græcorum. Curæ autem M. Pritii accuratissima & perfectissima eorum editio debetur, quam nuperrimè 1698. & 1699. Lipsiæ publicavit, & quæ meritò reliquis omnibus tàm ob accuratissimam græci textûs correctionem, quam ob additionem apophthegmatum, omniumque notarum earum, quæ à Patre *Dionysio* in *Rosweydo* & in Monumentis Domini *Cotelerii* reperiuntur, præferenda.

Prodierunt itidem homiliæ ejus Anno 1580. Antwerpiæ belgicè, & Anno 1696. Dominus Professor *Arnoldi* eas germanicè elaboravit, & Lipsiæ imprimi curavit, ubi Anno 1699. unà cum reliquis Authoris hujus opusculis, additis quibusdam apophthegmatibus, iterum imprimebantur. Optandum esset ut idem hic Author etiam gallicè extaret, in usum eorum, qui profectum in Christianismo appetunt.

XIII. *MARGARITA EVANGELICA.*

64. Hoc opusculum est certè anonymum, Sandæus enim valdè fallit, dum illud Eschio sacerdoti Antwerpiensi assignat, qui illud duntaxat publicavit. Composuit verò illud virgo quædam, cujus character & fundamen principale est, continua Dei in anima præsentia, in modum præsentiæ Solis in cælo, quæ omnem illinc caliginem, omneque malum expellit, & fundum beatâ & æternâ vitâ implet, per operatio-

nem

nem Patris in memoria, dum ſemper Deus cogitatur, per operationem Filii in intellectu, qui vivo & ſalutari lumine veritatis illuminatur; & per operationem Spiritûs in voluntate, quæ ſanctè ad amorem Dei incitatur, omnia in virtute & vi meriti afflictæ animæ, mortificati corporis & mortis Jeſu Chriſti; Quò Deus in nobis, ſi illum in via amoris, temperantiæ, paſſionis, abſtinentiæ & patientiæ ſeqvuti fuerimus, æternum gaudium, æternamque pacem, voluptatem & dulcedinem habeat. Hæc principia, ſancta hæc Virgo ubique vivaciter & magna cordialitate inculcat. Inveniuntur in hoc libello plures elegantes veritates & plurima principia, circa fundamentum & vires animæ, itemque circa præſentiam & operationem Dei &c. quæ raro alibi inveniuntur, multumque conferunt, explorationi certarum & momentoſarum vitæ internæ & myſticæ theologiæ difficultatum.

65. Sæpius hic liber gallicè, latinè, germanicè, & belgicè prodiit. Editio gallica Patrum de Bourg-Fontaine ſeculum totum excedit: Elaborabant eam ex verſione latina Colonienſi de Anno 1545. quæ autem non eſt originalis, ſed verſio duntaxat Eſchii, qui ordinem mutavit, & ex tripartita quadripartitam fecit. Maxima autem mutatio hæc eſt, quod propter metum, ne docta caterva, ſi fortè hic liber ſuo Authori, id eſt virgini reſtitueretur, ſcandalizaretur, primam præfationem omitterent, & fæminina in maſculina mutarent, quod primus belgicus interpres (qui Eſchius creditur;) agnoſcit, dum in

unà cum Scriptis duorum Patrum græcorum. Curæ autem M. Pritii accuratissima & perfectissima eorum editio debetur, quam nuperrimè 1698. & 1699. Lipsiæ publicavit, & quæ meritò reliquis omnibus tàm ob accuratissimam græci textûs correctionem, quam ob additionem apophthegmatum, omniumque notarum earum, quæ à Patre *Dionysio* in *Rosweydo* & in Monumentis Domini *Cotelerii* reperiuntur, præferenda.

Prodierunt itidem homiliæ ejus Anno 1580. Antwerpiæ belgicè, & Anno 1696. Dominus Professor *Arnoldi* eas germanicè elaboravit, & Lipsiæ imprimi curavit, ubi Anno 1699. unà cum reliquis Authoris hujus opusculis, additis quibusdam apophthegmatibus, iterum imprimebantur. Optandum esset ut idem hic Author etiam gallicè extaret, in usum eorum, qui profectum in Christianismo appetunt.

XIII. *MARGARITA EVANGELICA.*

64. Hoc opusculum est certè anonymum, Sandæus enim valdè fallit, dum illud Eschio sacerdoti Antwerpiensi assignat, qui illud duntaxat publicavit. Composuit verò illud virgo quædam, cujus character & fundamen principale est, continua Dei in anima præsentia, in modum præsentiæ Solis in cælo, quæ omnem illinc caliginem, omneque malum expellit, & fundum beatâ & æternâ vitâ implet, per operatio-

nem

nem Patris in memoria, dum ſemper Deus cogitatur, per operationem Filii in intellectu, qui vivo & ſalutari lumine veritatis illuminatur; & per operationem Spiritûs in voluntate, quæ ſanctè ad amorem Dei incitatur, omnia in virtute & vi meriti afflictæ animæ, mortificati corporis & mortis Jeſu Chriſti; Quò Deus in nobis, ſi illum in via amoris, temperantiæ, paſſionis, abſtinentiæ & patientiæ ſeqvuti fuerimus, æternum gaudium, æternamque pacem, voluptatem & dulcedinem habeat. Hæc principia, ſancta hæc Virgo ubique vivaciter & magna cordialitate inculcat. Inveniuntur in hoc libello plures elegantes veritates & plurima principia, circa fundamentum & vires animæ, itemque circa præſentiam & operationem Dei &c. quæ rarò alibi inveniuntur, multumque conferunt, explorationi certarum & momentoſarum vitæ internæ & myſticæ theologiæ difficultatum.

65. Sæpius hic liber gallicè, latinè, germanicè, & belgicè prodiit. Editio gallica Patrum de Bourg-Fontaine ſeculum totum excedit: Elaborabant eam ex verſione latina Colonienſi de Anno 1545. quæ autem non eſt originalis, ſed verſio duntaxat Eſchii, qui ordinem mutavit, & ex tripartita quadripartitam fecit. Maxima autem mutatio hæc eſt, quod propter metum, ne docta caterva, ſi fortè hic liber ſuo Authori, id eſt virgini reſtitueretur, ſcandalizaretur, primam præfationem omitterent, & fæminina in maſculina mutarent, quod primus belgicus interpres (qui Eſchius creditur;) agnoſcit, dum in

finè opusculi fatetur, se ministeriô hujus virginis, quam *sponsam*, *ancillam & amicam Dei*, appellat, ad Deum conversum esse, quorum loco masculina substituit, nempè *servum*, *amicum* &c. Ac si inhonestum esset, nasutulis illis, omnia contemnentibus cosmosophis proponere, veritatem à fœminâ traditam esse, cum tamen introitus Spiritui Sancto magis in hôc, quam in masculino sexu pateat, eò quod illarum spiritus à strepitu humanarum scientiarum liberior etiam docilior & ad pietatem promptior sit, ac animus eruditorum: Idcircò placet Deo, prudentes eorumque fastum & imaginationem, ejusmodi mediis, proposito suo aptissimis, superbis autem animabus mortiferis, pudefacere. His verò relictis, repetemus verba Eschii, quæ in prima præfatione, veteris suæ versionis belgicæ de hoc opusculo tradit, hocque eò libentius, quò studiosiùs in gallica elaboratione suppressa sunt.

66. "Hic liber inquit, à virtuosa virgine "conditus, à Spiritu Sancto inspiratus, & pro-"pria experientia confirmatus est. Ab Adole-"scentia sua se gloriæ Regi tradiderat, ejus ve-"stigia in mortem usque constanter, per varias "cùm dulces, tum amaras vias, sequebatur. ' Convivebat cum Patre suo, ubi submissio, quâ "se Patri spiritali subdiderat, jejunia, orationes, "vigiliæ, & alii pœnitentiæ actûs carnem ejus "spiritui subjiciebant; Postquam autem magnis "& innumerabilibus tentationibus inimici infer-"nales, quibus fortiter restiterat, probata, mul-"tas mortis spiritalis amaritudines gustaverat; "adju-

"adjuvit eam gratia Dei per ardentes ejus pre-"ces & gemitus commota, pasſiones ejus vince-"re, & virtutes ipſi donavit. A quô tempore "ſæpiùs in ſpiritu ſuo tanto fervore cum DEO "converſabatur, ut omnis actionis & quietis ſuæ "oblivifceretur. Et quia continuo invigilabat, "ut cor ſuum purum retineret, illud tandem "tanto lumine implebatur, ut omnia mundana "cedere cogerentur. Probabatur ut Aurum in "lebete pasſionis, contemptûs, & perſecutionis, "cùm ab impiis tùm à piis: Illa autem, perpe-"tuò orabat, & firmiter in myſtica occultave & "interna via continuabat, in quam Deus eam "collocaverat, ſemperque benigna, ſvavis ama-"bilis & confidens, preces pro iis ad Deum fun-"debat, qui illam affligebant. Nemo niſi Deus "magnitudinem pœnarum internarum novit, "quas ob confuſionem hominum, eorundemque "perditionem ſentiebat. Quotidie communi-"cabat, & omnis ejus actio eò tendebat, ut Deus "in illa honorem, pacem, voluptatem & dulce-"dinem caperet: id quod ſæpiùs repetebat, & "adhuc in mortis agone, dum ſe Deo tradebat, "dicebat: Mi Deus! Mi Domine! Si tibi modò "ex me pax & dulcedo proveniret! quibus ver-"bis placidè expiravit die 28. Januarii, Anno "1540. ætatis ſeptuageſimo ſeptimo.

Etiamſi ſæpiùs hic libellus impreſſus, raro tamen in præſenti obvius, ultima autem editio Antwerpenſis belgica de Anno 1629. elegantisſima & integerrima eſt. Me latet num nova proſtet

prostet elaboratio Gallica prima enim editio usui amplius inservire nequit.

Quemadmodum autem hæc Margarita non solum de passivâ & contemplativâ, sed etiam de activâ differit vitâ (ad quam ultimam plures ferri videntur, ac ad priorem) ita non abs re, meo quidem judicio erit, occasione hâc suggerente, de posteriori (activâ) vel etiam de utraque Authores quosdam recensere.

67. Quem quæso latet? *Thomam à Kempis*, sive Librum de *imitatione Christi* magno emolumento esse illis, qui se in se ipsos introvertere, dogmata Evangelii discere, seque per viam cordis Deo tradere appetunt, cum methodum artificialem non affectet. Inprimis exigit, ut homo omnia, imò se ipsum abneget, & absque reservatione Deo, totum totum se resignet, supervacaneum foret de versionibus hujus tam inclyti libelli multa differere, quem in quatuor digesserunt libros in usum Protestantium, sub titulo, *de Kempis commun.* Qui Poësin adamant, non ineptè facient, si Paraphrasin Corneille ei, quam edidit *Des-marets*, præferent.

Edidit itidem Malaval Parisiis 1671. elegantissima de variis Materiis Poëmata, e. g. de Contemplatione &c. Soliloquiis autem *Domini de Brebeuf* nihil præstat, cũ sint christianissima, quanquam Epistola dedicatoria & sphalmata typographica de Anno 1671. ea parumper de pravaverint. Versificatio Canticorum spiritualium de amore divino, Anno 1669. Parisiis impressa, non quidem ita artificialis composita est; Sed sub-

ſublimiores viæ Myſticæ ſtatus in diverſis illic locis, inprimis Cantico X. eleganter attingit.

68. Alius liber præclarus, cujus Author à quibusdam *P. Laurentius Scupuli* Theatinenſis traditur, elegans enchiridion eſt iis, qui Deum per viam cordis quærunt, cui adhuc addere volunt, perceptionem diſtinctiorem. Totam rem ad quatuor puncta principalia reducit, quæ ſunt, *Diffidentia* hominis in ſe, *Confidentia* in Deum Oratio, & practica, ſive bonus uſus facultatum noſtrarum. Excellentes etiam de punctis his tradit regulas, quæ animo facile inſtillari & neceſſitatis tempore applicari poſſunt, in gratiam ordinis ſui, quem accurate obſervat. Sanctus *Franciſcus de Sales* hunc præ cæteris commendat librum, eumque ſuum appellat ducem; optima & perfectisſima editio non 33. ſed 66. capita habere fertur, additis parvulis tractatulis, de *pace animæ*, ſive *de cæleſti ſentire*, & aliô adhuc inſcriptô: *Dolores mentales Jeſu Chriſti:* Ut illi in translatione *P. Mazotti*, Pariſiis ſæpius impreſſa inveniuntur; quanquam in elaboratione Patris *Brignon* de Anno 1688. quæ polito nitet ſtylo & nuper Bruxellis iterum impreſſa eſt, ultimus hic tractatulus deſideretur. Qui etiam in latina, belgica, pluribusque aliis editionibus deficit.

69. *Ars ſive methodus Deo ſerviendi*, *ALPHONSI DE MADRIT*, aliud eſt manuale, omni ex parte ſolidum, practicum, eſſentiale, methodicum, omnibus hominibus aptum. Scopus & contenta ejus ſunt, ut homo reſpectu honoris

noris Deo debiti, ejusque voluntatis, & cognitione nihili ſui cùm naturâ, tum lapſu, item peccatorum, Deo ſervire ſtudeat, inprimis per exercitium facultatum noſtrarum ſpiritualium, deſiderii & libertatis, pœnitentiam agendo, noſmetipſos odio habendo, humilitatem & patientiam Jeſu Chriſti diſcendo, & paſſiones noſtras edomando, quo ad purum Dei amorem perveniamus, qui conjunctus eſt amori legitimo & ordinato proximi & noſtri ipſius, ſecundum Deum, & propter Deum. Dubito utrum Author latinè aut hiſpanicè ſcripſerit: præter quas editiones etiam gallica & belgica publicè proſtat elaboratio: ſed ferè ampliùs non invenitur.

70. *Theologia germanica* parvus eſt libellus Anonymi cujusdam, omninò inclytus, ſolidus & exquiſitus, nihil ferè continens, niſi puriſſima principia veræ internæ chriſtianæ & practicæ theologiæ: *Omnitas* Dei, & *Nihilitas* hominis, *malum* appropriationis, *abnegatio* ſui ipſius & omnium rerum creatarum, diſcretio inter verum & falſum lumen, inter veram & falſam libertatem, inter verum amorem, & inter amorem mercenarium &c. eſt materia, quam, etſi non methodicè, tanta tamen diſpoſitione tractat, ut facilè eſſentialis, & ex anima à Deo illuminata provenire intelligi & ſentiri poſſit. Præfatio novæ editionis gallicæ, quæ mox prodibit, plura ſpecialia enarrabit. Editorum ejus germanorum quidam *JOHANNES ARNDIUS*, olim Superintendens Generalis Ducatus Lüneburgenſis, ſpiritum ejus ut & Macarii (quem memoriter tene-

tenebat) atque Tauleri ſeſe inebriaverat, id quod in omnibus ejus Scriptis, inprimis autem in præclaro illo opere *de vero chriſtianiſmo*, quod multoties germanicè, belgicè & latinè Francofurti prodiit, apparet. Opus ſanè, quod ob methodum, ſolidam pietatem & veram vitam chriſtianam proponendi (dum ab authoritate Sacræ Scripturæ, nunquam recedit) univerſalem ſibi acquiſivit omnium æſtimationem.

71. *P. ALEXIS DE SALO* Franciſcanus, in *via certa ad Paradiſum*, reſpectu omnium noſtrorum ſenſuum, paſſionum, affectionum & in omnibus mentis noſtræ actionibus, ad praxin reducere ſtudet, præceptum Chriſti, in Theologia Germanica apprimè commendatum, nempè ut homo *ſe ipſum abneget & Chriſtum ſequatur*; omnia ſua dogmata ſimplicisſimis & uſui omnium accommodatis exemplis probans. Liber ejus Italicè translatus & Lugduni Gallorum 1620. Duaci 1627. &c. impreſſus eſt.

72. *P. JUSTUS LANSBERGIUS* Carthuſianus, qui fermè antè ſeculum floruit, admodum ſolidè & affectivè ſcripſit, de internis & ſpiritalibus rebus pietatis & veræ devotionis. Opera ejus, nuperrimè, Anno 1693. Coloniæ latinè duobus voluminibus (in quarto) edita & quinque partibus diviſa ſunt, quarum tres priores, conciones in Dies Dominicos, Feſta item in paſſionem Dominicam, utraque autem poſterior, quosdam pios tractatus, apologiam nempè vitæ ſolitariæ, literas & verſus devotos continet. Bonam obſervat methodum & optimè textum

in

in ſermonibus ſuis ſequitur, in quibus etiam internum allegoricum ſenſum minimè obliviſcitur. Piorum ejus tractatuum, duo, gallicè ante paucos annos elaborati ſunt, ille de *chriſtiana militia* ſive de *pugna ſpirituali*, 1670. Lutetiis (ſalubria dogmata continens, quæ docent, ut homo ſeſe à vitiis & corruptione exonerare, & virtutem ac puritatem acquirere, atque ita cum Deo uniri queat) hic autem, *Colloquium Jeſu Chriſti cum anima devota*, in forma literarum ibidem 1614. publicatus eſt: Idem verò tractatus non niſi ultima *Pharatra* ejus *divini amoris* pars eſt. Eſt autem Manuale apprimè bonum, devotione ac pietate plenum, nec non epitome regularum ſolidisſimarum, cum ſtatûs tum vitæ veræ chriſtianæ. Scripſit *ERASMUS* libellum titulo & materiá his ſimilem, nempè *Enchiridion Militis Chriſtiani;* opus ſane perbonum, non autem pari internitate, parive ſublimitate ac *Lansbergius*. Author Hiſpanus libri inſcripti, *Theſaurus Animæ* variis lingvis publicati, nempè gallicè, belgice, germanice & latine (ſub titulo *Deſiderius pius* Roterodámi 1674. (Lansbergio haud quaquam cedit, dum ſub emblemate Paſtoris iter facientis ad amorem divinum inveniendum ante oculos nobis ponit progreſſum animæ, quæ per virtutes chriſtianas, per pasſiones, & amorem divinum ad primitias fruitionis Dei pervenit. Author hic admodum pius videtur, & idcircò Sandæus Servetum eſſe tradidit, in Bibliotheca ſua Anti-Trinitariorum. Invenitur inter opuſcula ſpiritualia *JOHANNIS*

PALE-

PALEFOXII Episcopi Osmensis, parvulus tractatulus inscriptus, *le Pasteur de la Nuit de Noel*, ex Hispanico translatus & non ita pridem (Anno 1698.) Parisiis & Bruxellis impressus, qui accuratè & apprimè spiritualiter tractatum præcedentem imitatur: Imò gravior est mundo in ultimis suis Capitibus, ac ille, in detegendo Spiritum malum & vanitatem ejus. *DIDACUS AUTEM STELLA* Franciscanus & postea Episcopus in Hispania, solidissimum scripsit Librum de *vanitate Mundi*, ubi etiam in tertia parte de cardinalibus virtutibus christianis & paucis de contemplatione agit. Imitatur methodum Thomæ à Kempis. Quemadmodum Sacra Scriptura in toto ejus opere prædominatur & quidem modo tam claro quam solido, ita omnium hominum usui commodus foret, in qua etiam conditione & ætate versentur; Sed veteres editiones gallicæ (Lugduni Gallorum 1580. &c. &c.) reparari deberent. Editiones Colonienses latinæ de Anno 1638. 1688. semper illis prodesse poterunt, qui lingvam illam callent.

73. *ALPHONSUS*, *RODRIGVEZ*, Jesuita, in excellenti sua *Practica perfectionis christianæ* eandem materiam prolixè tractat; valdè methodicè procedit per Regulas & institutiones, quas elegantissimis & ædificantibus exemplis concomitatur, ex vitis Patrum in deserto, aliarumque Deo devotarum animarum, id quod Librum ejus ob claritatem & facilitatem gratam & acceptam cum adultis tum & pueris reddit: Tres ex Hispanico in gallicum exstant transla-

tiones, quas inter illa *Abbatis des Marais* Academiæ Gallicæ (Antwerpiæ tribus voluminibus juxta Parisiensem editionem, denuò impressa) optima censetur. Prodiit etiam pluries belgicè, & ultimò Anno 1683. Non dubito, quin & in aliis lingvis prostet: Cum & Epitome latina Anno 1644. Lugduni Gallorum editus sit: Totum opus in eadem lingva prodiit 1657. Coloniæ.

74. Quod ad institutiones exemplis munitas attinet, ecce, invenies hic fontes, qui magnam tibi copiam suppeditabunt: *Vitæ Patrum in deserto*, collectæ per P. Rosweydum Jesuitam, & Antwerpiæ 1615. & 1618. bis latinè publicatæ (editio sanè optima & accuratissima) item belgicè bis circa idem ferè tempus; item elegantissima incluti interpretis *Arnoldi d' Andilly* elaboratis Gallica, qui tamen multa omisit, quæ non restituta sunt, neque in reiteratione gallica, neque in editione Antwerpiensi de Anno 1694. Auxit illas quidem vitis quibusdam clarissimis, utpotè Syncleticæ &c. quæ tamen longè accuratiores inveniuntur in Monumentis græco-latinis Domini *Cotelerii* Tomo I. Potuissent autem absque contumelia Monumentorum horum addi vitæ mirabiles *S. EUTHYMII* & *S. SABÆ*.

Acta Martyrum, si sincerè à Patre *Ruinardo* in *Actis Martyrum sinceris & selectis* (quæ Anno 1689. Parisiis prodierunt) narrantur. Relationes *de morte justorum*, per P. *Lallemand*, in Belgio 1613. juxta editionem Parisiensem reiteratæ.

Ubi

Ubi subjungi possunt enarrationes de morte & vita Monachorum quorundam de la *Trape*, e. g. de Dom *Muce*, Comitis de *Santena*, &c. pluries Bruxellis recusæ.

75. Collationes *Johannis Cassiani* Sacerdotis Massiliensis (qui Seculo V. magnus habebatur, Sanctus) ex latino in Gallicum translatæ & Lutetiis 1665. impressæ sunt, excepta Collatione 13. quæ erroribus plena circa materiam de gratia æstimabatur; quam tamen meliùs noverat, ac censores ejus, etiamsi non ita cautè se explicaverat, ùt necessè fuisset ad reprimendas objectiones hominum rixosorum.

76. Regulæ Sancti *BASILII*; Institutiones Sancti *DOROTHEI* Abbatis Seculi sexti, è græco originali in gallicum translatæ per Abbatem *de la Trape*, & Parisiis Anno 1686. impressæ; *Scala cæli JOHANNIS CLIMACI* (Patris & Abbatis ejusdem seculi) cujus græco-latina, (Lutetiis 1633.) item latina & gemina gallica editio & versio Domini d'Andilly habetur; Prima elaborationum harum gallicarum Anno 1653. Parisiis nuda prodiit; secunda multis cum notis, vitis Patrum 1675. appensa est. Ea quæ in Monumentis græco-latinis Domini *Cotelerii* (Tom. III. Paris. 1686.) de *Evagrio* habentur, item *Apophthegmata Patrum* apud eundem, sunt libri, nil nisi divinas instructiones & valdè afficientia exempla (quæ simul per effectus reales evincunt, praxin perfectæ, christianæ, pænitentis vitæ, rem esse minimè impossibilem, nec in nudis Phantasiis & ideis consistere) spirantes.

77. Faciliùs, solidiùs, vivaciùs atque salubriùs convinci possemus, magno numero vitarum admirandarum, hominum varii status, sexus & dignitatis, etiam eorum, quæ recenti adhuc memoria volvuntur; Ut autem & scrupulositas quibusdam Personis amoveatur & prolixitas evitetur, duarum tantum mentionem faciam: Viri nempè & Virginis: Illa est Vita Domini *de Renty*, cujus virtutes & merita non ita pridem Parisiis (ubi 1649. defungebatur) non tantum, sed & per totam Galliam admirationi erant: Hæc excellens vita, cujus Historiam P. St. *JURUS* Jesuita (Author variorum tractatuum, pius, spiritualis & solidus) nobis texuit, brevis est epitome eorum, quæ de virtutibus christianis exquisitissimè & de vera spiritualitate solidissime scripsit. Inveniuntur ibi, non tantùm dogmata, sed & praxis rerum earum, quæ à Mysticis pertractantur; e. g. de differenti animarum statu, de amore puro, de oratione, contemplatione & similibus, quæ ibi attinguntur, omnia ut & reliqua methodo tam solida & eleganti, ut etiam indispositi in ejusmodi materiis Lectores non possint præcavere, quin cor eorum convincatur & compungatur. Ecce judicium Protestantis cujusdam magnæ Authoritatis, qui in hisce rebus nec partialitatis nec credulitatis suspectus esse potest; Verba ejus ita sonant: *Etiamsi multa fabulæ esse putentur, concedendum tamen, Dominum de Renty illas neutiquam redolere. Tanta tamque sublimes in ipso notantur virtutes, ut is, qui eas exercuit, justè meritòque inter ma-*

xima

xima lumina numerari debent, quæ Gallia hoc seculo fovit. Hæc sunt verba Domini *Burneti*, jam temporis Episcopi Salisburgensis in Anglia, in præfatione ejus ad vitam Domini HALE: Idem hic vitam Renty nostri Anglicè elaboravisse fertur. Altera vita, cujus mentionem facere promisi, est vita Matris *ELISABETH de Infante Jesu*, quæ vitæ Domini de Renty neutiquam cedit, qui non minus ac P. S. JURE & Dominus BERNIERES, præclaræ huic Moniali, quæ Anno 1688. Lutetiis obiit, hodegus fuit. Vita Liberæ Baronissæ *de Chantal* tam celebris est, ut commendatione non egeret, nisi his in regionibus perrara esset.

Cæterùm lecturum vitas Patrum in deserto, non statim tædebit, si in eas inciderit, quæ ex literis *Hieronymi* excerptæ sunt, nimis enim illæ affectatam illius oratoriam sapiunt: istæ verò, quas *Ruffinus*, *Palladius*, *Theodoretus*, *Sulpicius Severus* & *Johannes Moschus* collegit, sunt styli naturalioris & simplicioris.

78. Authorum eorum, qui ex professo de oratione, de Meditationibus, de Contemplatione, & de iis, quæ ab illis dependent, rebus scripserunt, tibi, Domine, quosdam notissimos & utilissimos recensebo.

S. PETRUS DE ALCANTARA, contemporaneus Sanctæ Theresæ, & intimus ipsi familiaris, parvum, sed perutile de oratione & meditationibus Librum scripsit, qui sæpiùs in Latina, Gallicâ aliisque Lingvis prodiit, ut & tractatulus *Horstii*, *Paradisus animæ* dictus, sæpius

Lugduni, Coloniæ & alibi impressus, est sanè excellens enchiridion practicum, circa omne orationum genus. Prima pars *thalami Sponsi* (quam non nisi belgice Anno 1638. Antwerpiæ impressam, vidi) de eâdem hâc agit Materiâ; item prima pars *Introductionis ad vitam devotam FRANCISCI SALESII*, cujus totus Liber optimas instructiones de pietate, ad statum omnium ordinis Personarum accommodatas continet. Hic hujus Authoris tractatus, ut & Liber *de Amore Dei*, atque *Epistolæ* illius, optima ejus sunt scripta, quorum character est, ut per spiritum mansvetudinis & justæ condescendentiæ, praxis veræ virtutis toti orbi facilis reddatur, omnibusque Pax & solida Pietas instilletur, per justam & æquam condescentiam, qui est character, per Jesum Christum summopere sanè commendatus, & à *Clemente* in divina sua Epistola ad Corinthios, & *Sancto Polycarpo* in Epistola sua ad Philippenses perfectissimè & κατὰ πόδα expressus.

79. P. *Noüet*, & P. *Rapin* uterque Jesuita, eleganter de oratione ejusque speciebus scripserunt: Ille admodum fusè in Libro suo inscripto, *Homo Orationis*, qui Lutetiis Anno 1674. impressus est; Hic autem breviter in tractatulo, cujus Titulus, *Oratio absque illusione*, qui idem in secunda parte *Theologiæ cordis*, sub titulo *Abregé de la Theologie Mystique* legitur; Extat itidem Bruxellis, inscriptione *Secrets de la vie Spirituelle*, sive *le petit Berger*. 24to. Ibidem parvulus Virginis cujusdam tractatulus, *Vita interna*

inseri-

inſcriptus, eſt inſertus, in quo materiæ & ſpecies orationis ſimplicitate & facilitate haud vulgari expoſitæ ſunt: Multò autem conciſius in collatione divini Libri, *Paſtor illuminatus* dicti, qui numero primus eſt in prædicta *theologia cordis.* Villicus, ſive Paganus quidam pauper (id quod ſtylus ſuggerit) etiam modo afficientisſimo libellum conſcripſit de *methodo Orationis* ſive, *Abregé del' Agneau occis*, ubi per conſiderationem Jeſu in corde tres orationis ſpecies docet, quæ tribus ſpiritalis vitæ ſtatibus, optimè reſpondent. Parvulus ille tractatulus *Dominæ de Gvion*, inſcriptus *Moien court & facile de faire oraiſon*, & nuperrimè 1699. in Hollandia publicatus, judicio multorum, perfectisſimum quoddam, breviſſimum & facillimum hâc in Materia eſt ſcriptum, licèt à diverſis diverſè judicetur: Libri enim pro captu legentis vel magni, vel parvi habentur.

80. *ANTONIUS ROJAS*, Sacerdos Hiſpanicus in Tractatu ſuo, *Vita Spiritus* (*la vie de l' Eſprit*) 1660. Pariſiis & Lugduni Gallorum 1678. impreſſo. Celebris ille *MALAVALL* Masſilienſis in *facili Practica contemplationis* Pariſiis ter, ùt & Romæ operâ & cura Cardinalis d' Eſtrée, item Belgicè publicatâ: Continuator ejus P. *EPIPHANIUS LUDOVICI* Abbas Eſtivalenſis in elegantibus ſuis, ſolidis & myſticis collationibus ſive *conferentiis* Anno 1676. Lutetiis unà cum literis ejus editis: *MOLINI Manuductio Spiritualis*, in qua errores ipſi imputati (& à certo quodam Parocho Prote-

 ſtante,

ſtante, in epitomen collecti) non inveniuntur, niſi cum à paſſionibus & ignorantia per falſas gloſſas ſuggeruntur; Siquidem primi ejus approbatores, quorum quidam Inquiſitores erant, in eâ non plus mali invenerunt, ac alii homines inter Proteſtantes, (qui illum Latinè, Belgicè & Germanicè ediderunt) ut & in tota Europa, ubi ſpatio ſex annorum, plus ac viginti ejus Editiones prodierunt. Frater Laurentius de Reſurrectione, Carmelita, & non ita pridem Pariſiis defunctus, in Tractatulis ſuis, qui exſtant, ut: *Vitâ*, *moribus*, *literis*, & *Colloquiis* ejus, omnia in Hollandia recuſa & Tractatulo Domine de Gvion ſubnexa.

81. Pater *PINY*, Dominicanus (qui nimis prædicatoriè ſcribere videtur: in libello ſuo de *tribus diverſis modis*, *Deum ſemper internè præſentem habendi*, (nempè per amoroſam recordationem Dei ejusque perfectionis; per amoroſam adhæſionem in voluntatem ejus; & per ſenſibilem animadverſionem, in quam negligens in his anima incidit) Lugduni Gallorum 1685. cum tota ſecunda parte *Thalami ſponſi* publicato: Omnes hi prænumerati Libri & Authores apprime inſerviunt vitæ contemplationis activæ & ordinatæ, atque praxi continuæ, perpetuò, in præſentia Dei vivendi, in quo Methodus Fratris *LAURENTII* (quanquam illiterati) omnes reliquas antecellit, & quidem ob ſimplicitatem, cordialitatem, facilitatem & ſoliditatem ſuam: Commendantur etiam circa hanc Materiam Literæ ſpirituales & myſticæ, Cardinalis Petrucci,

1685.

1685. Venetiis italicè excusæ. Cardinalis *BONA* in sua *via compendii ad Deum*; (è Latino Gallicè eleganter elaborata, & Lugduni Gallorum atque Bruxellis 1683. impressa) & F. *Jean de S. Samson*, in Tractatulo suo de *Amore aspirativo*, qui in secunda *Theologiæ Cordis* parte, invenitur, ad unum tendunt scopum per viam continuarum aspirationum; ad quas etiam parvulus idemque Gallicus, solidissimus & afficientissimus Tractatulus, cujus Titulus est, *Methode pour converser avec Dieu*, manuducit; Prodiit ille Anno 1685. Parisiis & brevi post ibidem recudebatur.

82. P. *GUILLORE* Jesuita, qui 7. aut 8. Tractatulos scripsit, qui sæpiùs Parisiis prodierunt; (a) *Literæ Spirituales Sacerdotis cujusdam*, collectæ per Dominum *Lassot*, & nuperrimè eodem loco quinque voluminibus editæ, magnum & universale sanè emolumentum cùm vitæ activæ & externæ, tum internæ & contemplativæ afferre possunt: Id quod etiam de præcellenti *catechismo spirituali* P. *Surini* Jesuitæ, qui duobus voluminibus Parisiis multoties & ultimùm Anno 1693. impressus est, item de Libro ejus *de fundamento vitæ spiritualis*, Leodii Anno 1679. recuso, sentiendum, in quo Author occasione plurium sententiarum *Thomæ à Kempis*, quas quæstionibus & responsionibus resolvit, Lectores suos solidè instruit, ad vitam spiritalem, per explicationem sive deductionem primariorum ejus

(a) Omnia ejus opera etiam 1684. in folio impressa sunt.

punctorum, impedimentorum, (quæ necessariò vitanda, sæpiùs tamen vix nota sunt) viarumque facilium: Parvulus *Catechismus christianus circa vitam internam*, Domini *OLIGERI* superioris seminarii ad St. Sulpitium, sæpiùs Lutetiis, ut & Lugduni Flandrorum Belgicè 1686. publicatus, continet substantiam ejus, quod Titulus libri indicat, & semper ferè strictè verbis ut & clarissimis instructionibus Sacræ Scripturæ inhæret. Notum est ejusdem Authoris *Diarium Christianum* (journal chrêtienne) Lutetiis & Lugduni Gallorum impressum.

83. Ut autem hanc relationem, quam à virgine cæpimus, virgine etiam absolvamus, pauca addemus de spiritalibus scriptis *JOHANNÆ CAMERACENSIS*, Monialis cænobii Lille. Vita ejus in specie 1659. Antwerpiæ publicata, singularissima & notatu digna de affectione Dei erga animam argumenta complectitur. Scripta ejus, quæ universa Tornaviæ 1665. in lucem prodierunt, non minùs solidè, methodicè sive reguJariter & eleganter veritates & praxin christianarum internarum & mysticarum rerum, quàm scripta aliorum hominum literatorum continent. In maximo suo tractatu, inscripto, *la ruine de l' amour propre* (extat à parte Parisiis) totam tractat interiorem vitam, & ejus exponit statum, (ut *Rusbrochius* in ornatu spiritalium Nuptiarum) per emblema eorum, quæ quatuor anni temporibus accidere solent. Hic tractatulus quatuor Libris divisus est: In *primo* loquitur de amo-

amore privato, & in genere de gratiâ Dei, per quam ille extingvitur: In *secundo* de profectu gratiæ divinæ, cui argumento multa Cantici Salomonæi dicta applicat: In *tertio* de rigidis & duris privationibus, item de probationibus spiritualibus. Et in *quarto* de restitutione animæ in statum perfectum: Ultimi hi Libri persublimes sunt, & idonei difficultatibus resolvendis, quæ sæpius contra internas vias moventur. *Candelabrum* ejus *Mysticum*, brevis est expositio cum rerum tum verborum mysticæ theologiæ & viæ, ut & Epitomen instructionum pro Directoribus animarum. *Reformatio Conjugii* (quam itidem scripsit) ad directionem familiarum plurimum facit. Tractatus de *Excellentia Solitudinis*, Personis Seculum relinquentibus, aptissimus est. *Exercitium* verò *ad Dei amorem perveniendi*, tam brevis, quam solida & methodica est, atque omnium usui inservire potest, ut & Liber inscriptus, *Lamentatio animæ captæ in mortali suo corpore*; In quo commonstrat, in omni, etiam perfectissimo, dulcissimo atque sublimissimo vitæ spiritalis statu semper affatim causæ obviam esse lamentandi & plorandi. Methodus ejus dicendi, charactere cordialitatis intimæ, ut & solidæ elegantiæ, (quæ idonea est convincendis cordibus eorum, qui verum summumque bonum seriò quærunt) nitet. Videntur Scripta fæminarum magis ac Virorum hoc charactere signari, id quod sequens Articulus fusiùs demonstrabit.

XIV. AN-

XIV. *ANTONIA BURIGNONIA.*

34. Virgo hæc nec ſtylum nec materias Myſticorum ſublimes affectat, ſed tantum eſſentiam Doctrinæ Evangelicæ, nempè abnegationem, mortificationem naturæ, imitationem Chriſti, praxin virtutum & amorem Dei, & quicquid ex eo dependet, exquirit, ita firmiter ſtatueram, ejus nullam facere mentionem, niſi tibi, Domine placuiſſet diſponere, ut cum Perſonâ ejus manum de tabulâ moverem. Hinc circò quædam de illa referam, & ſic prolixam hanc Epiſtolam concludam.

Homines jam temporis adeò obdormierunt, & quidem in puncto ſublimi rerum æternarum, ut media, quorum miniſterio uti deberent ad excitandos ſe, potiùs huic operi deſtinent, ut in ea animum effundant, variiſque eorum ſpeculationibus intellectum exerceant, ſibique ſub prætextu aſſenſus & dulcis affectionis ſive inclinationis & ſenſionis cujuſdam, ſpirituales ſe eſſe perſvadeant. His magnus à Deo impulſus applicandus, ut iis commonſtret, eoſque convincat, nil niſi mortem in illis eſſe, quò ex ſomno eos expergefaciendo, ſolidisſimè ipſos comprehendere faciat, quam propinqui ſint exitio, niſi celerrimè cum mores tum vitam correxerint. Videtur autem Deus ultimum hunc ictum per Scripta Barignoniæ feciſſe: Magnos quippe motus in animabus Lectorum concitant, ſi ſe iis applicant; atque illis, qui ea ſequuntur, robur &

lumen

lumen ad varia obstacula amovenda necessarium suppeditant. Et quanquam (ut supra dictum est) nec materias nec expressiones Mysticorum affectet, Scripta tamen ejus nihilosecius intellectum patefaciunt, & hoc respectu, omnibus ferè scriptis spiritalibus id sunt, quod Sol Plantis, quæ etiamsi vitam in se habeant, prævalente tamen frigore, nostro visui non sunt, nisi tot corpora mortua, quorum nullus usus, nullus est fructus: Appropinquante autem Magno hoc Planeta, sese patefaciunt, reviviscunt, nobisque in usum & fructum cedunt, siquidem virtus hujus luminis in omnibus sese diffundit, modo quidem tàm simplici, facili, puro & universali, quam benigno & benefico. Jam temporis omnes ferè animæ summô rigent frigore, quod in glaciem & quasi in mortem ipsis mutat aut vertit omnes momentosissimas & saluberrimas veritates, tot Authorum species, imò ipsam Scripturam S. Jam non ineptè quis diceret, has veritates repatescere & refrugescere, per Scripta virginis hujus, quæ præter veritates sibi cum aliis communes, magnam copiam novarum, ignotarum, vivarum & salutarium veritatum spirant, quas ùt proprias sibi vendicant & revelant.

85 Itaque verus ejus character, est virtus fulgens, libera, cordialis, dulcis, solida, simplex, facilis, universalis usûs, omniumque imò & puerorum capacitati sese accommodans; item impartialis, pura, animas candidas alliciens & excitans ad essentialem & singularem praxin pœnitentiæ, abnegationis mundi & propriarum voluptа-

luptatum, resignationis sui, amoris Dei & quæ ab eo dependent, per deditionem voluntatis nostræ in manûs ejus, ut in nobis Dominatum capiat, quem in Adamum ante lapsum habuit, consequenter omnia restauret, & pro voluntatis suæ arbitrio gubernet.

In multis aliis scriptis, quanta etiam polleant bonitate, materiæ hæ tantum generaliter & tali modo tractantur, ut processurus ad praxin specialem, nesciat, unde & ubi incipiat. In his autem statim manifestum est, ubi gressus ex gressu figendus; Sentitur realis manuductio ad praxin eorum, quæ exercenda; Sentitur etiam internus haud vulgaris motus. Inveniuntur porrò in illis explanationes, nec vulgares explicationes Principiorum cardinalium, circa potentiam, bonitatem, justitiam, veritatem & sapientiam Dei, circa gloriosam Mundi & hominis creationem, circa lapsum hominis & infinitam deplorandamque ejus corruptionem: item circa Personam Christi Jesu, nativitatem ejus ex Adam, functiones, Regnumque illius, circa Antichristum, circa lapsum veri Christianismi in omni Religione, culpâ Directorum ejus, circa dissipationem impiorum, & circa renovationem Ecclesiæ & Mundi. Invenitur ibi essentia Pietatis ab accidentibus ejus distincta; Annihilatio controversiarum inutilium & perniciosorum hæresium; Status in omni conditione observandus; Excitatio inquietudinis, quam anima eatenus sentire debet, quatenus totam se Deo resignat; Et detectio illusionis cordis humani in omnibus, &

præ-

præcipuè in Pſeudopiis & falſis Religioſis, qui varias Myſticorum & ſpiritalium Librorum ſpecies magni habere penſant, hæc autem ſcripta nequaquam æquè ferre noverunt, ſed ab iis abhorrent, quem horrorem etiam cunctis mortalium perſvadere laborant, hi callidè, illi manifeſtò; quia ſentiunt has veritates ipſis falſam ſuam Spiritualitatem & pietatem detegere, & non ſolum obtutui illorum, ſed etiam oculis omnium, nudam & juxta eſſentiam ejus proponere.

86. Omnia ſcripta *Antoniæ* hujus, quæ partim, cum adhuc viveret, partim eâ defunctâ (obiit autem Anno 1680.) Amſtelædami prodierunt, ſunt ſequentia. *Vita ejus, præfatione Apologetica decorata; Lumen Mundi, Lumen natum in tenebris, ſepulchrum falſæ Theologiæ, Virtus ſolida, Renovatio Spiritus Evangelici, Teſtimonium Veritatis, Lapis Lydius; Animadverſio adverſus Quakeros*, Antichriſtus *denudatus; Cælum novum, novaque terra;* Academia *Theologiæ; Ultima Dei miſericordia, Sancta viſio; Vocationis Dei* pars prior; Qui Libri omnes Gallicê, Belgicè & Germanicè proſtant; *l'Aveuglement des hommes de maintenant, l'Etoile du Matin & les Avis ſalutaires* germanicè non ſunt elaborati, reliqua opuſcula non niſi gallicè prodierunt, ut ſunt; *Vocationis Dei* pars altera, *Lapides novi Jeruſalem, Perſecutio Juſti, & confuſio Laborantium in Babel;* tres omnium horum Libri latinè ſunt elaborati, ut; 1. *Lapis Lydius*, 2. *Virtus ſolida*, 3. & *Renovatio Spiritus evangelici* ex parte. Non ita pridem Londini *Lumen Mundi*,

di, & *ſolidam virtutem* in lingvam Britannicam transtulerunt, cum eleganti Apologia contra ſchedulas quasdam geminorum Pasquinorum recenter enixorum. Quanquam autem ſpeciatim divendantur hi libri, attamen ad novendecim volumina redacti ſunt: Si cuidam cupido invaſerit de dogmatibus in illis contentis ſententiam ferendi, neceſſè eſt, ut ad minimùm ſex priora, ſuperiùs enarrata volumina legat; Circa difficultates, ſi quæ in iis inveniantur, conſuli poſſunt Scripta Apologetica, ut & Libri clariſſimi *Poireti de Oeconomia divina*, ubi ille partim emollivit, partim præcavit difficultates maximè notabiles.

87. Etiamſi nullos inveniam Authores, qui perfectè eundem, quem Antonia noſtra, poſſident characterem (ita ut eum ſupra deſcripſimus) nihiloſecius imperterrita & vivax propoſitio & expoſitio corruptionis Eccleſiæ & præprimis Hierarchiæ eccleſiaſticæ generalis, quâ maximè pollebat, communis fuiſſe videtur mihi, ipſi cum Dominicano illo Sancto *Savonarola*; qui ante ſeculum geminum floruit. Illi qui ſermones Monachi hujus, inprimis eos, quos in Librum Ruthæ (modò non ſit editio Salmanticenſis, de Anno 1556, in quâ caterva Eccleſiaſtica ſeptimam, ipſis contradicentem Concionem laceravit) ut & in Micham elaboravit, aut tantummodo pauca illa in additionibus ad vitam ejus, quæ Anno 1614. Pariſiis unà cum parte quâdam revelationum item cum literis ejus prodiit, legerunt, judicare poterunt, num vera aſſe-

asseram nec ne, præprimis si attenderint, ut Patres illi togati huic Sancto vitam decurtaverint, ob libertatem, quam capessebat, veritatem ipsis dicendi, ita & virginem hanc Barignoniam vel centies eandem ob causam vitam suam amittere potuisse, nisi DEus eam semper custodivisset, ne in manus persecutorum incideret.

88. Erit autem tempus de fine cogitandi, seque satiandi cum his, quæ, quod ad characteres attinet, de tot tamque variis spiritualibus ac mysticis Authoribus notata sunt, occasione quatuordecim principalium, quorum mentionem facere institutum erat. Videtur enim mihi jam non posse non verosimile omnibus videri, hanc diversitatem, quæ inter eos est, & per quam difficultas intervenit, non oppositionem, in Spiritûs & cordis horum Authorum fundamento, & in materiis, quas tractant, sitam, sed tantummodò (id quod statim ab initio hujus Epistolæ asseruimus) diversam differentiam luminis & charismatum unius DEI, & differentem operationis modum, ejusdem authentici Operantis esse, qui omnem hanc diversitatem in sacrâ Scripturâ annotat, sive per instructiones, quas ibi posuit, sive per exempla, quæ ibi excitat, sive etiam per promissiones, quas ibi fecit, exempli gratia:

Character Tauleri & reliquorum classis ejus in eo consistit, ut ab externis ad facultates internas redeant, id quod in fundo animæ ad DEUM eadem est materia, quam DEus in verbo suo scripto vel centies exerceri & agi jubet, dum animas ab externis ad interna revocat, dicendo per Pro-

phetam Esaiam Capite Esai 46. v. 8. *Transgressores, revertimini ad corda vestra.* In hac adhortatione verbum externum est evidens, quô auditô requiritur, ut facultas intellectûs adhibeatur, ad sensum ejus legitimè captandum, qui vult, ut in intimum cordis fundum descendatur: item, dum Jesus Christus dicit, *sto ante januam, & pulso:* (id quod impressionem DEI in vires sensitivas subindicat) *Si quis audiverit vocem meam, & mihi aperuerit,* (ecce verum intellectûs usum, qui attendit, & affectuum, qui Deo resistere desinunt) *ad eum intrabo, & cœnabo cum ipso, & ipse mecum:* (En revelationem DEI in fundo animæ, Eum non ulterius extra se quærentis, sed intra se invenientis, seque ei totam resignantis & dedentis, ita ut ille se ipsi dat, in intima illius essentia) *Apoc. 3. v. 20.*

89. Itidem *Harphii* Character est, proponere, ut homo peccato & omni imperfectioni moriatur, ad novam autem vitam resurgat, & in hâc renovatione de vita in vitam, sive de gradu in gradum proficiat, quod perfectissimè consentit cum effato scripturæ asserentis: „ Granulum frumen„ ti mori debere, quo reviviscat & fructum faciat; „ item vitam volentem invenire, eam amittere de„ bere; mortuum peccato, ad novam resurgere vi„ tam, vitamque eam in Deo cum Jesu Christo ab„ sconditam esse: Eum, qui per conformitatem „ mortis ejus, virtutis resurrectionis illius parti„ ceps factus est, nihilosecius ad plenitudinem sta„ tûs hujus resurrectionis nondum pervenisse, „ necdum perfectum esse: progredi autem debe„ re, quò eò perveniat, ubi Jesus vult, ut sit, &

„ obli-

oblivisci eorum, quæ retrò sunt; contendere „ verò ad ea, quæ coram sunt, ad eum scopum cur- „ rendo, ad quem supernè vocatus est: Omnes „ tandem perfectos, sive perfectionem quærentes, „ fixum hoc propositum habere debere. „ Vide Phil. III. v. 10. 14. Col. III. v. 1. 2. 3. Rom. VI. v. 4. & 2. Cor. IV. v. 10. 11. 16. &c.

90. Character *Johannis à Cruce* est Purgatio, & unio divina; Sanctæ *Theresiæ*, amorosa cordis oratio; Sanctæ *Catharinæ de Genoa*, purus Dei amor; omnes in scriptura annotati, nobisque commendati, quæ nobis ad primum quod attinet suggerit: *Beati sunt puri corde, videbunt enim Deum*, Matth. V, 8. ad secundum, *orate absque remissione*, 1. Thess. V. & ad tertium, *DEus est amor, & qui manet in amore, in DEo manet, & DEus in illo*, 1. Joh. IV.

91. Character sanctæ *Angelæ* est, amorem Christi crucifixum, unicam nostram sapientiam esse; Character sanè ipsiusmet Pauli Apostoli, qui inter Corinthios nihil scire affectabat, nisi *Jesum Christum, & quidem crucifixum*. 1. Cor. II. v. 2. Character Patris *Canfeldi*, nempè voluntas Dei, à Jesu Christo ipso adoptatus est, cum diceret: *Veni, non ut voluntatem meam facerem, sed ejus, qui me misit*, Joh. VI.

92. Cordialissima simplicitas, quæ *Johannem Engelbertum* notat, est idem character, de quo sanctus Paulus dicit: *DEus elegit stultum mundi, ut sapientes in ruborem daret, & ea, quæ debilia sunt coram mundo, ut fortes confunderet*, 1. Cor. I. Character autem divinarum Visionum, quem commu-

nem habet, cum sancta *Hildegardi*, *Elisabetha*, *Brigitta*, & aliis, qui itidem prophetiæ & revelationis Spiritu pollent, est impletio promissionis Filii Dei, qui dixit: *Qui me amat, verbum meum servabit, & Pater meus eum amabit, & ego illum amabo, meq́; ipsi revelabo*, Joh. XV. & iterum, *Effundam Spiritum meum in servos & ancillas*, Joel. II. Act. II.

93. Character *Jacobi Boëmii*, qui in abyssus naturæ, cùm Spiritalium, tùm corporalium, ut & divinarum, angelicarum, humanarum & naturalium rerum inquirit, num erit nobis suspectus? dicente Paulo: *Nullus vidit oculus, nulla audivit auris, in nullius hominis Cor penetravit, quod DEus paravit iis, qui eum diligunt: Nobis autem Deus omne illud revelavit, spiritus enim ejus omnia penetrat, imò & abyssus Deitatis*. 1. Cor. II. Et *Hielis*, qui in hoc consistit, ut omnia in spiritum, veritatem & internam vitam reducat; Nonne hoc re ipsa essentialiter & expresse illud est Principium, quod Christus Jesus instauravit, dicendo: *DEus est Spiritus, & adorantes eum, oportet in Spiritu & veritate adorare*, Joh. IV. Item, *Verba mea sunt vita & Spiritus*, Joh. VI.

94. Character Anonymi (*Davidis Georgii*) qui hominibus confusionem, corruptionem & miseriam notam facit, eosque monet, ut humili corde ad Deum confugiant, quo gratiam adipiscantur & coram judicio ejus stare possint; nonne similis est Spiritui, per Sanctum Jacobum ita loquenti? *Cognoscite miseriam vestram & plorate, risus vester in plan-*

planctum, lætitia vestra in tristitiam convertatur, & humiliate vos coram DEo, atq; vos exaltabit, Jac. IV. Et character *Margaritæ evangelicæ* continuam DEI in anima præsentiam urgentis, nonne confirmatus est verbis Pauli: *DEUS non procul est ab unôquolibet nostrûm, in eo enim vivimus, movemur & sumus*, Act. XVII. Item, *Vos estis templum DEI*, 1. Cor. III. v. 16. 17. Item omnis diligentia, omnisque conatus ab omnibus illis commendatus, qui & activæ vitæ sive pœnitentiæ, & passivæ sive contemplationis vitam explicuêre, nonne authorizatus est per Jesum Christum dicentem: *contendite, ut per angustam Portam, intretis:* item *nisi resipueritis, omnes ita perdemini*, Luc. 13. & 18. Item per Paulum dicentem: *Orate sine remissione*, ut & per Davidem cantantem: *Quærite semper faciem & præsentiam Domini: Semper Deum præsentem habeo: Oculi mei semper DEum respiciunt*, Ps. XVI, 25. & 105.

95. Tandem si considerabitur, Jesum Christum discipulis suis promisisse, *spiritum veritatis eos in omnem veritatis abyssum deducturum;* item *sapientiam, cui nemo contradicturus foret*, Joh. XVI. Luc. XXI. Etiam prædixisse ipsis, *Regnum DEI simile futurum fermento, quod mulier capiens tribus farinæ modiis immiscet, quo totam massam fermentat;* Hæc, inquam, si ponderarentur, explicationi vero *Antoniæ B.* horum similium in *Lumine Mundi*, simul attenderetur (quæ explicatio perfectione sua finem facit omni inquisitioni, omnibus mediis, omni lectioni, exercitationi & methodo) & reliquorum ipsius scriptorum sensus unà cum appertinentibus dispositionibus caperetur, facile censeri posset, num illud, quod de charactere ejus notavimus, ut ratificatio promissionum & verborum Christi haberi posset nec ne.

96. Facilè demonstrari posset, non tantum characteres, sed & dogmata atque phrases scriptorum Mysticorum veritati Scripturæ consentire, & consequenter errores, sive imaginatas contradictiones, quarum accusantur, ex ignorantia adversariorum, qui eos non capiunt, oriri. Eô fermè modô, quo Sectæ tot diversæ ex eadem Scriptura per spiritum disputationis doctrinas & oppositiones sibi omni ex parte contradicentes extorquent: Hoc autem novum foret institutum, quod nos hâc vice multum distraheret, cum

tamen tempus nobis instet, quo requiescamus, dum, quod credo, nostri quod fuit, sufficienter explevimus.

97. Pauca adhuc addam circa ea, quæ inferri possent, me nempè vel multos alios Authores ad hanc Classem pertinentes omisisse, vel etiam justo plures indicavisse, quæ multitudo iis, qui Lectione quandam theologiæ Mysticæ notitiam sibi parare vellent, magnæ confusioni esse posset, dum, quem eligerent, dubii, fortè omnes legendos esse æstimaturi forent: Ad primam quod attinet objectionem, concedo mihi constare, quot eorum silentio præterierim; Attamen mihi videtur, commemoratos hos, quorum numerus centenarium excedit, sufficere posse, imò nec omnibus illis opus esse; Ad secundam: Toto errant cœlo, qui affirmare conantur, eos, qui fundamentaliter in cognitione rerum spiritualium proficere desiderant, necessariò omnes hos Authores legere debere: Cùm potiùs certi esse possint, paucos eorum & lectionem modicam sufficere; modo ne introversionis in seipsos obliviscantur, & loco idearum mortuarum, quæ in speculatione formantur, magnoque sunt detrimento, lumen & gratiam DEI adorent, ut in iis essentia & spiritus rerum, quas lectio proponit, viviscant & operentur. Quia autem pauca sunt loca, paucique homines, ubi & inter quos hi inveniantur libri, cum partim hic illic dispersi, partim perrari, multisque in locis ignoti sint; proderit eorum quosdam affixo tempore & locò, quò impressi prostent, notare; ut unicuique pro viribus via facilis reddatur & indicetur, ubinam hos vel illos quærere & invenire debeant. Si itaque nonnulli bona curiositate acti, magis legendi cupiditate, quam necessitate, parvam sibi Bibliothecam Mysticorum gallicam comparare appeterent, in favorem eorum eos, qui meo quidem judicio principes sunt, hîc specificabo; nempè, *Thomas à Kempis, le Combat Spirituel, Monsieur de Bernieres, les quatre Theologies, du Cœur, de l'amour, de la Croix, Madame de Guion, Frere Laurent, Canfeld, les Vies de SS. Peres de deserts, & la bie de Mr. de Rentii, & les œubres de Madlle Bourignon:* Hi tali instituto sufficere videntur: Qui autem plures desiderarent, facilè ex literis hisce evolvere poterint eos, qui ipsis arrident. Melioribus autem finire nescio, quam sincera & seria commendatione verborum Theologiæ Germanicæ.

„ *Etiamsi*

Etiamsi bonum est, inquirere in Scripta, actus, passiones, „ vitasq. Personarum Sanctarum & virtuosarum, & quæ „ Deus in illis aut per illos operatus sit, sive producere value- „ rit: centies tamen præstaret, si quilibet scrutaretur & co- „ gnosceret, quid in ejus vita accidat, quem statum colat, „ quid Deus in ipso sit, velit & operetur, item ad quid eum „ applicare DEo lubeat nec ne. Ideò non minus verum, imò „ verissimum est: QUAM BONUM ETIAM SIT SE „ EXTROVERTERE, TAM MULTUM PRÆSTAT, IN „ SE IPSO COMMORARI. „ Ecce hæc sunt, ad quæ omnes verè spirituales Libri nos invitant, quorum aperti hostes erimus, si nos aliter gesserimus, id est, si contentam & traditam in Libris essentiam neglexerimus.

S. Paulus 1. Cor. II.

Nemo novit, quæ sunt DEI, nisi Spiritus DEI. Nos autem non accepimus Spiritum Mundi, sed DEI Spiritum, ut sciamus, quæ nobis à DEO donata sint. Id quod etiam loquimur, non eruditis humanæ scientiæ verbis, sed verbis, quæ DEI suggerit Spiritus, Spiritualia Spiritualiter discernentes. Naturalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritûs DEI, stultitia enim est ipsi, & apprehendere nequit, Spiritualiter enim judicantur. Spiritualis autem homo omnia judicat, ipse verò à nullo judicatur.

Addenda & Emendanda

in Epistola annexa de Authoribus Mysticis.

§. 16. De Libello: Abregé de la Perfection adhuc notandum: haberi etiam Editionem Latinam, itemque Belgicam, Roterodami 1674. sub titulo: *Exercitatio ad consequendam summam perfectionem.*

§. 50. In fine adjiciendum est: Auctor (*Bromley*) obiit Anno 1691. postquam magnâ animi alacritate hæc dixerat: *Conscientia mea plenâ fruitur pace: Duxi vitam meam ad ductum luminis mei, Deumq. super omnia diligo. Conversatus sum cum Deo, neq. unquam cum ullo homine litigavi.*

§. 53 In fine Numeri I addenda sunt hæc: *aut ejusmodi visibiles manifestationes de statu & viribus invisibilium rerum.*

§. 79.

§. 79. Locô nominis *Rapin* ponendum est *Rigoléße*, & post verba: *Abregé de la Theologie Mystique*, addenda sequentia: Habetur & impress. Parisiis 1690. unà cum reliquis opusculis hujus Auctoris sub titulo: *la Vie du P. J. Rigoléße de la C. de J. aßec ses traités de deßotion & ses lettres spirituelles.*

Errata:

Pag. 9. lin. 16. loquatur *in* corde, pro loquatur corde. p. 14. l. 10. deleatur *comma* post Dionysiorum. p. 25. l. 26. *quidem* pro quidam. p. 26. l. 20. *substantiæ* pro substantia. p. 29. l. 10. à fine: *Theologiam*, pro theogiam. p. 30. l. 21. *necessariò* pro necessatio. p. 31. l. 6. à fine *ac* pro ad. p. 33. l. 18. *affectio* pro affetio. p. 33. l. 21. *gentiles* pro gentilis. ibid. 23. *progressu* pro progressus. p. 39. l. 13. *solitario* pro solitari. p. 43. l. 12. *decenter* pro decentes. ibid. l. 13. *Cassianus* pro Carsianus. *Instit* pro Insit. p. 49. l. 8. *carmen* pro carnem. p. 51. l. 3. *Ang.* pro Aug. p. 52. post lineam octavam inseratur (r) *Joh. Gerson* de Monte Contempl. Cap. XVII. p. 55. l. 8. à fine *eßangelizare* pro evangelizate. pag. 57. l. 7, 8. à fine, *Dominum*, pro Dominium. pag. 58. l. 12. à fine, *quæ in natura*. pag. 64. l. 2. *ment.* pro mont. p. 68. l. 9. à fine deleatur punctum & fiat signum parenth. (. p. 73. l. 11. *arctissima* pro artissima. p. 82. l. 4. à fine *nempe* pro mempe. p 101. l. 10. à fine *omni* pro onm. ibid. NB. fehlet eine Tabelle in fine. p. 103. l. 2. deleatur alii. p. 104. l. 5. à fine *inenumerabiles* pro enumer. p. 112. l. 10. à fine *conjunctionem* pro crnjunct. p. 115. l. 12. *quod* pro quo. ibid. l. 4. à fine *num* pro nam. p. 121. l. ult. *sancti* pro sanctæ. p. 124. l. 19. *socordiam* pro secordiam. p. 125. l. 4. *significatione* pro signifiatione. ibid. l. 19. *ßià* pro viam. p. 127. l. 14. *s.* pro si. p. 129. l. 5. *patimur* pro patimus. ibid. l. 12. à fine *adactum* pro ad actum. p. 130. l. 6. à fine *inintelligibiles* pro intelligibiles. p. 131. l. 11. *in doctis* pro indoctis. p. 140. l. 10. *nudis* pro nudus. p. 141. l. 12. *didicerant* pro dicerant. p. 143. l. 21. *id quod* pro in quod. ibid. l. 31. *29* pro 28. p. 144. l. 2. à fine *qui* pro quia. p. 147. l. 2. à fine *unitio* pro uniceo. p. 148. l. 4. *in nobis* pro in, nobis. ibid. l. 6. *unum idemq;* pro num & i idemq; p. 149. l. 15. *alius quoq; ex* pro alias quoq; &. ibid. l. 18. *in medita-* pro immedita- p. 150. l. 22. *eradicentur* pro erudicentur. ibid. l. 24. *arida-* pro arrida. p. 151. l. 13. *quiddam*

pro

pro quædam. p.152.l.4.*prurientes* pro purientes. p.154.l.8. à fine *Vocabula* pro vocabulo. p.155.l.7.à fine *divinis* pro divininis. p.156.l.18. *ob* pro ab. p.158.l.7. *ipsi* pro psi. p.159.l.2. *calcavisse* pro calcar. ibid l.20. *sequentes* pro sequenter. p.166. l.14. *Tryphon* pro Tryphor. p.169.l.6. *subrepente* pro sub repente. p.179.l.5.*modestæ* pro modestè. p.190. l.14. *notata* pro nota. p.196.l.15.*Mysticum* pro mysticam. ibid. l.19. deleatur *à mundo*. p.199.l.6.*innotuerunt* pro innoterunt. p.200. l.17. *decipere* pro decipe. p.202.l.10. à fine *Sarracenus* pro Sarraceus. ib.in margine in §.16 *propagatio* non prorogati. p.108. l.9.à fine *ex* pro &. p.217.l.6.*Protestantium* pro Protestantantium. ib. l.12.*judicia* pro judici. p.223 l.3.à fine *contemnerent* pro condemn. p.225.l.3.à fine *eò quòd* pro quæ. ib.l.penult. *hi* pro hæc. p.237.l.3.à fine *Hic* pro hinc. p.247. l.12. *certum* pro certus. p.256.l.1. *Ennodius* pro Eunodius. p.265.l.9.*Romam* pro Romani. p.270.l.16.*commemorandus* pro commorandus. p.273.l.19.seqq. lege quod sub nomine Eusebii Emisseni sæpius editæ & allegatæ sint, donec Maurus Marchesius Brunoni huic eas vindicavit &c. p.277.l.2.*Fratres* pro Fratrem. p.279. l.ult. *ολογον* pro λογον. p.280. l.7. *huc* pro hac. p.281.l.3.*concessis* pro concessit. p.284.l.10.à fine *Ro-* pro Ra- p.290.l.21. *præstaret* pro præstarent. p.296.l.4. pro sive, lege Sanctæ. p. 304.l.18. *eum* pro cum. p.307.l.15. *quot* pro quod. ibid.l.31.*edisserant* pro edisserunt. p.309.l.22.*Ursinus* pro Ursenius. p.312.l.11. *Tabernac.* pro Tarnac. ib.l.22.*judico* pro judicio. p.315.l.3. deleatur *quo*. p.316.l.25. *repurgandæ* pro repugnandæ. p.323.l.11.*cum* pro tum. p.326.l.4.à fine *datus* pro datum. p.332.l.20. post *Philosophia*, adde *non ignarus*. p. 338. l.2. *absq;* pro ab. p.342. post lin. 15. adde 3. *Eden, seu Paradisus Contemplativorum.* p.345.l.21. *revelationum* pro revelatorum. p.347. l.penult. deleatur alium. p.355.l.3. *disponat* pro disponet. p. 364. l. 22. *Agneau* pro Agnean. p. 367. l. 3. *Prayer* pro Prager. p.371.l.7. gottlosen Reise. ibid. l.10. *uytgebret* pro mit gebret. p.374.l.15.*prostant* pro prorsus. p.384. l.11. *peregrinus* pro pereginus. p. 385.l.19. *facil* pro facit. p.385.l.30. lege *Ars amandi DEum*, dele *Lib. de Perf. Christ.* p.387.l.24. *Liefde* pro Liesde. p. 391. l.7. Sündern pro Kindern. ib.l.16. *Wiltenson* pro VVitenson. p.394.l.8.à fine *uytnemende* pro nytnem. d.396.l.11. *Vitæ* pro vita. p. 402.l.6. à fine *Sacra* pro sive. p.418.l.10. *XVI. 12.* p.420.l.16. *21.* pro 27.

p.423.

p.423.l.12. *25.* pro 22. p.427.l.2.à fine *discernantur* pro discernatur. p.431.l.8 *cogitur* pro cogetur. ib. l.25. *examinationi* pro examini. p.435.l.14. *sufferrat* pro sufferat. p. 438.l.19.*series* pro serie. ib.l.23. *nullus* pro nullos. p.439. l.3. *arguerentur* pro agerentur. p.440.l.26. *condescenderem* pro condescerem. p. 445.l.11. *restitutum* pro restitum. p.446.l.28.*profundô* pro profunda. 447. l.24. *calcârint*, pro calcarit. p. 448. l.24. *ôportere*. p.452.l.6. *Sancta* pro sanctum. p.456.l 9. *est*, pro En. ibid.l.10. *suum* pro suam. p.458.l.19.θεάνθρωπος. p.461.l.5. *Contemplâtor* pro Contemplatos. ib.l.3. à fine *Responsio hæc*, pro responsio, hæc. p. 462. l.2. deleatur *videtur*. p.465.l.ult. *amare* pro amore. p. 467. l.11. & pro at. p.468. l.8. à fine *consuetudinum* pro consuetudinem. p.473 l.20.*illa* pro ille. p.483. l.penult. *Socini* addatur : p. 484. l.3. *Libros* pro libris. ibid. l.4. *commoret* pro commoretur. p.484.l.16. *obscura* pro obsura. ibid.l.17. *excitavit* pro exitavit. p 485. l.5. *sanctus* pro sanctis. p 487.l.25. *aptis* pro apti. p.491.l.24. *reliquerint* pro reliquerunt. p. 494. l. 14. *divinisatione*. p.498.l.3. *Romana* pro romana. ibid. l.5.*Protestantissimi* pro Protestantissimi. p.499.l.17. *duci* pro ducere. p.501. l.3. *vobis* pro nobis. p. 503. l. 20. *cui* pro cum. p.511. l.9. *Canfeldi* pro Caufeldi. ibid. l.11. *de l'* pro de i'. ibid. l. 28. *Thalami* pro Thalamir. p.512. l.25. *Mystici* pro mysticæ. p. 520. l.9. *Irregularitas* pro irregulariter. p. 521.l 23. *nullum* pro multum. p.523.l.7. *commendare* pro commodare. p.525.l.20.*monentur* pro monetur. p.530.l.9.*sistere & jactare* pro sistit & jactat. p.531. l.6. *Pauli* pro Pauci. ibid. l. 27. *gravem* pro gravum. p.539. l.12. *tuto* pro tubo. p.540. l.23. *adducit* pro adducat. p.546.l.30. *ferrem* pro ferebam. p.547.l.15.*Delâpsus* pro de lapsus. p.551. l.20. *incapacitas* pro capacitas. p.567. l.26. *obtutus* pro optutus. ibid. l. 25. *anatomia* pro anatomiam. p.569. l.4 *blasphemiis* pro plasphem. p.570. l.8.*litteris* pro litelis. p.573. l.25. *toto* pro tota. p.587. l.25. *locum* pro locorum. p.591. l.15. *mysticos* pro mysticis. p. 599. l. 8. post *gallicam* adde appendit. p.609. l.21. *Dæmonum* pro dæmorum. p.616. l 3. à fine *infernalis* pro infernales. p.624.l.19. *elâboratio* pro elaboratis. p.634. l.12. *Hinccircò* pro Hinc circo. p. 636. l. 29. *perniciosarum* pro perniciosorum.

)·(

